Оссолінсъкі колекції.

CD – диск виконано в рамах угоди укладеної з квітня 2004 р. між Львівською науковою бібліотекою НАН України у Львові і Національним Закладом ім. Оссолінських у Вроцлаві.

Lwowska Naukowa Biblioteka im. W. Stefanyka NAN Ukrainy. Oddział Rękopisów.
Zespół (fond) 4.
Zbiór rękopisów Biblioteki Baworowskich

Dział (opys) 1

1024. Miscellanea z w. XVIII Minorytów wielkopolskich.

STRONY NIEZAPISANE NIE ZOSTAŁY ZDIGITALIZOWANE

ЛЬВІВСЬКА НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ім.
В. СТЕФАНИКА НАН УКРАЇНИ

ВІДДІЛ РУКОПИСІВ

ФОНД 4 (Баб.)

ОПИС 1

ОД. ЗБ. 1024

qualitercunque

Reverendi

Reverendi mult

Reverendi

II. C. 42.

TRAT

Sanctissimi D. N. Domini

CLEMENTIS

Diuina Prouidentia

PAPÆ XI.

Damnatio quamplurium Propositionum excerptarum ex Libro Gallico idiomate impresso, et in plures Tomos distributo, sub titulo. Lanouueau Testamenten Francois, auec des reflexions morales sur chaque uers set &c. A Paris 1699. Ac aliter. Abbrege de la morale de l'Euangile des Actes des Apostres, des Epistres de S. Paul, des Epistres Canoniques, e de l'Apocalypse, ou Pensees Chretiennes sur le Texte de ces Liures Sacrez &c. A Paris 1693. & 1694.

Cum prohibitione ejusdem Libri, et aliorum quorumcumque in eius defensionem tam hactenus editorum, quam in posterum edendorum.

ROMÆ, MDCCXIII.

Typis Reuerendæ Cameræ Apostolicæ

CLEMENS
EPISCOPVS
Seruus Seruorum Dei
Vniuersis Christifidelibus Salutem & Apostolicam Benedictionem

VNigenitus Dei Filius pro Nostra, et totius mundi Salute Filius hominis factus, dum Discipulos suos doctrinâ ueritatis instrueret, Vniuersamq; Ecclesiam in Apostolis erudiret, præsentia disponens, et futura prospiciens præclaro, ac salubérrimo documento Nos admonuit, ut attenderemus à falsis Prophetis, qui ueniunt ad nos in uestimentis Ouium, quorum Nomine potissimum demonstrant Magistri illi mendaces, et in deceptione illusores qui splendidâ pietatis specie prava dogmata latenter insinuantes, introducunt sectas perditionis sub imagine Sanctitatis, utq; facilius incautis obrepant, quasi deponentes Supinam pellem, et sese Diuinæ Legis Sententijs, uelut quibusdam Ouium uelleribus obuoluentes, Sanctorum Scripturarum, adeòq; etiam ipsius Noui Testamenti uerbis, quæ multipliciter in suam, aliorumq; perditionem detorquent, nequiter abutuntur: antiqui scilicet, à quo progeniti sunt, mendacij Parentis exemplo, ac Magisterio edocti, nullam omnino esse ad fallendum expeditiorem uiam, quam ut ubi nefarij erroris subintroducitur fraudolentia, ibi diuinorum uerborum prætendatur authoritas.

His nos uerè diuinis monitis instructi, ubi primum, non sine intima cordis nostri amaritudine, accepimus, Librum quendam Gallico idiomate, olim impressum, et plures Tomos distributum, sub titulo Le Nouueau Testament en François, auec des reflexions morales sur chaque uerset &c. A Paris 1699. Aliter, uerò = = Abbrege de la morale de l'Euangile, des Actes des Apostres, des Epistres de S. Paul, de Epistres Canoniques, e de l'Apocalypse, ou Pensees Chretiennes sur le Texte des tes Liures Sacrez &c. A Paris 1693. & 1694. tametsi alias à Nobis damnatum, ac ueræ Catholicis ueritatibus prauarum doctrinarum mendacia multifariam permiscentem, adhuc tamen tanquàm ab omni errore immunem à plurimis haberi, Christifidelium manibus passim obtrudi, ac non minoris

noua semper tentantis consilio et opere studiose nimis quaquauersum dissem-
minari, etiam latine redditum, ut perniciosæ institutionis contagium, si fieri
possit, pertranseat de gente in gentem, et de Regno ad populum alterum: uersu-
tis huiusmodi seductionibus, atq; fallacijs ereditum nobis Dominicum Gre-
gem in uiam perditionis sensim abduci summopere doluimus: adeoq; Pastoralis
non minus curæ nostræ stimulis, quam frequentibus Orthodoxæ fidei Zelato-
rum querelis, maximè uero complurium Venerabilium Fratrũ, præsertim Gal-
lid Episcoporum, literis, ac precibus excitati, gliscenti morbo, qui etiam aliquan-
do posset in deteriora quæq; prorumpere, ualidiori aliquo remedio obuiam ire
decreuimus.

Et quidem ad ipsam ingruentis mali causam prouidæ nostræ considerationis in-
cultum conuertentes, perspicuè nouimus summam huiusmodi Libri perniciem
ideo potissimùm progredi, et inualescere, quod eadem intus lateat, et uelut impro-
ba sanies, non nisi secto ulcere foras erumpat; cum liber ipse primo aspectu legen-
tes specie quadam pietatis illiciat; molliti enim sunt sermones eius super oleum:
sed ipsi sunt iacula, et quidem intento arcu, ita ad nocendum parata, ut sagittent
in obscuro rectos corde. Nihil propterea opportunius, aut salubrius præstari à
nobis posse arbitrati sumus, quam si fallacem Libri doctrinam generatim solum-
modo à nobis hactenus indicatam, pluribus sigillatim ex eo excerptis Proposi-
tionibus, distinctius, et apertius explicaremus, atq; uniuersis christifidelibus
noxia Zizaniorum semina è medio Tritici, quo tegebantur, eruta, uelut ob oculos
exponeremus. Ita nimirum denudatis, et quasi in propatulo positis, non uno
quidem aut altero, sed plurimis, grauissimisq; tum priùs damnatis, Domino,
fore ut omnes tandem apertæ iam, manifestæque ueritati cedere compellantur.

Id ipsum maximè è re Catholica futurum, et sedandis præsertim in florentissimo
Galliæ Regno exortis ingeniorum uariè opinantium, iamque in acerbiores scissu-
ras protendentium dissidijs apprimè proficuum conscientiarum denique
tranquillitati pernecessarium, non modò præfati Epi-
scopi, sed et ipse in primis charissimus in christo filius noster Ludouicus
Francorum Rex christianissimus, cuius eximium in tuenda Catholicæ fidei
puritate, extirpandisque erroribus zelum satis laudare non possumus, sæ-
pius nobis est contestatus; repetitis propterea uerè pijs, et christianissimo
Rege dignis officijs, atq; ardentibus uotis à nobis efflagitans, ut instanti
animarum necessitati prolatâ quantocius Apostolicæ Censura Iudicij consule
remus.

Hinc adspirante Domino, eiusq; cæleſti ope confisi, salutare opus sedulo, dili-
genterq; ut rei magnitudo postulabat aggressi sumus; ac plurimas ex prædicto
Libro, iuxta supra recensitas respectiuè editiones fideliter extractas, et tum La-
tino, tum Latino idiomate expressa propositiones à compluribus in sacra Theolo-
gia Magistris, primo quidem coram duobus ex Venerabilibus Fratribus nos-
tris Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus accurate discuti, deinde uerò co-
ram nobis, adhibito etiam aliorum plurium Cardinalium Consilio, quam
maximâ diligentia, ac maturitate, singularum in super Propositionum cum
ipsomet libri Textu exactissimè facta collatione pluries iteratis Congregatio
nibus, expendi, et examinari mandauimus. Huiusmodi autem Propositionum
cum

Sunt, quæ sequuntur, uidelicet.

1. Quid aliud remanet animæ, quæ Deum, atq; ipsius gratiam amisit, nisi peccatum et peccati consecutiones, superba paupertas, et segnis indigentia, hoc est Gnlis impotentia ad laborem, ad Orationem et ad omne opus bonum!

2. JESU Christi gratia, principium efficax boni cuiuscunque generis, necessaria est ad omne opus bonum; absque illa, non solum nihil fit, sed nec fieri potest.

3. In uanum Domine præcipis, si tu ipse non das quod præcipis.

4. Ita Domine; Omnia possibilia sunt ei, cui omnia possibilia facis, eadem operando in illo.

5. Quando Deus non emollit cor per interiorem unctionem gratiæ suæ exortationes, et gratiæ exteriores non inseruiunt, nisi ad illud magis obdurandum.

6. Discrimen inter Fœdus Judaicum, et Christianum est, quod in illo Deus exigit fugam peccati, et implementum legis à peccatore, relinquendo illum in sua impotentia: in isto uero Deus Peccatori dat, quod iubet, illum sua gratia purificando

7. Quæ utilitas pro homine in ueteri fœdere, in quo Deus illum reliquit eius propriæ infirmitati, imponendo ipsi suam legem? Quæ uero felicitas non est admitti ad fœdus, in quo Deus nobis donat, quod petit a Nobis?

8. Nos non pertinemus ad Nouum fœdus, nisi inquantum participes sumus ipsius Nouæ gratiæ, quæ operatur in Nobis id, quod Deus nobis præcipit.

9. Gratia Christi est gratia suprema, sine qua Confiteri Christum nunquam possumus, et cum qua nunquam illum abnegamus.

10 Gratia est operatio manus Omnipotentis Dei, quam nihil impedire potest, aut retardare.

11. Gratia non est aliud, quam uoluntas Omnipotentis Dei, iubentis et facientis quod iubet.

12. Quando Deus uult saluare animam, quocunque tempore, quocunq; loco effectus indubitabilis sequitur uoluntatem Dei.

13. Quando Deus uult animam saluam facere, et eam tangit interiori gratiæ suæ manu, nulla uoluntas humana ei resistit.

14. Quantumcunque remotus à salute sit Peccator obstinatus, quando JESUS se ei uidendum exhibet lumine salutari suæ gratiæ, oportet, ut se dedat, accurat, sese humiliet, et adoret saluatorem suum

15 Quando Deus mandatum suum, et suam æternam Locutionem comitatur unctione sui spiritus, et interiori ui gratiæ suæ, operatur illa in corde obedientiam quam petit.

16. Nullæ sunt illecebræ, quæ non cedant illecebris gratiæ, quia nihil resistit Omnipotenti

17. Gratia est uox illa Patris, quæ homines interiùs docet, ac eos uenire facit ad JESUM Christum; quicunq; ad eum non uenit, post quam audiuit uocem exteriorem Filij, nullatenùs est doctus à Patre.

18. Semen Verbi, quod manus Dei irrigat, semper affert fructum suum.

19. Dei gratia nihil aliud est, quàm eius Omnipotens uoluntas: hæc est idea, quam Deus ipse nobis tradit in omnibus suis Scripturis.

20. Vera gratiæ idea est, quod Deus uult sibi à nobis obediri et obeditur; imperat et omnia fiunt; loquitur tanquàm Dominus, et omnia sibi submissa sunt.

21. Gratia JESU Christi est gratia fortis, potens, suprema, inuincibilis, ut pote

quæ est operatio uoluntatis Omnipotentis, sequela, et immutatio Operantis Dei Incarnantis, et resuscitantis Filium suum.

22. Concordia Omnipotentis Operationis Dei in corde hominis, cum libero ipsius uoluntatis consensu, demonstratur illico Nobis, in Incarnatione, uelut in fonte atque Archetypo omnium aliarum operationum misericordiæ, et gratiæ, quæ omnes ità gratuitæ, atq; ità dependentes à Deo sunt, sicut ipsa Originalis Operatio

23. Deus ipse nobis ideam tradidit Omnipotentis operationis suæ gratiæ, eam significans per illam, qua Creaturas è nihilo producit, et mortuis reddit uitam

24. Iusta Idea, quam Centurio habet de Omnipotentia Dei, et Iesu Christi in Sanandis Corporibus solo motu suæ uoluntatis, est Imago Ideæ, quæ haberi debet de Omnipotentia suæ gratiæ in Sanandis animabus à cupiditate

25. Deus illuminat animam, et eam sanat æquè ac corpus sola sua uoluntate, iubet, et ipsi obtemperatur.

26. Nullæ dantur gratiæ nisi per fidem

27. Fides est prima gratia et fons omnium aliarum

28. Prima gratia quam Deus concedit Peccatori, est peccatorum remissio

30. Omnes quos Deus uult saluare per Christum, saluantur infallibiliter.

31. Desideria Christi semper habent suum effectum; pacem intimo cordium infert, quando eis illam aptat.

32. Iesus Christus se morti tradidit ad liberandum pro semper suo sanguine Primogenitos, id est electos, de manu Angeli exterminatoris.

33. Proh quantum oportet bonis terrenis, et sibimetipsi renunciasse, ad hoc ut quis fiduciam habeat sibi, ut ita dicam, appropriandi Christum Iesum, eius amorem, mortem, et mysteria, ut facit S. Paulus dicens; Qui dilexit me et tradidit semetipsum pro me.

34. Gratia Adami non producebat, nisi merita humana

35. Gratia Adami est sequela Creationis, et erat debita naturæ sanæ et integræ

36. Differentia essentialis inter gratiam Adami et Status innocentiæ, ac gratiam Christianam est, quod primam unusquique in propria persona recepisset: ista uero non recipitur nisi in persona Iesu Christi resuscitati cui nos uniti sumus.

37. Gratia Adami sanctificando illam in semetipso erat illi proportionata: Gratia Christiana nos sanctificando in Iesu Christo, est Omnipotens, et digna Filio Dei

38. Peccator non est liber, nisi ad malum sine gratia Liberatoris

39. Voluntas, quam gratia non præuenit, nihil habet, nisi ad aberrandum ardoris, nisi ad se præcipitandum uirium, nisi ad se uulnerandum; Est capax omnis mali, et incapax ad omne bonum

40. Sine gratia nihil amare possumus nisi ad nostram condemnationem.

41. Omnis Cognitio Dei, etiam naturalis, etiam in Philosophis Ethnicis, non potest uenire, nisi a Deo, et sine gratia non producit nisi præsumptionem, Vanitatem, et appositionem ad ipsum Deum, loco effectuum adorationis, gratitudinis et amoris

42. Sola gratia Christi reddit hominem actum ad Sacrificium Fidei, sine hoc nil, nisi impuritas, nihil nisi indignitas

43. Primus effectus gratiæ baptismalis est facere, ut moriamur peccato; adeò ut Spiritus, cor, sensus non habeant plus uitæ pro peccato, quàm homo mortuus habeat pro rebus mundi

44. Non sunt nisi duo amores, unde uolitiones, et actiones omnes [illegible] na-
scuntur; Amor Dei, qui omnia agit propter Deum, quemque Deus re[illegible]tor
et amor qui nos ipsos ac mundum diligimus, qui quod ad Deum referend[illegible]
non refert, et propter hoc ipsum fit malus.

45. Amore Dei in corde Peccatorum non amplius regnante, neceße est, ut in eo c[illegible]
nalis regnet cupiditas, omnesqz actiones eius corrumpat.

46. Cupiditas, aut charitas, in uſum sensuum bonum uel malum faciunt

47. Obedientia legis profluere debet ex fonte; et hic fons est Charitas. Quando Dei a-
mor est illius principium interius, et Dei gloria eius finis, tunc purum est, quod ap-
paret exterius; alioquin non est, nisi hypocrisis, aut falsa Justitia.

48. Quid aliud esse possumus, nisi tenebræ, nisi aberuatio, et nisi peccatum sine fidei lumi-
ne, sine Christo, et sine charitate.

49 Vt nullum peccatum est sine amore noſtri, ita nullum est opus bonum sine amore Dei.

50. Frustra clamamus ad Deum, Pater mi: Si spiritus charitatis non est ille, qui clamat

51. Fides iuſtificat, quando operatur: Sed ipsa non operatz, nisi charitatem

52. Omnia alia Salutis media continentz in fide, tamquàm in sico germine, et semine
sed hæc fides non est absqz amore et fiducia

53. Sola Charitas Christiano modo facit (actiones christianas) per reuelationem
ad Deum et Jesum Christum.

54. Sola Charitas est, quæ Deo loquitur, eam solam Deus audit

55. Deus non coronat nisi charitatem; qui currit ex alio impulsu, et ex alio motiuo
in stadium currit

56. Deus non remunerat nisi charitatem quoniam Charitas sola Deum honorat.

57. Totum deest Peccatori, quando ei deest Spes; et non est Spes in Deo, ubi non est
amor Dei.

58. Nec Deus est, nec Religio, ubi non est Charitas.

59. Oratio impiorum est nouum peccatum, et quod Deus illis concedit est nouum
in eos iudicium.

60. Si solus Supplicij timor animat pœnitentiam, quo hæc est magis uiolenta,
ea magis ducit ad desperationem.

61. Timor non nisi manum colubet, cor autem tam diu peccato addicitur, quan-
diu ab amore iuſtitiæ non ducitur

62. Qui a malo non abstinet, nisi timore pœnæ, illud commiſit in corde suo, et
iam est reus coram Deo.

63. Baptizatus adhuc est sub lege sicut Iudeus, Si legem non adimpleat, aut ad-
impleat ex solo timore.

64. Sub maledicto legis, nunquam fit bonum, quia peccator siue faciendo malum,
siue illud non nisi ob timorem euitando.

65 Alloÿses, Prophetæ, Sacerdotes et Doctores legis mortui sunt, absque eo quod ullum
Deo dederint Filium, cum non effecerint nisi mancipia per timorem

66 Qui uult Deo appropinquare, nec debet ad ipsum uenire cum brutalibus pas-
sionibus, neque adduci per instinctum naturalem, aut per timorem, sicuti
Bestiæ, sed per fidem, et per amorem sicuti filij

67. Timor seruilis non sibi præsentat Deum, nisi ut dominum durum, imperio-
sum injustum intractabilem

68. Dei bonitas abbreuiauit uiam Salutis claudendo totum in fide, et precibus.

69. Fides, usus, augmentum, et præmium fidei, totum est donum puræ liberalita-
tis Dei.

70. Nunquam Deus affligit innocentes, et afflictiones semper seruiunt, v. ad puniendum peccatum, v. ad purificandum Peccatorem.

71. Homo ob sui Conuersationem potest se se dispensare ab ea lege, quam Deus condidit propter eiꝰ utilitatem

72 Nota Ecclesiæ Christianæ est, quod sit Catholica, comprehendens, et omnes Angelos cæli et omnes electos, et justos terræ, et omnium Sæculorum

73. Quid est Ecclesia nisi cætus Filiorum Dei manentium in eius Sinu, adoptatorum in Christo subsistentium in eius persona, redemptorum eius sanguine uiuentium eius Spiritu, agentium per eius gratiam, et expectantium gratiam futuri Sæculi

74. Ecclesia, siue integer Christus, Incarnatum Verbum haut ut Caput, omnes uerò Sanctos ut membra

75. Ecclesia est unus solus homo, compositus ex pluribus membris, quorum Christus est. Caput, uita, subsistentia, et persona; Unus solus Christus, compositus ex pluribus Sanctis, quorum est Sanctificator

76. Nihil spatiosius Ecclesia Dei, quia omnes Electi, et justi omnium Sæculorum illam componunt.

77. Qui non ducit uitam dignam Filio Dei, et membro Christi, cessat interius habere Deum pro Patre, et Christum pro Capite

78. Separatz, pus a Populo Electo, cujus figura fuit Populus Judaicus, et Caput est Jesus Christus, tam non uiuendo secundum Euangelium, quam non credendo Euangelio.

79. Utile, et necessarium est omni tempore, omni loco et omni personarum genere studere, et cognoscere Spiritum, Patrem, et Mysteria Sacræ Scripturæ.

80. Lectio Sacræ Scripturæ est pro Omnibus

81. Obscuritas Sancta Verbi Dei non est Laicis ratio dispensandi se ipsos ab eiꝰ lectione

82. Dies Dominicus a Christianis debet Sanctificari Lectionibus Pietate, et super omnia Sanctarum Scripturarum. Damnosum est uelle Christianum ab hac lectione retrahere

83. Est illusio sibi persuadere, quod Notitia Mysteriorum Religionis non debeat communicari fœminis, lectione Sanctorum Librorum. Non ex feminarum simplicitate, sed ex superba Virorum Scientia, ortus est Scripturarum abusus et natæ sunt hæreses.

84. Abripere è Christianorum manibus Nouum Testamentum, seu eis illud clausum tenere, auferendo eis modum illud intelligendi est illis Christi os obturare

85 Interdicere Christianis Lectionem Sacræ Scripturæ, præsertim Euangelij, est interdicere usum luminis filijs Lucis, et facere ut patiantur speciem quandam excommunicationis.

86 Eripere simplici populo hoc solatium, iungendi uocem suam uoci totius Ecclesiæ, est usus contrarius praxi Apostolicæ, et intentioni Dei.

87. Modus plenus Sapientia, lumine, et Charitate, est date animabus tempus portandi cum humilitate, et sentiendi statum peccati, petendi Spiritum pœnitentiæ, et Contritionis, et incipiendi, ad minus, satisfacere iustitiæ Dei antequam reconcilientur.

88. Ignoramus quid sit peccatum et uera pœnitentia, quando uolumus statim restitui possessioni bonorum illorum, quibus nos peccatum spoliauit, et detrectamus separationis istius ferre confusionem.

89. Quartus decimus gradus Conuersionis Peccatoris est, quod, cum sit iam reconciliatus, habet ius assistendi Sacrificio Ecclesiæ

90 Ecclesia authoritatem excommunicandi habet, ut eam exerceat per primos Pastores de Consensu, saltem præsumpto totius Corporis.

91. Excommunicationis iniustæ metus nunquam debet nos impedire ab implendo debito nostro: Nunquam eximus ab Ecclesia, etiam quando hominum nequitia, uidemur ab ea exclusi, quando Deo, Iesu Christo, atq; ipsi Ecclesiæ per charitatem affixi sumus

92. Sati potius in face excommunicationem, et anathema iniustum, quam prodere ueritatem, est imitari Sanctum Paulum: tantum abest, ut sit erigere se contra authoritatem, aut scindere unitatem.

93. Iesus quandoque sanat uulnera, quæ præceps Primorum Pastorum festinatio inflixit, sine ipsius mandato; Iesus restituit, quod ipsi in considerato zelo resciderunt

94. Nihil peiorem de Ecclesia opinionem ingerit eius inimicis, quam uidere illic dominatum exerceri supra fidem fidelium, et foueri diuisiones propter res quæ nec fidem ledunt nec mores.

95 Veritates eo deciderunt, ut sint lingua quasi peregrina plerisque Christianis et modus eas prædicandi est ueluti idioma incognitum: adeo remotus est à Simplicitate Apostolorum, et supra communem captum fidelium; Neque satis aduertitur, quod hic defectus sit unum ex Signis maxime sensibilibus Senectutis Ecclesiæ, et iræ Dei filios suos.

96 Deus permittit, ut omnes Potestates sint contrariæ Prædicatoribus ueritatis, ut eius uictoria attribui non possit nisi Diuinæ gratiæ.

97. Nimis sæpè contigit membra illa quæ magis sanctè, ac magis stricte unita Ecclesiæ sunt, respici, atq; tractari tanquam indigna, ut sint in Ecclesia, uel tanquam ab ea separata: Sed Iustus uiuit ex fide, et non ex opinione hominum.

98. Status persecutionis, et pœnarum quas quis tolerat, tanquam ~~Hæreticus~~, flagitiosus, et impius, ultima plerumque probatio est, et maximè meritoria ut potè quæ faciat hominem magis conformem Iesu Christo.

99 Pertinacia, præuentio, Obstinatio in nolendo, aut aliquid examinare, aut cognoscere se fuisse deceptum, mutant quotidie quo ad multos in odorem mortis id, quod Deus in sua Ecclesia posuit, ut in ea esset doctrinæ, V.G. bonos Libros, Instructiones, Sancta exempla &c.

100 Tempus deplorabile quo creditur honorari Deus, persequendo ueritatem eius discipulos Tempus hoc aduenit - - - - Haberi, et tractari à Religionis Ministris tanquam impium, et indignum omni commercio ciuili Deo, tanquam membrum putridum capax corrumpendi omnia in Societate Sanctorum, est hominibus piis morte, corporis mors terribilior. Frustra quis sibi blanditur de suarum intentionum puritate, et Zelo quodam Religionis, persequendo flamma, ferroq; uiros probos, si propria passione est excæcatus, aut abreptus aliena, propterea quod nihil uult examinare. Frequenter credimus Sacrificare Deo Impium, et Sacrificamus Diabolo Dei seruum

101. Nihil Spiritus Dei, et doctrinæ Iesu Christi magis opponitur, quàm communia facere iuramenta in Ecclesia, quia hoc est multiplicare occasiones peierandi, laqueos tendere Infirmis, et Idiotis, efficere, ut nomen, et ueritas Dei aliquando deseruiant Consilio impiorum.

Auditis itaq; tum uoce, tum scriptura nobis exhibitis præfatorum Cardinalium, aliorumq; Theologorum Suffragijs, diutniq; in primis luminis, priuatis ad eum finem, publicisq; ettum in dictis precibus implorato præsidio; omnes et Singulas Propo-

sitiones praeinsertas tanquam falsas, captiosas, male sonantes, piarum aurium offensiuas scandalosas, perniciosas, impias, blasphemas temerarias, Ecclesiae, et eius praxi injuriosas, neq; in Ecclesiam solum, sed etiam in Potestates Saeculi contumeliosas, seditiosas impias blasphemas, suspectas de haeresi, ac schismati fauentes, erroneas, haeresi proximas, pluries damnatas, ac demum etiam haereticas, uariasq; haereses, et potissimum illas quae in famosis Iansenij propositionibus, et quidem in eo sensu, in quo hae damnatae fuerunt, acceptis, continentur, manifeste innouantes, respectiue hac nostra perpetuo ualitura Constitutione declaramus, damnamus, et reprobamus,

Mandantes omnibus utriusq; sexus Christi fidelibus, ne dictis Propositionibus sentire, docere, praedicare aliter praesumant, quam in hac eadem Nostra Constitutione continentur; ita ut quicumq; illas v illarum aliquam conjunctim v diuisim docuerit, defenderit, ediderit, aut de eis, etiam disputatiue, publice, aut priuatim tractauerit, nisi forsitan impugnando, Ecclesiasticis censuris, alijsq; contra similia perpetrantes, a Iure statutis poenis ipso facto absq; alia declaratione subjaceat

Caeterum per expressam praefatarum Propositionum reprobationem alia in eodem libro contenta nullatenus approbare intendimus, quam praesertim in decursu examinis complures alias in eo deprehenderimus propositiones illis, quae ut supra, damnatae fuerunt consimiles, et affi~~damnes~~, ijsdemq; erroribus imbutas: nec sane paucas sub imaginatio quodam, ueluti grassantis hodie persecutionis obtentu, inobedientiam, et peruicaciam nutrientes easq; falso Christianae patientiae nomine praedicantes: quas propterea singulatim recensere, et nimis longum esse duximus, et nimirum necessarium; ac demum quod ~~ter~~ intolerabilius est Sacrum ipsum Noui Testamenti Textum damnabiliter uitiatum compererimus, et alteri dudum probatae uersioni Gallicae Montensi in multis conformem; a uulgata uero editione, quae tot saeculorum usu in Ecclesia probata est, atq; ab Orthodoxis omnibus pro Authentica haberi debet, multipliciter discrepantem et aberrantem, pluresq; in alienos, exoticos, ac saepe noxios sensus non sine maxima peruersitate detortum

Eumdem propterea librum ut potè per dulces sermones et benedictiones, ut Apostolus loquitur, hoc est sub falsa piae institutionis imagine, seducendis Innocentium cordibus longe accomodatum, siue praemissis, siue alio quouis titulo inscriptum, ubicumq; et quocumq; alio idomate, sed quauis editione, aut uersione hactenus impressum aut in posterum (quod absit) imprimendum, authoritate et postolica tenore praesentium iterum prohibemus ac similiter damnamus; quemadmodum etiam alios omnes, et singulos in eius defensionem tam scripto quam typis editos seu forsan (quod Deus auertat) edendo libros, seu libellos eorumq; lectionem descriptionem retentionem, et usum omnibus et singulis Christi fidelibus sub poena excommunicationis per contrafacientes ipso facto incurrenda, prohibemus pariter et interdicimus

Praecipimus in super Venerabilibus Fratribus Patriarchis Archiepiscopis et Episcopis alijsq; locorum Ordinarijs; nec non haereticae prauitatis, Inquisitoribus, ut contradictores, et rebelles quoscunq; per censuras et poenas praefatas, aliaq; Iuris, et facti remedia, inuocato etiam adhoc, si opus fuerit, brachij saecularis auxilio, omninò coerceant et compellant.

Volumus autem ut earumdem praesentium transumptis etiam impressis manu alicuius Notarij publici subscriptis, et sigillo personae in dignitate Ecclesiastica constitutae munitis eadem fides prorsus adhibeatur, quae ipsis Originalibus literis adhiberetur, si forent exhibitae, uel ostensae.

Nulli ergo hominum liceat hanc paginam nostrae declarationis, damnationis, mandati, prohibitionis, et interdictionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare praesumpserit indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri et Pauli Apostolorum eius se noverit incursurum. Datum Romae apud Sanctam Mariam Majorem anno Incarnationis Dominicae Millesimo Septingentesimo Decimo Tertio. Sexto Idus Septembris. Pontificatus Nostri anno Decimo tertio

J. Card. Prodatarius

Fr. Oliverius

Visa de Curia L. Sergardus

Loco + Plumbi

Registrata in Secretaria Brevium

Ordinis Minorum S. Francisci Regularis ob-
vantiae Almae Provinciae Majoris Poloniae S. Ma-
Angelorum.
Minister Provincialis Servus
Dilectis Nobis in Christo

Admodum Reverendis Adm. Undis Multum Undis
terisq. huius Almae Provinciae Patribus et Fribus Dilectissimis
Salutem in eo qui est vera Salus

Natura Comparatum est ut quae amaena sunt ad jucunditatem vel Commoda
Religionis utilitatem eademum difficultas concipiat gestet industria, partum
labor sudor, ac notabilis progignet defatigatio: ut pungentes excrescant
non egent cultura seipso nocivorum fera x est solum, inutile sine sarculo
fert lolium, nec molestae urticae excolens glebam expectant aratrum hoc
inertissimum herbarum vulgus, sine cura germinat nemine se protradit
vocante, candidi minime eriguntur flores nisi sagax colentis labor
dicem se emittat, dura obvia habet saxa, gemmas uniones nonnisi pe
ni maris evisceratione piscaris: Cinum et lutum etiam ad pedum indu
tionem occurrit, at speciosum aurum, non nisi per effossas terras
disruptos invenitur montes Thesauros in tenebras profundis
prius sub terram abeuntem reducit fossorem quam in lucem ipse du
Hinc est quod omnia pretiosa v ad conservationem boni publici ut
et commoda laboriosa eveniunt industria vilia et non adeo necessaria
prompta ac faciliter reperiuntur sagacitate. Cum itaq. Dei dispo
te formidabile munus ministeriatus humeris nostris impositum sit et
Officium hoc per secreta vocalium vota unanimi consensu evecti sim
inquiremus pretiosa observantiae quaeremus observantini status com
et utilitatem, desudabimus pro viribus nostris ne in vinea nostra in
dissolutiones excrescant spinae sed ut suavissimi honoris et virt
observantiae ac Religiosae compositionis progenerentur fructus. D

operam Deo adjuvante et nos conservante, licet inter Martiales Regni pestiti motus, ne in tam turbido Patriae nostrae Statu, inter discissos civium animos scissa maneat observantia, ac exulante pace virtutibus amica exultet Religiositas: quod ut perficere Divina benignitate favente possimus, ad Deum fundendas a Patribus vestris Adm Rndis Adm Vndis Multum Vndis efflagitamus preces. Ad conservandam vero Observantiae Regularis et Religiosae disciplinae integritatem nullas instituimus ordinationes nihilque innovamus nisi quod antiquae Praxi piae consuetudini Praedecessorum nostrorum Legibus et Statutis tum Generalibus tum Provincialibus innititur observandum recommendamus ac praecipimus, quae ut Superiores attente legant legique in plena communitate faciant ac diligenter considerent quae sunt observanda sub merito salutaris Observantiae ipsemque iniungimus, haudque sola lectione contenti, contenta in illis omnino conservent. Et quia devenit ad nos et ad totum Vnbile Diffinitorium Rndissimi Pris Commissarij Gnalis Totius Cismontanae Familiae in literis Zeloso et nervoso stilo expressa postulatio, ratione Eleemosynariae contributionis pro restauranda D. Bernardini Basylica in Civitate Aquilana AD 1703 Die 2 Februarij per terrae motum diruta, necnon mausolaeo sacrarum eiusdem Beati exuviarum reparando proinde tam Zelosissimis ac serventissimis Rndissimi parendo votis ac desiderijs nec non D. Bernardini (cuius nomine in Poloniae Regno gloriamur et nuncupamur) majori insistendo honori ac venerationi hisce praesentibus intimamus locorum Superioribus, ut si quid pro unius cuiuscunque conventus viribus Eleemosinae contribui possit pro praedicta reparatione eandem procurent et juxta possibilitatem praevideant modis Religiosae honestati et Observantiae licitis.

Ponderando Venerabile Diffinitorium qualitatem meritorum quorundam Patrum ut meritorius eorundem, labor digna praemiaretur mercede decoravit illos titulo Adm Vndi Pris quos nos decoratos ac decoratos praedicto titulo Denuntiamus. Datus itaque Titulus Adm Vndi Pris Praedicatoris Gnalis Pri Joanni Boleslavio cum Obligatione praedicandi Pri Valeriano Kinner

Pri Francisco Varsaviensi cū obligatione prædicandi. Patri Francisco
dolinski cum onere prædicandi Titulus vero Admodū Undi Pris Confe
Emeriti datus Pri Archangelo Lvovecio. Post hæc inhærendo Statutis tam
quam Provincialibus Rndissimorū Patrū novissime vero Statuto Sub temp
primi Capituli Sieracoviensis Anno Dni 1698 a Vnbli Diffinitorio
dito et emanato Num 6 posito Cuius tenor sequitur. Ordinat Vnble
Diffinitorium quatenus in singulis Conventibus in tabula Refectorij et in
Tabellis Portæ claustri et in literis ad extra nemo audeat Scribere
enumerare omnes titulos omniū et singulorū Patrū sed simpliciter
Scribantur V.G. Pr Franciscus Pr Antonius etc: in titulis autem
literarum tam intra quam extra nec non in obedientialibus post exp
sitionem nominis et Cognominis solummodo exprimatur Primarius Pe
sonæ titulus V.G. Ministri Provincialis Custodis Diffinitoris Lect
Prædicatoris etc. Præcipimus itaq et Serio mandamus ut hic abusus cl
simorū et impertinentiū titulorū omnino abrogetur Probitatis et R
giositatis coloribus singulorū vita pingatur non fastuosis titulis exprim

Ut autem Præsentes Pastorales Literæ omnibus et singulis pate
et inviolabiliter observentur ac earundem in unoquoque Conventu habeat
titia, volumus ut quam primū ad unius cuiusque Superioris devenerint
nus in plena Communitate Capitulariter Congregata perlegantur per
describantur et descriptæ ad vicinierem Conventum juxta Cursori
ad extra notatam cum annotatione diei receptionis et transmi
earundem fideliter transmittantur

Valete Pres ac Fres Dilectissimi Nostri Ceram Altiss
in Sacris Orationibus non Immemores Datum in Conventu n
Varthensi ad Beatissimam Virginem MARIAM Ex
ptam Anno Dni 1704 Die 19 Junij

Fr. NORBERTUS NOWICKI
Ordinis Minorum S. FRANCISCI Regularis Observantiæ Alm.
mæ Provinciæ Maioris Poloniæ S. MARIÆ Angelorum
MINISTER PROVINCIALIS & Senat.
Dilectis Nobis in Christo

Admodum Reverendis, admodum Nobis, Mln. Venerandis, Patribus, huius Almæ Pro-
vinciæ Patribus ac Fratribus Dilectissimis
Salutem in eo qui est vera Salus.

Quotes aqua iudicij lance perpendimus Poloniam partem et vadum Nobilis suum exte-
licii hoc tempore, an non veritas justo Dei judicio undefessis adversariorum cu-
cti armis nihil justius omnari possumus, quam desidentiâ capta de heroica
quondam in arduis Polonorum fortitudine bellicis furoris graviores adhuc
non facile stimulos evasuros. Patres Adm. Rndi Adm. Vndi Patres
ac Fratres Dilectissimi. Pater non solum finitimis Regionibus sed toti
Universo, Orbem Polonum quondam splendore politico illustrem, sacrarii cruci
imagine ac religionis Christianæ incremento excellentem, Martis tropheis
speciosum, Jovis benignitate affabilem, Minervæ prudentiæ laudem, nunc
sub manu potenti cruenti Martis ingemiscere, omnemq; eius partem, possessi-
bulentas undiq; hostium incursiones quotidianis fere teneri angustijs. Lon-
tes unumquemq; hic tristis Romanorum comitatus, qualiter continuata patriam
impetunt pericula, quomodo hostis externus a suis excidis domesticus abun-
tus debilitia minatur, quomodo novam in dies elicient lachrymarum fatebram,
tanta Polonorum inter Patriam et exilium manentium angustia. Valens
et Potens est hominum dextera. Sed longe valentior potentiorq; tot barba-
rum tyrannorum conatus, aut studens ad elidendos Altissimi manus, novis o-
prime venenatos aggrediendæ cuneos, et gentis sub dilecta jam jam ad casum
et exitium vergentis scit sistere et erigere animos. Hanc etenim verum D.
Pijsex reorum Opifex consuetudinem habet DEUS, ut succurrat, quando cun-
res est ad extremum redacta dum desperata alienum Salutis fatem sub con-
sulere nesciunt, tunc robur suum et virtutem manifestat, pro veritate
Christiana, pro libera Sarmatici nominis integritate certantes solidat atq;
corroborat, facitq; ut Reipublicæ Rectores justitiæ legem in foro, diam
pacem disponant, qua nihil gratius Deo audiri, nihil desiderabilius conci-
pisci, nihil potest melius inveniri. Quæ vero omnis gratia de cœlo ve-
nit, Sancta DEO adjuvante et permittente complentur desideria cunctaq;
bona hominum desursum sunt, desinamus per vota quidvere quod optamus de-
leamus lachrymis rosas, ne diluvio angustiæ deleamur, vitabes nanq; et
efficaces sunt lachrymæ sive Celsa, sive Prælata, et licet charis Patriæ
Communis calamitas particulari religionis ac Provinciæ nostræ est ante-
ponenda dolori, libentius tamen propria quam aliena medendum est vul-
dum et enim quisq; consulit suis saluti, consulendum est et nostræ propriæ
indemnitati. Munus hoc est ut flamus et agentes dicam gravis ar-
mum onus, quod demum sagrem Regnantis sustinemus, Patresq; Nostri ad-

ipsum imprimis cum hac Provincia, propositi tenuitatis nostrae per annum hunc
portavimus, quod licet tenues humerorum nostrorum excedebat vires, illud tamen
amori publico, ceu solidissimo unius fundamento, in hoc turbido ac continuis
procellis quassato Reipublici Statu Polonus tot probe susceptis tot tantosque
toleratis, tot felicissime superatis adversitatibus ea per cuncta hucusque Sum-
ma impatientia sustinuimus et determinavimus, non alio fine nisi ut eidem
Provinciae susceptum a Nobis obsequium, ea, qua par est fidelitate et fer-
vitate, eidem impenderemus. Dum ergo praefatos Dnos Ter Ordinis illus-
mi auspicio et manu ductione primo lustravimus, deinde visitavimus omnes
Provinciae nostrae Conventus, Praesidentias, Superiores officiales, ex qua la-
tione et visitatione statum Provinciae fideiq; Observantiae plenarie per-
spectum habentes, negotia publica utilitatis ac indemnitatis nostrae
mis et Patrum Definitorum Nostrorum, consilijs proponenda ac discutienda opportune su-
auspicijs Illustrissimi Consultorum Inspicatoris duximus ea, sede cum Illus-
ac Reverendissimi Patris Nri Ministri Generalis Benedictione convocationem
Intermedy Capituli in Conventu nostro Varsaviensi ad Beatissimam in Coelum
Assumptam Die 27 Junij mane inchoandum ac celebrandum indicimus
et denunciamus pro eidem fraterne invitantes Eidem Fidos Provinciae
Patres. Eidem Rndum Patrem Custodem Custodum et Eidem Ordos Patres
Diffinitores destinates. Insuper cui meritum salutaris obedientiae
praecipimus locorum Superioribus ac Sancti Monialium Confessarijs ut fi-
delia sua per literas in manus nostras, et Venerabilis Diffinitorij tres-
gnent, simulq; cum resignatione officiorum suorum transmittant testimonia
exacta calculationis Stecmatymarum, perceptarum, et expensarum pro Conven-
tus aut fabricae necessitatibus Patrem Discretorum manibus subscripta
subsignata pariter testimonium exhibita erga infirmos ac hospites Chari-
talis et hospitalitatis nec non suppellectilis domorum providendis nostris, et quidquid
mentionis habituum ad propriam Custodiam providendis nostris, et quidquid
contraxerint debita et contracta fideliter exsolverint. Et quia antequam
ad Servitium hui Provinciae dextera Altissimi Pervenit sumus, animadvertis-
mus ex solitaria Patrum Guardianorum ex Conventu excursione nonnullum in-
nestatem religiosam labefactari, abusus Regulae ac Libertatis eius et
Constitutionum enormes fieri, ac alia Provenire inconvenientia, hoc impulsi
infundatione Jurisdictionis nostrae Provincialis in Capitulo praeterito Var-
thensi affectuosissime omnibus Patribus Guardianis commendavimus
et quantum potuimus mandavimus, ut Zelum ad Benefactores vel ad
in necessitate Conventus excudant, terras associati pergant. Idcirco gra-
pimus seno ut in literis testimonialibus a Discretorio datis Patribus gra-
dianis de his testari, Patres Diffiniti sub conscientia nonomittant. hoc
Punctum de Socijs Patrum Guardianorum in eidem ore secum vel praesentibus re-
absentibus exprimatur. Praecipimus insuper ut hi Superiores ac Guardia-
quibus expirat triennium sui regiminis, omnia quaecunq; sive in Ecclesia
sive in Conventu, sive ubicunq; locorum conservant Benefactorum depos-
ta illa extradant Successoribus suis, extraditaq; denuncies non recipiant.
Et quia incommoda itineris stante praesente turbulento Statu saepe
sunt itinerantes afficiunt, itaq; monemus ut itinerantibus pro futura
Convocatione Patribus Eidem Fidis, Eidem Vidis Diffinitoribus, per
ventus obvios seraphica exhibeatur charitas, et hospitalitas sanc-

na

na, Quodsi vero sub tempus hoc intermedij Capituli aliqua emerserint
Nostram ac Vnbelis Diffinitorij notitiam Concernentia exclusâ morâ Nobis denun-
cientur. Vt autem praeintenta Consilia Actusq Convocationis Praesidentia
Spiritus Sancti dirigatur, ab eiusq uiuico Spiramine Salutaris redundet in vni-
versum agmen Nobis Comissum recte Consultorum efficacia, ferventissi-
mis humilibusq praecibus a DEO efflagitandum: Totum id quod est bene
placens eius Diuinae voluntati obnixe commendamus Paternitatibus
Vestris pro Nobis et assessoribus Nostrisq prosperis Successibus deuote exo-
raturis. Tandem serio monemus ne ullus Patrum ac Fratrum praeter
inuitatos sine expressa nostra licentia ad locum Conuocationis accedere prae-
sumat sub poenis a Nobis injungendis. Et quia praesentes Vocatoriae et
denunciatoriae citius ob nonnullas Causas expediri non poterant, Provin-
de Patribus Locorum Superioribus et in absentia eorum Patribus Vica-
rijs mandamus, ut eisdem receptis et in Refectorio, Conuocato Patrum ac
Fratrum per signum Campanae coetu perlectis, ex nunc ad Conventum a-
lium juxta ordinem Cursoriae ad extra annotatum per Fratrem sive alium
Nuntium fidelem remittantur cum annotatione diei et horae receptionis
et expeditionis. Valete Paternitates et Charitates Vestrae in Do-
mino Nostri et totius Almae Provinciae apud Altissimum non immemo-
res. Datum in Conventu Nostro Varsaviensi Die 22 May A. 1705

Idem qui supra
Minister Provincialis
mpp

Fr. NORBERTUS ŻUŁAWIŃSKI.

Ordinis Minorum S. FRANCISCI Regularis Obseruantiæ
Almæ Prouinciæ Majoris Poloniæ S: MARIÆ Angelorum
MINISTER PROVINCIALIS et SERVUS

Dilectis nobis in Christo, Adm Rndis, Admm et Multum Venerandis, Cæterisq; huius Almæ Prouinciæ Patribus et Fratribus.
Salutem in Eo qui est uera Salus.

Usq; adeo totum ferme uniuersum intempestiua inuasit tempestas, miseranda occupauit calamitas, deploranda repleuit infelicitas, ut nec libere nati libertate frui, nec opportunissima licèt quarumuis Rerumpublicarum negotia finem suum sortiri ullatenus ualeant. Non solùm natale solum, et proprij Lares hilares esse, et serenitate pacis gaudere queunt, uerum etiam extraneis Regnis, non extra inquietudinem manere concessum. Prout nobis inter metum persistere, ita et remotis intra motum et tumultus sat multos commorari datum est. Calamitosissimi huius temporis infesta et infausta fortuna tulit, quod nec Ordo Seraphicus Ordinariâ uiâ currere, et solito usu Comitia Generalia, pro præfixo termino celebrare, de nouoq; eligendo Superiore consultare potuisset. Quare Sanctissimus Dominus noster Clemens XI. Diuinâ prouidentiâ Pontifex Maximus, ne grex Minoriticus sine Pastore esset, clementissimè prouidit, quòd prorogato ad duos Annos (clementiora pacatioraq; Dei accedente fauore tempora uentura præstolans) generali Capitulo; per Breue Apostolicum Reuerendissimum Ministrum Generalem, et plerosq; in suis Officiis confirmaret: Reuerendissimum uicèrò nostræ Familiæ Cismontanæ Vice Commissarium Item nouum crearet et constitueret, nimirum Reuerendissimum Patrem Cœlestinum de Mediolano. Qui proculdubio cœlestia in hoc satis alto gradu sapere contendet, uti uiscerosissimè ea quæ sunt puritatis Regulæ, integritatis Statutorum, boni utilis et honesti Religionis zelare se pollicetur. de sua igitur potestate de super sibi data et commissa certiores nos facere uoluit. Quod, quam primum ad notitiam nostram deueniset, ex uj muneris nostri Paternitatibus et Charitatibus Vestris denuntiare haud sinimus: Sed per Nostras, imò magis per ipsiusmet præsentes in nostris insertas, informamq; et certificamus uniuersos. Quarum Literarum tenor Sequitur.

Fr: COELESTINUS DE MEDIOLANO.

Ordinis Minorum Regularis Obseruantiæ S.P.N. FRANCISCI.
Lector Jubilatus, Diffinitor Totius et in Cismontana Familia
ejusdem Ordinis Vice Commissarius Generalis et Seruus

Dilectis in Christo Patribus et Fratribus Superioribus et Subditis eiusdem Ordinis et Familiæ Salutem in Domino Sempiternam.

In comprehensibilia judicia, et inuestigabiles uiæ, nouis Diuinæ Prouidentiæ argumentis, Pa-
tres et Fres Dilectissimi in Sui admirationem ducunt humanas mentes. Quoniam prorogato p
Sanctissimum Dnum Nrum Clementem XI. feliciter regnantem ppter bellorum tumultus, Ca-
pitulo Generali Nræ Seraphicæ Religionis ad biennium primum, confirmatisq; pro tempore in Suis
Officijs respectiue Rndssmo Nostro Patre Ministro Generali, Admodum Reuerendis Patribus Pro-
curatoribus et Diffinitoribus Generalibus tam de Obseruantia, quàm Reformatorum, Reuerendissim
P. F. Joannes Antonius à Panormo Commissarius Gnlis, tam de Obseruantia quam Reformatorum
Laudabiliter expleuisse triennium, et absolutus ab Officio Commissariatûs Generalis huius Nræ Cism-
tanæ Familiæ declaraturus fuit. Exinde in eius locum Reuerendissimum P. F. Antonium à Mon
Buffo pro Prouincijs, et Fratribus Reformatis; et Nos undequaq; inhabiles p Prouincijs et Fratri
de Obseruantia, Vice Commissarios Gnles motu pprio pro præfato biennio creauit, fecit, Constitui
et deputauit per Breue Apostolicum: Datum apud S. Petrum die 15. Maij præsentis Anni.
Quapropter præsentibus Nris hisce literis, pro nostri Officij munere horum notitiam dare cernim
ut authoritatè omnibus compertum sit, quid pro gubernio nostræ Religionis, et Singulariter p
nostra Cismontana Familia à Sanctissimo Dno nostro prouisum, et Stabilitum est: Quodue omn
bus nostræ jurisdictioni Subjectis Religiosis et Monialibus paternam nostram Benedictionem,
Religiosæ Urbanitatis Officia in Domino totis cordis uisceribus impertiamur: Utq; uos omnes
considerare debeatis cum D. Gregorio Nazianzeno rationem gubernandi esse: Artem artium
Scientiam Scientiarum, et totam à cælo dependere, et ferè totam à Deo perfici, ut D. Chrysostomu
obseruauit; idcirco, ut nostri in orationibus uestris memores sitis, et cum merito S. Obedientiæ
particularibus Orationibus, Nobis licet indignissimis, impetrare positis à Diuina misericordia a
stricem Sapientiam, quæ mecum sit mecum laboret. Hoc non tantum de Sapientiæ gradu, q
Sacris literis debetur, et attribuitur, in qua omnes Sapientiæ partes complicantur, intelligitur
uerum etiam de illa Sapientia, de qua Diuus Augustinus ait: esse modum animi, et uitæ hu
manæ requiem, in qua sunt duæ justitiæ partes: bonum agere, et declinare à malo, ad quorum pr
mam partem liberi arbitrij libertas sufficit cum Diuina gratia; alteram autem, quæ pœnalis est, p
leges et Statuta fieri necesse est. Unde Diuus Augustinus dicebat: Optimi mores uuluntati
libertate eliguntur, pessimi legis integritate puniuntur. Hæc duo sunt bases cuiuncunq; Reipub
Christianæ, et præcipuè nostræ Seraphicæ, quæ super Fundamentum Apostolorum, Sancti scilicet
Euangelij obseruantiam fundata est. Huius optimi coloris, ac Splendoris defectio, et à prim
ua perfectione declinatio, deprehenderunt nostri Antecessores, quod prouenit à negligentia Præ
torum in exhortando et excitando ad uirtutem, uel à non præstita obedientia debita à Subditis
circa leges, et Statuta. Hec talem nos notam incurramus cum nostræ animæ detrimento, adhor
tamur uos, ne in uacuum gratiam Dei recipiatis, quæ uos ad uitam æternam excitat, et inf
mat per Obseruantiam Regulæ quam professi sumus. Hortamur uos, ut abstineatis ab omn
Specie mala, ut qui ex aduerso est, uereatur aliquid mali dicere de Nobis, quoniam ex exteriori
compositione arguitur interior, et ut obseruauit Diuus Ambrosius. Imago quædam animi
quitur in uultu. Obsecramus uos, ut leges et Statuta, quæ disciplinam Regularem præscribun
obseruetis, ut domi deuotio, foris Sanctum exemplum, animus in conuersando liber, non delicti
neq; libidini obnoxius, frugalis, communisq; usus omnibus insit, et nihil præter merita quæratur
Aliqualem tamen legum, et Statutorum Specialem mentionem uobis facimus in Sequentibus

nos certiorando, quòd Superiorum obseruantiam indefessa erit nostri animi applicatio, ac constantia.

Primò. Circa educationem. In Conuentibus Nouitiatûs primi, et secundi, Obseruent constitutiones Apostolicas, et Ordinis, et juuenes continuo instruantur in Studio Regulæ Cerimoniarum cultus Diuini et Sanctæ Meditationis. Non enim sufficit eos docere Literas humanas, uel Philosophicas, si præceptis, et regulis Spiritualibus non imbuantur. Nullus Clericus audeat nobis scribere petendo locum Studij uel alias similes satisfactiones, sed si alicuius Consolationis necessitatem habeant, hanc insinuare nobis faciant per suos respectiuè Superiores uel Magistros. Excipimus autem si necessitas sit de spectantibus ad bonum animæ, circa quæ confidenter recurrant ad nos, si à propriis Superioribus non prouideatur.

Secundò. Patres Prouinciales non transmittant Professos ad Ordinationes nisi seruatis interstitijs præfixis in Statutis Urbis, compilationis Sambucanæ c. 2. §. 7. ad quorum essentialem obseruantiam, abrogamus omnem consuetudinem in contrarium, quæ potius uetustas erroris cum Diuo Cypriano uocari potest, cum sit sine ueritate introducta, imò contra essentialem uigorem disciplinæ regularis; et ad hunc effectum reuocamus, annullamus, et cassamus omnes licentias, quæ à Patribus Superioribus Generalibus uoce, vel Scriptis expeditæ fuissent. Si Patres Guardiani non possunt sustentare Religiosos Clericos pro tempore præfixi Clericatus, uel renuntient propriis officijs, uel Patres Prouinciales minori numero Juuenum dent habitum.

Tertiò. Curent Patres Prouinciales et Guardiani, ut Studentes Philosophiæ, unitim sub uno Lectore incipiant, et terminent cursum Philosophicum. Nec sit liberum Patribus Prouincialibus ipsos amouere de Conuentu Studij, nisi urgentibus motiuis tangentibus mores; nisi forsan transmittendo aliquem de uno Studio Philosophico ad aliud Philosophicum, in quo Lector filum materiæ prosequatur. Experientia enim docemur circa hunc punctum corruptelas esse in damnum graue juuentutis ex inconsideratione Patrum Prouincialium et Superiorum Localium.

Quartò. In Studijs Sacræ Theologiæ omnino, et indispensabiliter, cum effectu, et realiter obseruetur à Patribus Lectoribus Clenchus transmissus singulis Studijs sub Reuerendissimo Patre Ministro Generali Patre Bonauentura Pœrio. Et intimamus Lectoribus contrauenientibus, etiam in parua materia priuationem lecturæ, et Studentibus priuationem Studij. Et ne multiplicemus literas patentales, hisce nostris confirmamus in Lecturis Theologiæ, et Philosophiæ, omnes Lectores Studiorum Generalium usq; ad nostrum beneplacitum. Quartos autem Lectores, si qui sunt in aliquibus Studijs, abrogamus et omnino cassamus. Patentes etiam literas pro futura uacantia in Studijs generalibus omnino suspendimus, nullumq; robur eas habere uolumus, et declaramus, sine alijs nostris literis.

Quintò. Ut Studentes tempus non terant in fabulationibus, eiusq; pretiositatem custodiant, per sanctam Obedientiam mandamus omnibus et singulis Studentibus Theologiæ et Philosophiæ, ut non ingrediantur cellas, siue Studentium, siue non Studentium, quorumcunq; etiam graduatorum ab hora silentij, quæ est immediate post Cœnam uel refectorium jejunij, usq; ad horam sequentis diei prandij. Sic enim in mente firmiter habebunt, tale tempus totum deberi ut opportunius est Studio, quod præceptum Religiosis Studiosis debebit esse pergratum, incapacibus autem pœna, et mortificatio. Aduertant Patres Lectores, et alij Patres, quibus per Statuta conceditur Socius, quod per tale tempus debent licentiare socios Studentes ad propias cellas, pro obseruantia hujus Statuti; nec ipsos detinere in confabulationibus, et exercitijs, quæ ad aliud tempus differri possunt. Hoc Statutum non est nouum sed antiquum et omnino necessarium, et utinam obseruatum fuisset? Quod ad nos attinet, procurabimus Obseruantiam. Et rogamus, ac obsecramus in Domino R. R. Patres Prouinciales, et Superiores Locales, ut eorum solicitudine, et uigilantia ab omnibus obseruetur.

Sextò. Quoniam detestabile est uidere Religiosos inductos panni diuersi coloris, et mixturæ mandamus Patribus Prouincialibus illarum Prouinciarum, in quibus Lanificia habentur, ut procurent, ut uniformis color uel mixtura in pannorum fabricatione habeatur. Idcirco sub pœna proprietatis (cum ille re actus proprietatis sit) prohibemus omnibus et singulis Religiosis cuiuscumq; graduationis sint, ab aliena Prouincia procurare sibi pannum pro habitu, et cappello, et manz damus, quod illi, etiamsi graduati, qui induntur panno alienæ Prouinciæ, teneantur statim ill deponere, et assumere alium ex panno propriæ Prouinciæ sub pœna priuationis uocis activæ, et pa sivæ, si intra tres menses realiter, et cum effectu non obedierint. Curent etiam Patres Pro uinciales, ut in Conscientia debent, fabricari pannum pro Fratrum uestimentis, quod non tantu in pretio deceat nostram professionem, sed etiam, ut sit tantæ grossitiei, ut Fratribus hyemali te pore inseruire ualeat ad frigus repellendum, ne occasione sufficientis uestimenti Fratres Regul professum transgrediantur, ut iam sub oculis nostris comprobatum fuit.

Septimò. Volentes nos frenare, et tollere abusum tam uituperalem incedendi Religiosos re abbreviatos, mutauimus stylum nostrarum Obedientiarum, et ablatâ clausulâ apponatur altera scilicet intendentes nos et declarantes hisce nostris literis, inualidas, et nullas obedientias, sine emunctione talis clausulæ conditionalis. Sit cordi Patribus Prouincialibus, assignare Socios Professos, et non Clericos, nisi esset ad breue tempus; et si occurrant alij Religiosi ex uicinis Prouinc qui habent similes obedientias de intelligentia utrumq; Prouincialium ipsos associent.

Hoc etiam mandatur Patribus Prædicatoribus, quibus, si pro toto tempore Quadragesimæ no possit assignari Socius professus, assignetur saltim Tertiarius. Si nos majoribus negotijs occ pati hanc solicitudinem habebimus, quanto magis Superiores Prouinciales, et locales incum bere debent toto studio, et conatu, pro Obseruantia huius Decreti applicare animum!

Octauò. Nulli concedatur habitus Tertij Ordinis, pro inseruiendo alicui ex nostris Conuen tibus, nisi per authenticas attestationes constiterit de Sacramento Baptismi, et de non inqui sitione in Criminalibus, quæ attestationes conseruari debent in archiuio Prouinciæ v Conuentu in quo habitus conceditur; de licentia tamen Patris Ministri Prouincialis. Et Ministri Pro uinciales prohibeant Superioribus localibus dare habitum Tertiariorum modo prædicto sine propria licentia. Admoneant etiam prædicti Superiores ipsos Tertiarios, quod sine prædi licentia legitimæ concessionis habitûs, eos non habebimus pro Tertiarijs

Nonò, et ultimò. Mandamus omnibus Patribus Prouincialibus, ut quamprimum transm tant ad nos notam distinctam Religiosorum alienarum Prouinciarum, qui commorantur in p pria, et cum distinctione facultatum, quibus detinentur, et exercitij quod habent, et cuius Prouinciæ sint Filij. Et insuper notam Religiosorum apostatarum, et fugitiuorum, cum scriptione annorum ætatis, ordinationis in Minores vel Sacros Ordines, staturæ, capillorum physiognomiæ &c. ut his habitis notitijs, prouidere possimus ad præcludenda inconuenient et scandala, quæ timeri possunt.

Hæc Patres mei et Filij amantissimi uobis grauosa non uideantur, imò suauia d delectabilia, ratio ducit reputanda esse, si uos placato animo, amore disciplinæ regularis de clerio propriæ famæ, et ædificationis, propter quam professi estis, legere, considerare, et sæpe rare uelitis has Constitutiones, decreta et Statuta, iam olim edita, quæ et in sequentibus in culcata, et publicata fuerunt. De cætero Fratres charissimi hoc unum uobis dico, et repe quod et si pro parte tempore sit nostrum gubernium, agnosco gratia Dei, majorem esse meam obligationem, ut non solum nouæ abusus impediantur, sed etiam ut ueteres tollantur, ad q toti erimus omni applicatione, labore, et uigilantia, sic Deus nos adjuuet, concedendo Salutem animæ et corporis. Commendamus orationibus uestris incolumitatem, et felicitatem D

Dñi nostri Clementis, XI. Salutem et prosperitatem Eminentissimorum Dominorum Car dinalium, et præcipuè Nostri uigilantissimi Cardinalis Protectoris: Reuerendissimi Patris M

Generalis et omnium Superiorum Ordinis. Rogate tota Euangelica improbitate, et petite à Supremo Datore omnium bonorum, per merita Passionis, et Mortis IESV Christi Domini nostri, et Sanctorum eius, unionem, et ueram concordiam inter Principes Christianos, ut fructificet nobis pacem totius populi Christiani, quam mundus dare non potest. Valete in Domino, à quo omnis benedictio uobis concedatur &c. Datum Romæ ex Aracæli die 3. Julij Anno 1706.

Paternitatum et Reuerentiarum Vestrarum
Studiosissimus in Domino Seruus
Fr. Cælestinus Vice Commissarius
Generalis.

(Locus Sigilli)

De mandato Suæ Rndissimæ Paternitatis
Fr. Ioannes Christophorus de Varisco
Secretarius Gnlis.

Cælitus sanè inspiratus Reuerendissimus Pater Cælestinus Cismontanæ Familiæ Nræ Vice Commissarius Gnlis Superior Colendissimus, cælestia et Salutaria nobis Obseruanda in hisce literis proposuit: Quæ et nos ad amussim obseruanda quàm Studiosissime recommendamus Audite Patres et Fratres Charissimi uocem Patris uestri, ut promereamini à Patre Cælesti præmiari, et cum illo æternum post sera fata conregnare.

Vt autem Præsentes literæ omnibus et singulis pateant, ac earundem in uno quoq; Conuentu notitia habeatur, uolumus, ut quamprimum ad uniuscuiusq; Superioris deuenerint manus in plena Communitate capitulariter congregata perlegantur, perlectæ describant: et ad uiciniorem Conuentum juxta Cursoriam à tergo annotatam, cum annotatione diei receptionis et transmissionis earundem, per Fratrem si comode fieri poterit vel per fidelem conductum Nuntium, et non per incidentales occasiones transmittantur.

Valete in Domino Patres ac Fratres Dilectissimi, nostri coram Altissimo, uestris in orationibus non immemores. Dabantur in Nostro Conuentu Gorcensi ad Sanctam MARIAM Elisabeth uisitantem. Die 13. Mensis Augusti Anno 1706.

Fr. Norbertus Zulwinski
Minister Prouincialis mppa

(Locus Sigilli)

Fr. NORBERTVS ZVZWINSKI
Ordinis Minorum S. Francisci Observantium Almæ
Provinciæ Maioris Poloniæ S. Mariæ Angelorum
Minister Provincialis et Servus.

Dilectis Nobis in Christo Admodũ Reverendis, Admodũ et
Multũ Venerandis, Cæterisq; huic Almæ Provinciæ Patribus ac Fribus.

Salutem in Eo qui est vera Salus.

Supremi Cauli ac Aulæ Dei nimirum Ecclæ Pastores in sede Apostolica
et Dei providentia, specialiq; eiq; gratia constituti, nunquã stant, sive sedent
otiosi. Verum sedulo invigilant, solicite, tanquam è speculo prospectant, stu-
diosq; provident: quæ spectant ad commodum ovium, pretioso Christi sangui-
ne redemptarũ. Sedem Apostolicam, nunquã vacantẽ judicaverim, quæ semper in-
tenta est vagari post greges, abire post vestigia gregũ Christi scilicet fidelium.
Adeò illi amoroso cordi, indefessaq; curæ est, ut omni conatu, saluti Universitatis
Christianæ inservire satagat, studeatq; integritati conscientiarum consulendo: præscri-
bendo quæ prosunt, proscribendo quæ officiunt, obviando nocivis, prædicendo salubria,
promovendo utilia, et abusq; quosvis tollendo ac prorsus eliminando. Urbs inclyta Ro-
ma vel exinde Orbis Christiani caput esse censenda est, quia vigilantissimos Christi, et Apo-
stolorũ successores, pro perspicuis oculis habet; quos, in omnem terram erigit, diri-
gitq; in omnes fines Orbis terrã; ut diligenter consideret, clarè ac distinctè videat,
maturè dijudicet, q Fidelibq prodesse, vel obesse possint: Profutura igitur ingerit
commendatq; observanda, contraria amovere et eliminare toto nisu contendit.
A Septicolli Roma, nihil, nisi amor in omnes Fideles decidit, a Fluminè Tybro,
hanc Civitatẽ lætificante, idem amor plusquam Septemgemini Nyli alveo in
cunctos Christicolas diffunditur: imensè enim sacra Sedes cupit cum Doctore
Gentiũ Paulo omnes in visceribq Jesu Christi consignatos fore. Ubi de alma
hac Urbe Sede Apostolicâ contingit advertere in Ecclæ, quod esse debet: quasi Castro-
rum acies ordinata, disordinem; inter fideles, qui congregationis nomen com-
gonere portareq tenentur disgregationem: ingemiscere compellitur, illudq Sa-
cri eloquij ingeminare: Caput meum doleo, caput meum doleo. At in Vaticano,
Semper vati canere magis competit. et prosperis Ecclæ successibq, quam flere,
vel prõ dolore gemere, ob advenientes undequaq inconvenientes eventus. Sem-
per Sancta Romana Sedes, Sacrorum Rituũ Congregaõnes, in hoc suas exerunt
et detorquent vires, ut publico universitatis fidelium bono consulant salubri-
ter, provideantq efficaciter. Hinc est, quod præsentia Decreta inde emana-
verint, ob eum respectivè finem. Prima (quæ sunt circa absolutionẽ seu cele-
brationem missarum) ut scilicet Dei Boni Optimi Maximi laus, Sanum non

patiatur dispendium, benefactorum superstitum intentiones, defunctorū v
ultimæ voluntates non fraudentur, animæ in igne purgante existentes, su
fragijs non careant, populj non scandalizetur, et maximè ut Sacerdotes
non onerentur conscientiæ. Altera, (quæ sunt circa gravitatē hæreticæ
ut nimirum sua non gaudeat in via pessima prosperitate. Quæ Decreta, qui
suis temporibus (uti in ipsismet clarè videre est) legi, et cuiusvis memoriæ
inculcari, mandariq; iubentur: Nos, postquam ad notitiam nostram deveni
pro munere officij nostri, per hanc Almam Provinciam nostram expedi
enda curavimus. Quorum tenores sequuntur.

Volumq; interē Superiores prämonitos esse, in primaria horum lectione; ut sci
cet præsentibus nostris literis nonnisi pro nunc perlectis, subsequentia Decre
ta, suis postmodum temporibus sive diebq; in Rubricella pro futuro Anno
Millesimo Septingentesimo ordinata, assignatis et annotatis legenda re
linquant; ne in perlectione cunctorum hic contentorum, et lectores grav
et auditores tædio afficiantq; et tempus inaniter consumatur, non enim suf
cere posset integra hora grandij ad totum perlegendum. Satis igitq; erit
hic et nunc prämissas literas, et finem post Decreta positū perlegere.

DECRETVM.
INNOCENTII XII.
De Celebratione Missarum.

Nuper a Congregatione Venerabilium Fratrū nostrorum S.R.E. Cardi
lium, Concilij Tridentini Interpretū, prodierunt Decreta tenoris infra Scripti,
videlicet.

Alias super celebratione Missarum, ac prohibitione illas moderandi, seu redu
cendi absq; Sedis Apticæ licentia, nec non super earumdem oneribq; perpetuis
suscipiendis, et Religiosorum numero ultra redditq; et eleemosinas locorū pi
gulariū non habendo, emanarant ab hac Sacra Congregatione S.R.E. Cardi
nalium Concilij Tridentini Interpretū, Authoritate per felicis recordationis D
banū Papā VIII illi specialiter attributa quam plura Decreta tenoris sequent

§ 1 Cum sæpe contingat in quibusdā Ecclesijs tā magnū Missarū celebrandarū numē
et variis defunctorū relictis, aut piorū eleemosynis impositū esse, ut illis pro sin
gulis diebq; præscriptis nequeat satisfieri, et tamen nova onera Missarum indu
suscipiantur: indeq; fiat ut depereant quā testantiū voluntates, obstricta Bene
factoribq; fides violetur, defunctorū animæ suffragijs orbentq; Ecclesijs debi
subtrahatq; cultq; ac Christi fideles gravi scandalo affecti plerumq; à similibq; ch
ritatis operibq; retrahantq; Cumq; his malis maximè inter cætera fomenta
præbeat, aut quod ij, qui Missas supra vires celebrandas suscipiunt, speren
illas brevi ad pauciorem numerū a Superioribq; reductū iri; aut quod Ec
sorte pecuniarū absumpta, plerumq; nuda remaneant onera Missarū absq;
emolumento, aut quod eleemosyna pro illis celebrandis sit adeo tenuis, ut n

facile

facilè inveniantur, qui velint huic se muneri subijcere, et redditq Eccl. aut Monasterij, adeo exigui, ut Sacerdos pro necessaria sua sustentaõne novis se oneribus obstringere compellatur. Sacra Congregaõ Cardinaliũ Concilij Tridentini Interpretũ animadvertens se facturã rẽ Deo gratissimã, charitatiq; ac iustitiæ, maximè consentaneã, si pro viribq satagat, hunc deterrimũ abusũ è Christiana Republ. convellere atq eradicare. Sanctissimi Dñi Nri Urbani Divina providentia Papæ VIII authoritate sibi specialiter attributa infra Scripta Decreta edidit.

§2. Ac primo districtè prohibet, atq interdicit ne Episcopi in Diecæsana Synodo, aut Generales in Capitulis Gnalibq, vel alias quoquomodo reducant onera ulla Missarũ celebrandarũ, aut post idem Conciliũ imposita, aut in limine fundaõnis, sed pro his omnibq reducendis, aut moderandis, vel commutandis, ad Aplicã Sedẽ recuratur, quæ re diligenter perspecta, id statuet, quod magis in Dño expedire arbitrabitur: alioquin reductiones, moderaõnes, et commutaõnes huiusmodi, si quas contra huiusmodi prohibiõnis formã fieri contigerit, omnino nullas, atq inanes decernit.

§3. Deinde ubi pro pluribq Missis etiã eiusdẽ qualitatis celebrandis, stipendia quantũcunq incongrua, et exigua, sivè ab una, sivè a pluribq personis collata fuerunt, aut conferentur in futurũ Sacerdotibq, Ecclis, Capitulis, Collegijs, Hospitalibq, Societatibq, Monasterijs, Conventibq, Congregaõnibq, Domibq, ac locis pijs quibuscunq tam Sæcularibq quam Regularibq Sacr: Congregaõ sub obtestaõne Divini Iudicij mandat ac præcipit, ut absolutè tot Missæ celebrentur, quod ad rationẽ attributæ eleemosynæ præscriptæ fuerint, ita, ut alioquin ij ad quos pertinet, suæ obligaõni non satisfaciant, quinimo graviter peccent, et ad restituõnẽ teneantur.

§4. Id verò ut deinceps observetur exactiq, Sacr: Congregaõ eadẽ authoritate, revocat privilegia et indulta omnia, quibusvis personis, Ecclesijs, ac locis pijs, tã Sæcularibq, quã Regularibq, cuiuscunq Ordinis, Congregaõnis et Instituti, quãcunq ob causã concessa, quibq indulgetur, ut certarũ Missarũ, vel Anniversariorũ celebraõne, aut aliquibq collectis, sev oraõnibq, pluriũ Missarũ oneribq in futurũ suscipiendis satisfiat.

§5. Ac similiter omne damnabile lucrũ, ab Eccla removere volens, prohibet Sacerdoti, qui Missam suscipit celebrandã, cũ certa eleemosyna, nec eandẽ Missã alteri, parte eiusdẽ eleemosynæ sibi retenta, celebrandã committat.

§6. Præterea ne in Ecclis, in quibq onera Missarũ in perpetuũ imposita sunt, sacerdotes in eis, ut potest, adimplendis, eò tepidiores et segniores reddantur, quod onera huiusmodi, cũ nulla, aut parva sit utilitate coniuncta; statuit, atq decernit, ut pecuniæ ac bona mobilia Ecclis, Capitulis, Collegijs, Hospitalibq, Societatibq, Congregaõnibq, Monasterijs, Conventibq, ac locis omnibq, tã Sæcularibus quã Regularibq, atq illorũ personis, in futurũ simpliciter acquirenda cũ onere perpetuo Missarũ celebrandarũ ab ijs, ad quos pertinet, sub pœna interdicti ab ingressu Ecclæ ipso facto incurrenda, à die realis acquisiõnis statim deponi debeant, penes Aedẽ Sacrã vel personã fide et facultatibq idoneã, ad effectũ illa, sev illorũ pretiũ, quã primũ investiendi, in bonis immobilibq fructiferis, cũ expressa et individua mentione oneris, quod illis annexũ reperitur.

§7. Ac si eadẽ bona immobilia authoritate Aplica deinceps alienari contigerit, eorundẽ pretiũ, sub eadẽ pœna, ut supra, deponi, atq in alijs bonis stabilibq, itidem fructiferis, cũ eiusdẽ oneris repetitione, atq annexione converti debeat.

§8. Ad hæc Sac: Congregaõ in quibusvis Capitulis, Collegijs, Societatibq, et Congregaõnibq, nec non omnibq et singulis, Ecclarũ, ac piorũ locorũ, tã Sæcularium quã Regularium Superioribq, vel alijs quos pertinet, districtè prohibet, ne in posterũ onera perpetua Missarũ celebrandarũ suscipiant Sæculares quidẽ sine Episcopi vel eiq Gnalis Vicarij: Regulares vero sine Gnalis vel Provincialis

consensu et licentia inscriptis, et gratis concedenda; alioquin Sæcularis, qui huiq prohibiōnis transgressor extiterit, ab ingressu Eccl̄æ interdictq sit, eo ipso: Regularis verò pœnā privaōnis om-ū officiorū, quæ tunc obtinebit, ac perpetuæ inhabilitatis ad alia de cætero obtinenda, vocisq a-væ ac passivæ, absq alia declaraōne incurrat.

§ 9. Eleemosynas vero manuales, et quotidianas pro Missis celebrandis, ita demū ij accipere possint, si oneribq antea impositis, ita satisfecerint; ut nova quæq onera suscipere valeant: alioquin omni-no abstineant ab huiqmodi eleemosynis, etiā sponte oblatis in futurū recipiendis, et capsulas aufe-rant ab Eccl̄is, cū inscriptione illa: Eleemosina pro Missis, vel alia simili, sub ijsdē pœnis ipso facto incurrendis, ne fideles hac raōne frustrentur.

§ 10. Episcopq verò seu eiq Vicariq aut Gn̄alis, vel Provincialis, ubi de licentia pro perpetuis oneribq fu-rint requisiti, in singulis casibq, diligenter inquirant, de singulis Missarū celebrandarū oblig-nibq cuicunq Eccl̄æ, Monasterio, aut loco pro incumbentibq, nec antea assensū huiusmodi, aut li-centiā præbeant, quā eis legitimè constiterit, illiq Sacerdotes, tā novo oneri suscipiendo, quā anti-quis iā susceptis satisfacere posse, præcipuamq raōnē habeant, ut redditq, qui Eccl̄is, et locis p-relinquuntur, omnino respondeant oneribq adiunctis, secundū morē cuiuscunq Civitatis, vel Pro-vinciæ; intelligantq si in re tanti momenti desides, aut negligentes fuerint, in novissimo di-se huiq prætermissi muneris raōnē esse daturos.

§ 11. Postremo Illustrissimi Patres non sine gravi animi dolore intelligentes, mala fere omnia, qui Regularē disciplinā evertunt, ac præcipuè nimiā hanc facilitatē fovent in oneribq Missarum supra vires suscipiendis, veluti ex infecta radice pullulare, ex maiori Regulariū numero, quam ferant redditus, et eleemosinæ cuiuscunq Monasterij, inhærentes Summorū Pontificū, ac Sa-Tridentini Concilij Decretis, hac de re editis, Ssmi Dni Nri authoritate præcipiunt, ac mandant omnibq et singulis Gn̄alibq et Provincialibq, Commissarijs, Ministris, Præsidentibq, Abbatibq, Prioribq, Præpositis, Guardianis, Vicarijs, et quibuscunq alijs superioribq Monasteriorum Conventuū, ac Domorū Regulariū, bona immobilia possidentiū, vel non possidentiū, cuiqcunq Ordinis, Congregaōnis, et Instituti existentiū intra fines Italiæ, et Insularū adiacentiū, ut singu-ad quos pertinet, in qualibet Provincia, adhibitis duobq, aut tribq Regularibq sui Ordinis vel Co-gregaōnis probatioribq, et rerū usu peritioribq, bona immobilia, census, redditus, et proventq omni-consvetas item eleemosinas et obventiones, tā communes Monasteriorū, Conventuū, et Dom-rū eiusdē Provinciæ quā etiā singularibq Personis Religiosis assignatas, seu permissas, in com-munē usū deinceps conferendas, decem annorū immediate præcedentiū, habita raōne, dili-genter et mature recognoscant, ijs omnibq detractis, quæ reparaōnes, præstaōnes, grandines, ste-rilitates, aliave cuiuslibet generis onera consveverunt absorbere.

§ 12. Eaq omnia scripto fideliter exarata idē Superior, cuiq interest, in proximo Capitulo seu Congre-gaōne Gn̄ali, vel Provinciali, corā tribq Iudicibq ab ipsomet Capitulo seu Congregaōne, deligen-dis proponat, qui computatis huiusmodi redditibq, eleemosinis, et obventionibq universis, et oneri-ut supra detractis, sedulo examinent, quot Religiosi homines connumeratis, etiā Laycis, alijs necessarijs servientibq, in unoquoq Monasterio, Conventu, et Domo Regulari, iuxta Regionis et proprij instituti morē, victū et vestitū, et medicinalia in communi habentes, competenter valeant sustentari. Tū eorundē bonorū, redditūū, eleemosinarū, et onerū, præcisam notam ipsimet Capitulo seu Congregaōni exhibeant, ut in illo diligenter, omnibq discussis, cuiuscunq familiæ, Monasterij, Conventq, ac Domq Regularis, in singula quaq Provincia certq earū ta-tū personarū numerq, Patrū Capitulariū voto præfigatq, quæ redditibq, eleemosynis, et ob-ventionibq ut superiq sufficienter ali possint.

§ 13. Ne vero Superiores, qui id prestare debent, seriq aut remissiq, quā par est, suo muneri sa-tisfaciant: mandat Sac: Congregaō ut infra annū post proximū Capitulū Gn̄ale, aut

Provinci

Provinciale, computandū, omnia hoc de genere capitulariter gesta, in authentica forma redacta Sac: Congregaōne Concilij singuli mittant.

§14. Numerum familiā singulorū Conventuū, Monasteriorū, et Domorū huiusmodi regulariū, Capituli, seu Congregaōnis Gnālis, vel Provincialis sententia et authoritate prōstintū, ijdē Superiores tā Gnales quā Provinciales omnes, perpetuo servare omnino teneant, nec possint illū quoquo modo augere, etiā prōtextu augmenti redditūū, absq sacrā ipsiq Congregaōnis licentia. Superiores autē huiqmodi, qui prōdicta omnia, in prōfixo termino non prōstiterint, vel numerū, ut supra scriptū, quouis modo augere prōsumpserint, privāmis omniū officiorū, quā tunc temporis obtinebant, vocisq activā, et passivā, et ad omnia sua Religionis officia, et gradq inhabilitatis perpetuā pānā eo ipso incurrere, atq aliis etiā gravioribq a Sede Aplica infligendis pānis, Sac: Congregaō subiacere voluit, et declaravit.

§15. Deinceps vero Monasteriū, Conventq, Domq, Congregaō, vel Societas Religiosorū seu Regulariū, nullibi recipiat, niſi prōterea alia ad id requisita, in singulis eiqmodi locis duodecim saltē Fres, aut Monachi, seu Religiosi degere, et ex redditibq et consuetis eleemosynis, detractis omnibq ut supra, detrahendis, competenter sustentari valeant, ad prōscriptū Decreti, felicissimæ Recordaōnis Gregorij XV. hac de re editi: Alioquin Monasteria, et Loca huiqmodi post hac recipienda, in quibq duodecim Religiosi, ut supra, sustentari, atq inhabitare non poterunt, et actu non habitaverint, Ordinarij Loci Visitaōni, Correōni, atque omnimodæ iurisdiōni subiecta esse intelligant.

§16. Porro ne ullo unquā tempore hāc in oblivionē, seu desuetudinē abeant Superiores locales, cuiqunq Monasteriī, Conventq ac Domq Regularis, curare atq efficere teneant, sub pāna privāonis officij vocisq activā ac passivā, ipso facto incurrenda, ut in perpetuū sexto quoq mense, id est, Feria 2da, post 1mā Dnicā Adventq, et Feria Sexta, post Octavā Corporis Xti, prōsentes ordinaōnes in publica mensa perlegant.

§17. Omnibq tā Ecclesiasticis Personis cuiqunq sint Ordinis, Condiōnis, et gradq, quā Laycis quocunq honore et potestate prōditis, prōsentia Decreta declarandi, vel interpretandi facultate penitq interdicta.

§18. Non obstantibq, quod supra Scripta omnia et singula in prōsentibq Decretis contenta, Constitūonibq et Ordinaōnibq Aplicis in favorē quarumcunq personarū, atq Ordinū, tam Mendicantiū, quā non Mendicantiū, Militariū, etiā S. Ioannis Hierosolymitani, Congregationū, Societatū, ac cuiqlibet alterig Instituti, etiā necessario et individuo exprimendi, Ecclarū, Monasteriorū, Conventuū, Collegiorū, Capitulorū, Hospitaliū, Confraternitatū, et aliorū quorumcunq tā Sēcularium quā Regulariū locorū, necnon illorū etiā iuramento, Confirmaōne Aplica, vel quavis firmitate alia roboratis Statutis, et consuetudinibq etiā immemorabilibq, Privilegijs quoq, Indultis, et Literis Aplicis, etiā Marima Sive Bulla aurea, aut aliās nuncupatis, sub quibuscunq tenoribq et formis, ac cū quibq etiā derogatoriarū derogatorijs, aliisq efficatioribq, et insolitis clausulis necnon irritantibq Decretis, etiā motu proprio, et ex certa Scientia, ac de potestatis Aplicæ plenitudine, aut aliquomodolibet etiā per viā communicaōnis seu extensiōnis concessis, et iteratis viisq approbatis et innovatis, etiamsi pro illorū sufficienti derogaōni de illis, eorumq totis tenoribq et formis, specialis et individua, ac de verbo ad verbū, non autē per clausulas generales mentio, seu quivis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma servanda fuerit, tenores huiqmodi, ac si de verbo ad verbū nil penitq omisso, et forma in illis tradita observata, inserti forent, prōsentibq pro expressis habens, quibq, quo ad ea, quæ prōsentes

adversantur, illis alias in suo robore permansuris, Sac: Congregaõ Sanctitatis Suæ autho-
ritate specialiter et expressè derogat, cæterisq contrarijs quibuscunq.

§19. Et ne præmissorũ ignorantia à quoquã prætendi possit, voluit eadẽ Sac: Congregaõ ut præsentes ordinaõnes in Valvis Basilicarũ, S Joannis Lateranensis, et Principis Aptorũ de Vrbe, ac in Acie Campi Floræ, ut moris est affixæ, omnes, ad quos pertinet, ita arcten et afficiant, ac si unicuiq personaliter intimatæ fuissent.

§20. Vtq earundẽ præsentiũ transumptis etiã impressis, manu alicuiq Notarij publici subscriptis et sigillo personæ in dignitate Ecclastica constitutæ munitis, eadẽ prorsq fides adhibeat quæ præsentibq adhiberetur, si fuerint exhibitæ vel ostensæ. Datũ Romæ 21 Junij. 1625

Cosmus Cardinalis de Torres.
Prosper Fagnanus S. Congr: Secr:

§21. Excitatis autẽ Super præmissorũ Decretorũ intelligentia Seu interpretaõne, infra scriptis dubijs, prodierunt a memorata Congregaõne, simili authoritate illi à præfato Vrbano Papa VIII specialiter attributa, responsiones seu declarationes inferiq apponendæ.

§22 Super primo Sac: Congregaõnis Decreto de celebraõne Missarũ, quô prohibetur ne Episcopi in Diecæsana Synodo, aut Gnales in Capitulis Gnalibq, vel alias quoquo modo reducant onera ulla Missarũ celebrandarũ, aut post idẽ Conciliũ imposita, aut in limine fundaõnis.

1mo. Quæritur. Quid si legatũ sit ita tenue, ut non sit qui velit ongilli iniunctũ subire, et si recurrendũ sit ad Sedẽ Aplicã pro moderaõne oneris, totũ aut fere totũ insumendũ sit pro expensis ad id necessarijs? Et quid, si permittatur Episcopo in fundaõne ut possit huiusmodi onera moderari?

2do Super 2do eiusdem Decreto Congregaõnis, quo cavetur ut celebrentur tot Missæ, quot ad raõnẽ tributæ Eleemosynæ præscriptæ fuerint.
Quæritur an verba illa: præscriptæ fuerint. intelligenda sint de præscriptione facta ab offerente, vel ab Ordinario?

3tio An cũ Ordinarius præscripserit eleemosinã congruã iuxta qualitatẽ loci, personarũ, ac temporũ, Sacerdotes accipientes stipendiũ minus congruo, teneantur Missas illis ab offerente præscriptas celebrare?

4to An Sacerdotes qui tenentur Missas celebrare raõne beneficij, seu Capellæ, legati, aut Sal possint etiã manualẽ eleemosinã pro Missis votivis, aut Defunctorũ, recipere, et unico Missæ Sacrificio utriq oneri satisfacere?

5to Posito, quod testator relinquat ut celebrentur pro eius anima centũ Missæ, absq ulla præscriptione eleemosinæ.
Quæritur an liberũ sit hæredibq eleemosinã sibi bene visã præscribere, an vero eadẽ eleemosina præscribenda sit ab Ordinario?

6to Super tertio Congregaõnis Decreto in quo eadẽ Congregaõ revocat privilegia, quibq indulgetur ut certarũ Missarũ vel Anniversariorũ celebraõne, aut aliquibq Collectis seu Oraõnibq pluriũ Missarũ oneribq in futurũ suscipiendis satisfiat?
Quæritur an verba: in futurũ suscipiendis. intelligenda sint de oneribq suscipiendis, post privilegiũ?

7mo Super 4to eiusdẽ Congregaõnis Decreto quo prohibetur Sacerdoti, qui suscipit Missã celebrandã de certa eleemosyna, ne eandẽ Missã alteri, parte eiusdẽ eleemosinæ sibi retenta, celebrandã committat.

Quæritur

Quæritur, an permittendum sit Administratoribus Ecclesiarum, ut retineant aliquam eleemosinarum portionem, pro expensis manutentionis Ecclesiæ, Altarium, inservientium, Paramentorum, Luminum, Vini, Hostiæ, et similium?

8vo An hoc Decretum habeat locum in beneficijs quæ conferuntur in titulum, id est, an Rector beneficij, qui potest per alium celebrare, teneatur Sacerdoti celebranti dare stipendium ad rationem redditum beneficij?

9no An Sacerdotes, quibus aliquando offertur eleemosina maior solita, pro celebratione Missæ, debeant dare eandem integram eleemosinam ijs, quibus Missas celebrandas committunt, an verò satis sit, ut dent celebrantibus eleemosinam consuetam?

10mo Super 5to eiusdem Congregationis Decreto, quo inter cætera statuitur in hæc verba: Eleemosinas vero manuales et quotidianas pro Missis celebrandis ita demum ijdem accipere possint, si oneribus antea impositis, ita satisfecerint, ut nova quoque onera obire valeant: alioquin omnino abstineant ab huiusmodi eleemosinis etiam sponte oblatis, in futurum recipiendis, et capsulas auferant. etc.

Quæritur an hoc Decretum prohibeat absolutè, quominus accipiant novas eleemosynas, ij qui acceptis non satisfecerunt, et quid si congruo tempore possint omnibus satisfacere?

11mo Quid, si offerens eleemosynas audito impedimento consentiat, ut Sacerdos Missam celebret, cum primum poterit?

12mo An pœna Interdicti, et aliæ appositæ in eodem Decreto afficiant tam eos, qui accipiunt eleemosinas contra formam ibi præscriptam, quam eos qui non auferunt Capsulas ab Ecclesiis ut ibidem præscribitur?

13tio An in hoc Decreto comprehenduntur illæ Capsulæ, quæ apponi solent in Ecclesiis in die commemorationis Omnium SS. et vulgo dicuntur Casse de morti?

14to An administratores Ecclesiæ, magnæ devotionis et Concursus possint Eleemosynas pro Missis celebrandis accipere, si ijsdem Missis, nonnisi post longum tempus satisfacere valeant, ne alias cultus Eccl. et devotio, ac concursus fidelium (ut aiunt) minuatur?

15to Quia prohibitio dicti Decreti videtur aliquibus directa, Solis Capitulis, Collegijs, Societatibus, Congregationibus, nec non omnibus et singulis Ecclesiarum, piorum locorum, tam Sæcularium quam Regularium Superiori de quibus expressa fit mentio, non autem privatis Sacerdotibus; qui tamen comprehendi videntur sub clausula generali (et alij ad quos pertinet) Supplicatur pro opportuna declaratione.

16to Super 7mo. eiusdem Congregationis Decreto, quo cavetur ut in singulis Monasterijs Religiosorum præfigatur numerus, qui ex consuetis redditibus, aut eleemosynis commode possint sustentari.

Quæritur, an ubi hæc præfixio facta iam fuit in vi similis Decreti SSmi. Pauli V. absque tamen computatione redditum cuiusque Religiosi, sit denuo facienda, nec ne?

17mo An Novitij ad Habitum Regularem admissi, possint admitti ad Professionem in Monasterijs, in quibus habita ut supra præfixione numeri, commode ali non possint?

18vo Super ultimo quo cavetur ut nullibi recipiantur Conventus Regularium, nisi præter alia, ad id requisita, duodecim saltem Fres in eis degere et competenter sustentari valeant, ita ut aliquin subsint iurisdictioni Ordinariæ.

Quæritur, an hoc Decretum, quod videtur editum in ordine ad Celebrationem Missarum comprehendat illas Religiones, quæ non consueverunt onera Missarum recipere, ut sunt Religiones Capucinorum, ac Societatis IESU?

Ultimo An idem Decretum ubi disponit ut nullibi recipiantur Monasteria, nisi etc: habet locum in Italia duntaxat, ad quam est restrictum Decretum proximè antecedens, an vero etiam extra Italiam?

Declarationes Seu Responsiones ad Supradicta Decreta

§23. Sacra Congregatio Cardinalium Concilij Tridentini Interpretum Authoritate sibi a SSmo Nro attributa, ad singula dubia superius proposita ad hunc modum respondit, videlicet.

Ad 1mum. Et si legatum sit adeo tenue, nihilominus pro reductione oneris, ut supra, impositi ab ijs ad quos pertinet, sedem Aplicam esse adeundam, quae absque ulla impensa, id statuet, quod magis in Dno è re esse iudicaverit: verumtamen si in ipsa erectione beneficij, expresse cautum fuerit, ut liceat Episcopo iniunctum reducere ac moderari, legem hanc fundationis, quam Decreta hac de re edita non sustulerunt, esse validam et observandam.

Ad 2dum. Esse intelligenda de praescriptione facta ab eo, qui eleemosinam tribuit, non autem ab Ordinario. Quodsi tribuens eleemosinam numerum celebrandarum Missarum non praescripserit, tunc tot Missas celebrari debere, quot praescripserit Ordinarius, secundum morem Civitatis, vel Provinciae.

Ad 3tium. Teneri.

Ad 4tum. Sacerdotes, quibus diebus tenentur Missas celebrare ratione beneficij, seu Capellae, legati, aut Salarij, si eleemosynas pro alijs Missis etiam celebrandis susceperint, non posse eadem Missa utrique obligationi satisfacere.

Ad 5tum. Censuit ubi nullam certam eleemosinam testator reliquit, esse ab Episcopo praescribendam eleemosinam congruam, quae respondeat oneribus Missarum celebrandarum, secundum morem Civitatis, vel Provinciae.

Ad 6tum. Ita esse Intelligenda.

Ad 7mum. Respondit permittendum non esse, ut Ecclae, aut loca pia, vel illorum Administratores ex eleemosynis Missarum celebrandarum, ullam utcunque minimam portionem retineant ratione expensarum, quas subeunt in Missae celebratione, nisi cum Ecclae, et loca pia, alios non habent redditus, quos in usus earundem expensarum erogare licite possint, et tunc quam portionem retinebunt, nullatenus debere excedere valorem expensarum, quae pro ipsomet tantum Missae Sacrificio necessario sunt subeundae, et nihilominus eo etiam casu curandum esse, ut ex pecunijs, quae supersunt expensis, ut supra deductis, absolute tot Missae celebrentur, quot praescriptae fuerint ab offerentibus eleemosynis.

Ad 8um. Non habere locum, sed satis esse, ut rector beneficij, qui potest Missam per alium celebrare, tribuat Sacerdoti celebranti eleemosynam congruam secundum morem Civitatis vel Provinciae, nisi in fundatione ipsius beneficij aliud cautum fuerit.

Ad 9num. Debere absolute integram eleemosinam tribuere Sacerdoti celebranti, nec ullam ipsius partem sibi retinere posse.

Ad 10mum. Respondit non prohibere absolute; ac propterea, et si oneribus iam susceptis non satisfecerint, possunt tamen nova etiam onera Missarum celebrandarum suscipere, dummodo infra modicum tempus possint omnibus satisfacere.

Ad 11mum. Quamvis ~~extra~~ onera suscepta infra modicum tempus impleri nequeant, si tamen tribuens eleemosinam pro aliarum Missarum celebratione, id sciat et consentiat, ut illae tunc demum celebrentur, cum susceptis oneribus satisfactum fuerit Decretum non prohibere, quominus eo casu eleemosynas accipiatur pro ijsdem Missis iuxta Benefactoris consensum celebrandis.

Ad 12mum. Has poenas non habere locum nisi in susceptoris onera perpetuae Missarum celebrandarum, sine licentia Epi vel ~~Eius~~ Gnalis Vicarij aut Gnalis Vlis.

Ad 13mum. Comprehendi

Ad 14tum. Non posse nisi de consensu eorum, qui eleemosynas tribuunt, ut supra in Responsione ad 11mum.

Ad 15tum. Comprehendi etiam privatos Sacerdotes.

Ad 16tum. Numeri ~~ad~~ praefixionem iterum esse faciendam, servata forma ultimi decreti hac de re editi.

Ad 17mum

Ad 17mum Esse admittendos ad Professionē, si alias habiles existant, ac deinde in aliquo alio Monasterio eiusdē Religionis collocandos, ubi commodè ali possint. 19

Ad 18um. Censuit comprehendere.

Ad Ultimum. Habere locū extra Italiā.

Cosmus Cardinalis de Torres.
Prosper Fagnanus Sac: Cong: Secre

§24. Cū autē super præmissis diversi irrepserint abusus, illorumq occasione quā plures querelæ et recursus ad Aplicā Sedē pervenerint; cupiens eadē Congregaō Cardinaliū, Concilij Tridentini Interpretū, huiusmodi detestabiles abusus è Christiana Republ. pro viribus evellere, ac opportunè providere, ut sublatis fraudibus, ac emendatâ negligentiâ, piè disponentiū, seu benefactorū voluntati fides illibata servetur, defunctorū animabus integra et prompta prestentur suffragia, itidemque Deo, maior gloria, et Ecclis præstantior cultus reddatur, prævia authoritate per SSm Dnum Nrum Innocentiū Divinâ providentiâ Papā XII. ei specialiter attributâ, infra scripta Decreta, prius in particulari nonnullorū ex præfatis Cardinalibus per Sanctitatē suā deputata, et postea in Gnali huiusmodi Cardinaliū Congregaōne maturè et accuratè discussa, recognita, et examinata edidit.

§25. Imprimis præinserta Decreta, cū præmissis illorū declaraōnibus, plenissimè et amplissimè approbat, confirmat, et innovat, omniaq et singula ibidē contenta et expressa iterū omni meliori modo decernit, statuit, ac ab omnibus et singulis, etiā speciali, et indiuiduali nota, seu expressione dignis, penitus observari, et omnimodæ executioni demandari decernit, Sancit, et præcipit.

§26. Insuper ut in re tanti momenti consultius, ac maiori ut par est circumspeōne procedatur; Si qui forsan fuerint, v sint, qui suis pravis, et erroneis intentibus, seu opinionibus blandiri volentes, Missarū celebraōnē omittunt sub malitiosa, v irrationabili spe earundē condonationis v reductionē a Sede Aplica, v compositionē à Reverenda Fabrica S. Petri de Urbe obtinendi Congregaō præfata tū eosdē, tū quoscunq alios qui posthac in adeo detestabiles abusus ausi fuerint offendere, certiores fieri, et monitos esse voluit, præfatas condonaōnes, et reductiones ab eadē sede, nonnisi ex rationabili causa, seu æqua commiseraōne, compositiones verò à dicta Fabrica utentes suis facultatibus et privilegijs, nonnisi ex causa pariter rationabili, et cū clausulis opportunis, et præsertim cū illa: dummodo malitiosè non omiserint animo habendi compositionē, alias gratia nullo modo suffragetur, admitti consuevisse, et solere: quapropter ut locus omnis in posterū hisce prætextibus præcludatur, memorata Congregaō, tales intentiones, opiniones, seu spes, ac eleemosinarū sive in toto, sive in parte, versiones in aliū, quā præfatarū usū, seu satisfactionē, et quascunq alias directas v indirectas, immediatas v mediatas, contraventiones, seu circumventiones, declarat prorsus irrationabiles, iniustas, et illicitas, illasq omnino reprobat, damnat, et interdicit.

§27. Cumq huiusmodi absurda ex eo plerumq proveniant, quod onera Missarū, supra vires, suscipiant caveant omnes et singuli Rectores, Superiores, et Ministri, quarumcunq tū Sæculariū, tū Regulariū Ecclarū, seu illarū Capitula, ne onera seu Missas tū perpetuas, tū temporales, tū etiā Manuales, quarū satisfactioni impares fuerint, quoquo modo suscipiant; utq idipsū quoad fieri potest pateat, teneantur eidē conficere, semperq in loco magis patenti et obvio, retinere tabellā onerum perpetuorū, et temporaliū, literis perspicuis et intelligibilibus descriptorū; quorū implementum si moraliter, et intra præscriptū, seu breve tempus, satisfacere n posse, seu illa duntaxat, et n ulteriora adimplere posse crediderint, seu credere debuerint, alias Missas sive perpetuas, sive temporales, sive manuales, per se, v per interpositas Personas, quoquo modo recipere, seu acceptare omnino desistant, seu abstineant, et ulterius, tali casu in eadē tabella similiter exprimatur sese propterea alijs Missis acceptandis et celebrandis impares esse.

§28. Sidē teneantur pariter in Sacrario duos libros retinere, ac in eorū altero, singula onera pe

petua, et temporalia, in altero autē Missas manuales, et tā illarū, quā istarū adimplementum, et eleemosynas distinctè diligenter annotare, et annotandas, seu annotanda curare, singulisq; annis de supradictis adimplementis, eleemosynis, et oneribus, pariter exactā rationē suis Superioribus reddere, ac omnes, et singulas rāones huiusmodi, in præfatis respectibus rāones debent reddi, quas Superiores, quibus reddendæ erunt, describere, seu annotare, sive describendas v. annotandas respectivè curare studebunt.

§29. Quibus semper salvis debeant ulterius Regulares prædicti, omnes et singulas quascunq; eleemosynas, tū manualiū, tū perpetuarū, et temporaliū Missarū reponere in Capsa particulari, sub duabus clavibus, quarū una penes Superiorē localē, altera verò penes aliū à Capitulo Conventuali deputandū retineat, ac de ijsdē eleemosynis, et celebrāone Missarū corā Patribus Discretis, seu Consiliarijs, v. alio simili modo nuncupatis, singulis Mensibus, districtam rāonē exigere, et respectivè reddere.

§30. Quod si prædicti, ad quos cura tabellæ, Capsæ, et librorū præfatorū respectivè pertinet, seu pertinere debet, suā operā præmissis, ut præfertur minime navaverint, et Superiores, tū Sæcularium, tū Regulariū Ecclarū, rāonē prædictā n̄ exegerint, seu n̄ invigilaverint, quod præfati, qui in curā tabellarū, et librorū incumbunt, suo muneri, ut præfertur satisfaciant, in singulis respectivè casibus, Sæculares pœnā suspensionis incurrant; Regulares verò voce activa et passiva, ac gradibus et officijs, quæ obtinent, ipso facto, et absq; alia declarāone privati sint, et intelligantur, nec n̄ ad huiusmodi gradus et officia obtinenda similiter inhabilitentur, et inhabilitati sint et intelligantur.

§31. Porro neullo unquā tempore omnia et singula Decreta prædicta in oblivionē, seu desvetudinem abeant, Rectores, Superiores, seu Capitula Ecclarū Sæcularium, illa retineant publicè exposita in eorū Sacrario; Superiores verò Locales cuiuscunq; Monasterij, Conventus ac Domus Regularis, curare et efficere teneantur, sub pœna privāonis officiorū, quæ obtinent, vocisq; activæ et passivæ, ipso facto incurrenda, ut in perpetuū Sexto quoquo Mense, id est, Feria 2da post 1mam Dnicā Adventus, et Feria 6ta post Octavā Corporis Xti, omnes et singulæ præmissæ, tū insertæ, seu confirmatæ, tū in præsens factæ ordināones, una cū dictis declarāonibus in publica mensa perlegantur.

§32. Meminerint igitur et Satagant Ordinarij ut à Personis, et in Ecclis quoquo modo, etiā in vim Decretorū Concilij Tridentini ~~Subi~~ Subiectis, Missæ, ea qua par est, fide, et diligentia celebrentur et cuncta, et singula, decreta huiusmodi omnimodæ execūoni demandentur, nedū iustitiā, recurrentibus seu instantibus, reddentes, sed ex officio, tū in Visitāonibus, tū in alijs actibus, et modis quos expedire et convenire toties, quoties indicaverint inquirentes, ne aliquid committatur, pervertatur, differatur, v. omittatur, quod his omnibus et singulis decretis adversetur.

§33. Caveant etiā omnes respectivè Regulares tū Subditi, tū Superiores, quicunq; nedū locales, sed etiā Provinciales, et Gnales, ne Missarū celebrāo, et omniū Decretorū præmissorū executio, cū pernicie propriarū animarū, cū præiudicio illarū, quibus Missæ sunt applicandæ, et cū magno Christi fideliū Scandalo, quoquo modo omittantur, differantur, negligantur, seu pervertantur, alioquin ultra propriæ conscientiæ onerationē, pœnā privāonis vocis activæ et passivæ, ac graduum et officiorū q; obtinent, nec non inhabilitationis ad huiusmodi gradus et officia obtinenda prorsus incurrant.

§34. Curent propterea præfati Superiores Regulares, in omnes, et singulos contravenientes, debitis pœnis diligenter, et promptè etiā per inquisiōnē animadvertere, et insuper teneantur omnes et

Singuli

Singuli Superiores Locales, in Provincialibꝫ Capitulis, seu Congregaõnibꝫ, exhibere attestaõ-
seu fidē, ab omnibꝫ Sacerdotibꝫ Conventꝫ, Monasterij, seu cuiꝫcunꝫ Domꝫ Regularis, subseri-
& iurata, quod omnibꝫ & singulis, tã perpetuis, tã manualibꝫ Missarũ oneribꝫ seu obligaõni-
ad limites seu tenore præsentiũ Decretorũ, tempore eorũ regiminis fuerit omnino et in
graliter satisfactũ, vel deficiente aliqua modica satisfactione, possit etiã huiꝫmodi residuali
implemento Missarũ distinctè referendarũ, intra brevè tempꝫ moraliter satisfieri, eã adie
& omnino adimplendã conditione, quod ante præfatã attestationis exhibitionē, quiꝫcunꝫ Su-
periores locales prædicti, voce activa seu passiva in memoratis Capitulis seu Congrega-
nibꝫ omnino habere nõ valeant.

§35. Præterea Provinciales, Vicarij, et Visitatores Provinciarũ, seu Congregaõnũ debebunt in
ne eorũ regiminis, Superioribꝫ Gralibꝫ, in forma probante, ostendere; quod executioni præ-
tiũ decretorũ sedulo invigilaverint, et ad eorũ tenorē in omnibꝫ & singulis oneribꝫ et obli-
tionibꝫ, ac infimul satisfactionibꝫ Missarũ exactã & diligentē raõnē exegerint, ac contra
delinquentes, ad declaraõnē & executionē respectivè præmissarũ in decretis contentarũ pro ce-
serint, & de adimplemento circa ea, quæ in præmissis ad ipsos spectant, legitimè docuerin
alias ad voce activa & passiva in memoratis Capitulis Gralibꝫ nullatenꝫ admittant.

§36. Cæterũ, quia etiã ad quã plures Archi Confraternitates, Confraternitates, Societates, Congrega-
nes, Hospitalia, Altaria, Capellas, Oratoria, & Ecclas, ac alia loca, & opera pia, quomodolibet
nuncupata, quæ cuicunꝫ curã seu regimini, aut administraõni, vel directioni Laicorũ, cuiꝫlibet
gradꝫ, statꝫ, condiõnis, & præeminentiæ, etiã specialis et individuali nota dignorũ ducatax-
vel quorumcunꝫ Ecclesiasticorũ, et Laicorũ huiꝫmodi mixti commendata, annexa, seu quomo-
docunꝫ commissa, vel attributa sunt, ongꝫ, seu cura celebraõnis Missarũ, sive manualiũ, sive
ad tempꝫ vel in perpetuũ pertinent, hinc salvis semper ijs, quæ in præinsertis decretis continent,
omnes et quicunꝫ huiꝫmodi Archi Confraternitatũ, Societatũ, Congregaõnũ, Hospitaliũ, Alta-
riũ, Capellarũ, & Oratoriorũ & Ecclarũ, ac illorũ locorũ, & operũ piorũ rectores, seu adminis-
tratores, vel directores, & alij huiꝫmodi Officiales, nec non ij, ad quos cura tabellæ & librorũ, in
præmissis, spectat, tabellã, libros, & hæc Decreta, respective iuxta modos superius expressos simili-
retinere, nec non de oneribꝫ, ac celebraõnibꝫ, & eleemosynis dictarũ Missarũ, singulis annis
raõnē exigere, & respectivè ijs, ad quos pertinet, reddere, sub pœnis arbitrio, et in subsidiũ &
communicationis teneantꝫ.

§37. Postremò omnibꝫ & quibuscunꝫ tã Ecclesiasticis personis, cuiuscunꝫ Ordinis, statꝫ, gradꝫ, Regu-
Congregaõnis, Societatis, Condiõnis, & dignitatis, existant; quã Laicis quocunꝫ honore ac potestat-
prædictis omnia & singula præmissa Decreta interpretandi, nec non Ecclesiasticis prædictis, qu-
nas in huiꝫmodi Decretis relaxandi, sub quo-quo modo, circa præmissa dispensandi, omnis & quã-
facultas sit penitꝫ interdicta.

§38. Non obstantibꝫ, quoad supra scripta omnia, et singula, in huiꝫmodi Decretis contenta, constitũõni
& Ordinaõnibꝫ Apticis, in favorē quarumcunꝫ personarũ, atꝫ Ordinũ, tã Mendicantiũ, quã re
Mendicantiũ, Militariũ etiã S. Joannis Hierosolymitani, Congregaõnũ, Societatũ, ac cuiꝫlibet al-
terig instituti etiã necessario, & in individuo exprimendi, Ecclesiarũ, Monasteriorũ, Conventuũ, Co
legiorũ, Capitulorũ, Hospitaliũ, Confraternitatũ, et aliorũ quorumcunꝫ tam Secularium quã Re
gulariũ locorũ, nec non illorũ etiã iuramento, Confirmaõne Aptica vel quavis firmitate alia

roboratis, statutis & consuetudinibus etiã immemorabilibus, privilegijs quoq; indultis, et literis Apostolicis, etiã Mari magno, seu Bulla aurea, aut alias nuncupatis, sub quibuscunq; tenoribus et formis, ac cũ quibusvis, etiã derogatoriarũ derogatorijs, aliisq; efficacioribus, et insolitis clausulis, nec non irritantibus Decretis, etiã motu proprio, et ex certa scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, aut alias quomodolibet, etiã per viã communicationis seu extensionis concessis, et iteratis vicibus approbatis, & innovatis, etiamsi pro sufficienti illorũ derogatione de illis eorumq; totis tenoribus & formis specialis & individua, ac de verbo ad verbũ, non autẽ per clausulas finales mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma servanda esset; tenores huiusmodi, ac si de verbo ad verbũ, nil penitus omisso, & forma in illis tradita observata inserti forent, præsentibus pro expressis habens, quibus quoad ea quæ præsentibus adversantur illis alias in suo robore permansuris. Sacra Congregatio Sanctitatis suæ Authoritate specialiter & expresse derogat, cæterisq; contrarijs quibuscunq;. Dat: Romæ die 23. Novembris. Anno 1694.

Joseph: Card: Sacripantes. Præfectus.
Ferdinandes Nuptius Sacræ Congr. Secret.

§39. Quocirca cũ Dilecto Filio Nostro Joseph Tituli Sanctæ Mariæ Transpontinæ Sanctæ Romanæ Eccles Presbitero Cardinali Sacripantes, memoratæ Congregationis Præfecto, præfata Decreta nobis retulerit, Nos considerantes eadẽ omnia, & singula Decreta ea quæ decet maturitate digesta & examinata, ac in viã Apostolicæ Authoritatis eidẽ Congregationi specialiter (ut præfertur) attributa, peracta; perutilia fore censentes, illaq; propterea perpetuò & inviolabiliter observari, nec non constitutionis Nostræ munimine roborare volentes: Motu proprio, non ad cuiusdã Nobis super hoc oblatæ petitionis instantiã, sed ex certa scientia, et matura deliberatione, deq; Apostolicæ potestatis plenitudine, præinserta Decreta, omniaq; & singula in eis contenta, tenore præsentium, Authoritate Apostolica confirmamus, & approbamus; illisq; inviolabilis & irrefragabilis Apostolicæ firmitatis robur & efficaciã adjicimus; quinimo motu proprio, scientia, deliberatione, ac potestatis plenitudine, & similibus, omnia & singula, in supradictis Decretis contenta de novo statuimus, decernimus, & ordinamus: ac ab omnibus & quibuscunq; etiã specialis & individua nota dignis, omnino exactè & perpetuò servari volumus, sancimus, & mandamus. Decernentes præsentes Literas cũ omnibus & singulis inibi contentis, semper firmas, validas, & efficaces existere & fore, suosq; plenarios & integros effectus sortiri & obtinere debere, & ab omnibus, ad quos spectat, & pro tempore, quandocunq; & quomodocunq; spectabit, in omnibus & per omnia, plenissime & inviolabiliter observari, sicq; & non aliter, per quoscunq; Judices ordinarios & delegatos, quavis Authoritate, præeminentia, aut potestate fungentes, & functuros, etiã causarũ Palatij Apostolici Auditores, ac eidẽ S. R. E. Cardinales, etiã de latere Legatos, & Sedis Apostolicæ Nuntios, sublata eis, & eorũ cuilibet, quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, judicari & definiri debere: ac irritũ & inane, si secus super his, à quoquã quavis authoritate scienter vel ignoranter contigerit, attentari.

Cum quantis in turbido Hellesponti nostri motu, motus et cursus nostri Prædromus Pastoralis agitatur procellis, quantos incidit in vorticos? quibus allidis scopulis, ita planè, ut in nostra autoritate videamur habere gubernandi potestatem. Non latebant quidem Nos, hujus abyssalis cataclysmi terræpestates, ut potè bis retroactis annis continuis intumescentes fluctibus: Nihilominus ex Supremi decreti Moderatoris suscepto gubernaculo dedimus onus Paulo Et. Proinde lustratis jam omnibus et singulis hujus Almæ Provinciæ Conventibus necnon Præsidentijs eorumq; peractâ sanctæ Visitationis et perfectis omnibus quæ annalem Nostram concernebant Administrationem in decursu Anni Officij Emuscationem. Jatevmedij Capituli Acti Rædi Actum Et Multum Vrchis Filijs et Charitatibus Vestris intimandam et indicendam esse duximus prout hisce Scriptis Nostris celebrandam indicimus et denunciamus Potentia in quinque finem de Expressi Pro Diæomissariis Gnatis expressa ejusdem celebrandæ Licentia Et Facultate cujus tenor est talis:

Fr Celestinus de Mediolano Ordinis Præd. S.P.N. Francisci Lector Jubilatus in hac Cismontana Familia ejusdem Ordinis etiam Discretus Provinciæ Commissarius Totius Observantiæ ac Reformatorum Discretus perpetuus et Definitor &c.

Reverendo Patri Ministro Nostræ Observantis Provinciæ Poloniæ Majoris ut Nostram Plenam facultatem impartimur quatenus accedente consensu Patrum Definitorij tempore opportuno cum eisdem Congregationem Intimam interne Diam celebrare valeat. Volumus autem ut ad Regimen Conventuum nonnisi Religiosi fama vitæ Zelo præstantiores promoveantur et præsertim qui vitæ communem ac Regularem Observantiam prægnanter servent justitia distributiva quæ Pacem Provinciæ et fraternam inter Religiosos concordiam confirmat, ante electionem perquirantur quæ de Jure peragende sunt; et præsertim circa observationem Constitutionis Apostolicæ nonissimæ S. mem. Innocentij XI. de Celebratione Missarum necnon circa exercitia Spiritualia sicut jam a Nostris Prædecessoribus et a Nobis ordinatum fuit: Quia autem Endsmo Et Mr Mus Gallis suis literis datis Matriti sub Diem Septem 1676. Jussi Nobis injungat, ut omnino tollamus a Provinciis hujus Cismontanæ Familiæ detestabilem abusum satisfactionum Conventuum ut communiter vocant quæ magno damno Provinciarum dant Filij Provinciæ extra Diffinitorium; ideoq; ut nostris debitis partibus satisfaciamus et ordinationi hujus Endsmi Patris pareamus injungimus Observantiam Constitutionis Apostolicæ S. mem. Urbani VIII. Nihilominus Electores Regimini quæ de restringendo cursore vocatur. Cum autem in Conventibus Electionis sit major obligatio exacte observandi Constitutiones Apostolicas et Statuta Ordinis Nostri: idcirco sub pœna nullitatis electionis mandamus Ergo Admo Reverendo Provinciali et Pr Diffinitorij ut in Guardianos in omnibus et singulis Conventibus Recollectionis ponant et eligant Religiosos idoneos ad gubernium talium Conventuum ad Descriptum requisitorum in Constitutionibus P. Recollectionis Juxta Statuta Capitulj de Anno 1676. confirmata in forma Specifica a S. Mem: Innocentij XI. sine ullo respectu ad Pensationem, Commutationem, vel satisfactionem Pr Provinciæ extra Diffinitorium nec etiam Gressu Conventus Patriæ et ad Observantiam Regularem Constitutionum Apostolicarum. Mandamus in virtute S. Obedientiæ et sub pœna privationis Officij ipso facto incurrenda Fratribus Pr Guardianis Recollectionis Electis et in futurum eligendis, quod non recognoscant, non considerent, non venerentur aliquem Patrem Provinciæ Extra Diffinitorium, nec ut Patrem sed Directorem Conventus vel quæcunq; alio nomine nuncupent vel uxari possit in fraudem Constitutionum Apostolicarum, sed omnino ipse Guardianus Electus gubernet Conventum Conventus et Fratres Fratres in spiritualibus et temporalibus, independenter a quacunq; alterius Patris Factione non excludimus autem, quod Pr Provinciæ non recognoscantur Discreti Conventus in quibus de familia morantur, et in quibus per Visitationes

in quibus per statuta Ordinis a Guardianis et Superioribus localibus recognoscendi
sunt Discreti Conventus pro assensu vel consilio, Cæteri autem omnes præstanda
quæ de Jure præstanda sunt ad canonicam electionem. Facta autem electione
traditione congregationum teneant P.P. Definitores transmittere ad nos authenticam
nem, addendo esse singula quæ hic observanda injungimus. Datum Romæ
ex Aracœli die 25. Mensis Februarij Anno 1708

Fr Celestinus Vicecomm Custos

Nos ergo Hyppolitus et Comissarius facultate nobis data a Sigillo Patres
nobis Fratres Custodem Custodum, nobis Fratres et nobis Fratres PP.
Definitores Actuales pro die 22. Mensis Junij currentis scilicet 1708
ad Conventum Nostrum Suetrensem ad Effigiem Virginem Immaculate Conceptam
velut ad veram aream fœderis pacis in qua habitamus, sub cujus patrocinio et
assistentia tutam tranquillitatis hujus actus celebritatem, Suo Honori dedi
candam collocamus. Monemus et mandamus omnibus et singulis locorum
Superioribus hujus eorum Vicarijs necnon Præsidentibus ut ijdem. nobis Fratribus
et nobis Fratribus Definitoris PP. ad decorum terminum pro specificato
actu tendentibus ac consuentibus omnimodam commoditatem cum assignatione
humanitate et probationem charitatis cum exhibitione operis manifestetur.
Recipimus insuper locorum superiorum scriptis Confessarij Monialium, quatenus
omnes et singuli testimonium Nostrum Officiorum ad manus nostras et
Nobis Definitoris in scriptis transmittant. Item testimonium PP. Discretorum
manibus scriptis subscriptum et sigillo suis consignatum exacta calculationis
eleemosynarum perceptarum et expensarum scripta et fabricæ ac pannificij
narum, ubi extant, necessitatis exprimendo in eodem testimonio præstan
cujuslibet respective eleemosynæ apud quem Fratres Nostri Sujus Subsi
tutum habuere, sive debita PP. et Antecessores contracti aut etiam ex
luti, simul gratum obsequium celebrandarum sive sub tempus regimi
nis sui sive Successorum relictorum ex relictis absolutarum, ubi
prout exactissimum scriptum supra in patentalibus Definitoris
inducendis, quantitatem deinde eleemosynæ pannificinas transmissæ ac etiam quietationem et observationem tam
firmas quo loco et necessarie supellectilis, ejusdem quantitatem
sive ad Ecclesiam sive ad Conventus spectantij necnon librorum ad Libl
otecam, item restaurationem Sanctum. Insuper memoriam
hujusquum Veterum ad Cultorias inducendis Nunciji transmissionem.
deinde satisfactionem debitam et quietationem familiæ. ac dando
visionem et relictam quidem PP. ad actum in quo testimonio dando
PP. Discretorum onerang scientias ut dictum eadem precedant. Ne
ter hæ testimoniales literas P.P. Guardianos Secretarios fide exacte
suorum officiorum executione, et ad te transmittendas sicut PP.
sive Religiosæ et Pias Lectores tenore ad præmissa. Similes testimonia
les sui officij Lectionis et disputationis ita juxta recensi ordinationem
obligamus omnes et singulos PP. Predicatores tam Ordinarios quo Lonori
dum tam Parochiales quo Ministrum et Missionarios ad transmittendas
das conformes testimoniales de vita et moribus et exacta horum officiorum
executione tam subscriptione juratis. Discretorij. Prohibemus tamen
ne ullus PP. ac Fratres tam superiorum locales quo subditos ad hanc
Convocationis Synodi accedere et quarere sine expressa et debita licen
tia. Quod si autem quod absit aliquis desubito casu sub tempus convocatis
nis in aliquo contra obligens aut aliquod negotium mortuum vel
et totus Nobis Definitoris Discretis de eodem archivis cedentes. Et quoniam
Dissidium per hujus Literas de eodem archivis cedentes. Et quoniam
pro contra nos custodiali Vacationis jam est dispositum ad mandatum
dispo extractum armarium et Archivij totius Provinciæ cum scriniis
scriniis et quilibet Inventa et scrinius majori scrinio et Archivij Provinciæ
observatione. Prinde ne hic armarium cum suis scriniis vacuum rema
neat mandamus ut jam in visitatione sedis scrinia mandavimus sub pœnis
gravissimis omnibus Locorum Superioribus quatenus transscriptos Literarum
Pertinentium Archivio unacum suis Resignationibus sacris regestis
supra insertis et immediate futuro intermedio capsæ transmittant. Ubi
interim ut imminens intermedij capsæ negotium in tranquillo quieto et quieto

FR. ANTONIUS ZELESKI

Ordinis Minorum S. Francisci Regularis Observantiæ Almæ Provinciæ Majoris Poloniæ S. Mariæ Angelorum.

Minister Provincialis et Servus.

Dilectis Nobis in Christo Adm Rndis Adm et Multum Vndis hujus Almæ Provinciæ Patribus ac Fribus.

Salutem in eo qui est vera Salus.

Ademerat tantisper verba dolor, lachrymæ tantum modo pondera vocis habebant; eliquatum iam penè cor dolenti super contritione filiæ Sion; Matris videlicet Nostræ Almæ Provinciæ Majoris Poloniæ, ex motivo tot avulsorum ab ubere fœcundæ Matris Filiorum; nec non ex alijs innumeris, visis, auditis, palpatisq; motivis. Ast Consolator optimus (: in cujus festivitatum pervigilio præsentes damus; :) mala quæ angebant avertere et solari dignatus est luctusq; Nostrum convertere in gaudium non dedignatus; dum ex Urbe Septicolli septiformis gratiæ datur his de quibus anxiebamur et formidabamus eventibus, felicioribus et cum majori emolumento Provinciæ Nostræ Nos exhilarat Novis. Scilicet his: quod Rndissimus Pater Vice Commissarius Gnlis Familiæ Cysmontanæ Pater Amantissimus Superior Colendissimus huic Provinciæ Nostræ Specialissime addictissimus. Nec non Adm Rndi Patres de Corpore Diffinitorij Gnlis in suis respective Officijs. BRNI SSmi Dni Nostri Clementis XI Divina providentia Papæ confirmati: Capitulumq; Gnle et iter Hispanicum pro eodem ad placitum ipsius Sanctissimi prorogatum, tempusq; prolongatum. Ac proinde cum Capitulum prorogatum etiam Conventus singuli a contritione sancita pro Vocalibus in Intermedio Capitulo Svetiensi sint liberi eo usq; donec Vocatoriæ Rndissimi pro Capitulo Gnli non venerint. et aliæ innotescentiæ super his non fuerint emanatæ. Videre nunc est transsumptum literarum Rndissimi Pris Vice Comissarij Gnlis superpunctis supra allegatis quarum tenor est talis.

Rnde Pater novus mihi patet aditus hortandi Paternitatem Vram, ad prosequendas fervidas præces apud Dominum pietatis, misericordiæ et pacis, ut pacem donet in diebus Nostris, et in Europæ circuitu hujus motibus adhuc grassantibus. Per quos impeditur Nostrum Gnle Capitulum adductus Dng Dng Pontifex Noster Clemens XI destinata particulari Congregatione Episcoporum et Rndissimorum Dominorum Dnorum Cardinalium supra gubernium Nostræ Religionis

#

quorum Consilium fuit prorogandi ulterius Capitulum Nostrum edito Novo Brevi Apostolico subq 18 Januarij pntis Anni declaravit, et stabilivit progationem pro omnibus prout in alijs Brevibus præcedentibus super hoc editis, de quibus facta commemoratione concludit in Novo prædicto Brevi prout sequitur.

De Congregationis nonullorum Venerabilium Fratrum Nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium super hoc negotium a Nobis specialiter deputatorum Consilio ac etiam motu, Scientiâ et potestatis plenitudine, similibus Celebrationem Capituli Gnlis hujusmodi bis prorogatum ut præfertur, ad Nostrum et Sedis Apostolicæ beneplacitum, tenore pntium prorogamus, similiter ac extendimus et ampliamus, ac memoratos Ministrum Gnlem, Cælestinum et Antonium Vice Commissarios Gnles Familiæ Cismontanæ, nec non Procuratores et Diffinitores Generales, tam eorundem Fratrum de Observantia quam Reformatorum dicti Ordinis in eorum respective Officijs, cum omnibus et singulis prærogativis, præeminentijs, facultatibus, Auctoritate, privilegijs, gratijs, et indultis ac honoribus et oneribus solitis et consvetis, donec aliter per Nos et Sedem Apostolicam provisum fuerit confirmamus. De hoc Novo Brevi Apostolico et prorogatione noviter facta, admoneat Paternitas Vra unde quaq suam Provinciam, et valeat cum gratia Dei, quam apprecor Patrutti Vestræ propitiam, et bonis omnibus affluentem. Romæ ex Ara Cæli Die 16 Februarij 1709

Paternitatis Vestræ,
Studiosissimus in Dno Servus
Fr Cælestinus Vice Comissarius Generalis

Intimata Paternitatibus Adm Rndis Adm et Multum Vndis et Omnibus in Visceribus Jesu Christi hujus Almæ Provinciæ Patribus et Fribus Amantissimis voluntate Sanctissimi Dni Nostri Divinâ Providentiâ Papæ tum exaratis Rndissmi Pris Vice Commissarij Gnlis requisitionibus ad bonum Provinciæ Nostræ emanatis, intimandum etiam duximus id, quod optimum Animabus Patrum ac Fratrum in Dno quiescentium Christiane et Religiose censuimus ex hoc motivo, quoniam pro Patribus ac Fribus tum peste, tum naturali morte sublatis hoc Anno Visoriæ more solito currere non poterant proinde generalem Cursoriam Prum ac Fratrum post Intermedium Capitulum Anno præcedenti in Cntu Svetcensi Celebratum Mortuorum, hic adnectere duximus non multiplicando Entia sine necessitate nec frequentibus circularibus Locorum Superiores inquietando. Ab Intermedio itaq Capitulo Svetcensi mortui Pres ac Fratres quorum Catalogus hic est.

In Conventu Varsaviensi.

Pr. Carolus Cobilinius Vicarius.
Pr Marianus Varthensis Sacrista
Pr Nicolaus Zakrocimius Confes:
Fr Paschalis Varthensis Pro: Pan:
Pr Innocentius Gnatowski Conf:
Pr Alexander Caminius Conf: Mon:
Pr Capistranus Crotosinius Præd: pom:
Fr Damianus Ostrolecensis Port:
Fr Juniper Vatemburgensis Faber
Fr Bartholomæus Arant Canap:

In Præsidentia Grodcis:
Fr Marianus Czarnasky Præs:
Fr Paschalis Provisor:

In Cœtu Varthensi.
Fr Nicolaus Swięciechowig Guar:
Fr Erasmus Brzezinius.
Fr Sebastianus Pigtkiewicz
Fr Daniel Gotopolienſis
Fr Felicissimus Clericus.
Fr Alexius Gatzowski
Fr Nicolaus Costenus
Fr Egidius Vatemburgenſis

In Cœtu Præsnensi.
Fr Daniel Præsensis Guard:
Fr Franciscus Baginski
Fr Marianus Korzeniewski
Fr Marianus Crotzinius Præd:
Fr Valentinus Lubarius.
Fr Antonius Mużewicz
Fr Balthazar Obilinius
Fr Marcus Gieiſter
Fr Franciscus Canap:
Fr Didacus Costenus
Fr Bonaventura Vatemburg: Clen:
Fr Bonaventura Grovius
Fr Laurentius Cosminius.

In Cœtu Cosminensi.
Fr Angelus Glinicki Guard:
Fr Franciscus Cijski.
Fr Venceslaus Zissa.
Fr Erasmus Gotopolienſis
Fr Capistranus Kopanski
Fr Cyprianus Padovius.
Fr Laurentius Gorcenſis
Fr Leonardus Varthenſis
Fr Egidius Vatemburg: Locus.
Fr Franciscus Boskowski
Fr Paulinus Vitreanus
Fr Dominicus Varsavienſis
Fr Alexius Koziak.
Fr Casimirus Matasżewski.

In Cœtu Grodicensi
Ex PP. Stanislaus Grodicius.
Fr Antonius Grodicius Vicarij.
Fr Florianus Parnovius Lector
Fr Petrus Covenſis
Fr Benardus Pogorski

In Cœtu Cobilinensi.
Fr Antonius Swierczewski Præd:
Fr Joachimus Sanniſex
Fr Ludovicus Vratiſlavienſis
Fr Capistranus Dgrowski
Fr Vitalis Confeſs:
Fr Casimirus Præsnenſis.
Fr Bernardinus Jaworski
Fr Alexius Crotzinius
Fr Franciscus Clericus.
Fr Joannes Chmurowicz Vicarius
Fr Marianus Wetter Præd: Gallis.

In Cœtu Costensi.
Fr Dominicus Posnanienſis
Fr Stanislaus Corinius
Fr Jacobus Vistinius.

In Cœtu Petricovienſi.
Fr Felicianus Gatzki
Fr Justinus Skrzypski
Fr Marcus Gertowski.

In Conventu Vidavienſi.
Fr Melchior Gibski
Fr Hilarius Cosminius.
Fr Franciscus Laicus
Fr Cyprianus Korczembowicz.

In Cœtu Ostrolecensi.
Fr Franciscus Varsavienſ Vicarius.
Fr Andreas Caminius.
Fr Gonnaldus Piechocki.

In Cœtu Posnanienſi.
Fr Nicolaus Panan Organ:
Fr Vitus Jerzewski.

In Cœtu Sieradovienſi.
Fr Josephus Lublinenſis.

In Cœtu Cracovienſi
Fr Georgius Organarius.

In Cœtu Cadinensi
Fr Juniper Wschowenſis.
Fr Simon Glogovius

In Cœtu Sprimborienſi.
Fr Ladislaus Werner
Fr Andreas Gros.

In Cœtu Wschowensi.
Fr Adrianus Geryk Præd: Gallis.

In Cœtu Bidgostienſi.
Fr Vitus Stupecius.
Fr Felicianus Laskowski.

In Cœtu Lancicienſi
Fr Bernardinus.
Fr Daniel Lovicianus

In Cœtu Ostrzeſarienſi.
Fr Hieronymus Bielinski.

In Cœtu Lovenſi.
Fr Gregorius Lowicius.

[illegible] Provinciæ Sanctæ Crucis [illegible] et Custodiæ [illegible] et omnibus [illegible] Jesu Christi

Animas vtas præfatorum Patrum et Fratrum animitus Conſpectis ſuffragijs commendamus, ſi necdum pro ſingulis præfatorum enumeratorum abſoluta ſunt.

Ut autem præſentes Literæ Omnibus et ſingulis pateant ac earundem in uno quoq; Conventu Noſtris habeatur. Vlumq; utquam primum unig cujusq; Superioris devenerint ad manus in plena Communitate Capitulariter Congregata perlegantur deſcribantq; perlectæ ad Vicinorem Conventum juxta Cursoriam a tergo poſitam cum annotatione diei receptionis et transmiſſionis earundem per Fratrem ſi comode fieri poſſint vel per fidelem Quantum et non per incidentales occaſiones tranſmittantq; Valete in Dño Dēo ac Fratres Dilectiſſimi, Noſtri coram Altiſſimo Veſtris in Orationibus non immemores. Datumq; in Cœtu Noſtro Varsavienſi ad S. Act. Acteſt. Die 19 Menſis Maij Anno Dñi 1709.

Grodicium

Fr Antonig Zelesh: Ord: Min: S.P.N. Francisca R: Pr: Sc
L: Sub: C.L. A.C. in Bo et M: Hungarie. etc C:
Salutem in Dño.

Longe lateq; per uniuersum fere orbem diffluenhbg Calamitatum ac arumnarum flu
Echbg et Sephcollem Vrbem attuere nitunh, iam in uscinijs assurgere uisa
mentes Vndequaq; procellæ. Quid faceret anxij Cæptoris nri Rndmi Bris Vice Commis
sarij huig familiæ Cismontanæ non desidiosa Sollicitudo, hrs in naufragijs hic in uale
scenhbg, vbi fieri incipienhbg, haud ignoraut, dum ad eclam post naufragiu Tabu:
lat, ueram nempe penitenham, atq; ad Anchoram securissimam ~~refugmdi~~ ~~fugium~~
nimirum Sanctam orahonem, recursum non inanem esse arbitrata. Proinde
Refugmdi confugium, Paterne nrs Rndg excitat, serio adhortah, speranş certo
Certg fore Sedatam procellam, si in tribulahõe contrih inuocaueriug Dnum et
a fluchbg jactah, cum fiducia compellaueriug seruiturem. Dñe Salua nos periug
De exactaquq Regulæ Sanctæ, et SS Ord: Observantia Sollicitg Euangelicæ v ma
xime pauperlatis zelum omouere satagit, inqua Commendanda, nec nos non Sollicitos
Curam habuiug. Hrs de omnbg Præsentes Literæ Rndm informent.

Fr Celestinş a Mediolano Q.M.R. do S.P.N. Francisci L. I. in hac
Cismontana familia eiusdem etiam Discalceatorum Commissarig Satis Reser
uatorum Discretg perpetuq et serug

Tribulahones quibg et nrã Religio, et oũs Christiang cibus premih docent imo im
pellunt animos ad Deum Lex suscitare, et tubis virtutibg præoccupare faciem eiş in Psal.
mis et orahonibg, non abs lachrymis ieiunijs Sacco et Cinere, ut meritis S.P.N.
Sţi Johannis eiş gratia interior et exterior, superioribg et subditis à Diuina misericor
dia concedah. Proinde sicut cæteris familijs nobis Commissis, ita et Patrinibus et
Charitates. v excitare studui, atq; monere ut in proximo Festo S. Didaci nri in unoquq
Templo Custodiæ, unusquisq; Sacerdos in celebrando effundat lor suas in spectu altissimi
rogando seruentissime eiş Misericordias p Sanctbg Ecclesiæ nri Ordinis, ac tbg Christiani
populi necessitatibg et Calamitatibg quas Deus uertat in remissionem peccatorum, pacem
et Cælestis gratiæ uberlatem, Clerici uero et Fratres Laici ac Sorores Sacram Synaxim
in Missa Quentuali celebrantes pariter eidem precibg efficacioribg orent. Deinde Pro
cessionem faciant per Ecclesiam et Claustra cantando v recitando Litanias de eiusdem
Regulæ, iuxta indultum S. Matris Ecclesiæ ut in Religionis Breuiarijs nuper impressis
et cum precibg subsequentibg

Hac quoq occasione, pro exactæ nri institutis Observantia Cultum Euangelicæ paupertatis
enixe commendamq, ita ut dominium et usq pecuniæ omnino abdicet et indigentis fra
trum et familiarum Syndici Apostolici p singulis Quentibg habeant, à quibg stipes subsi
dij inquirant, v de eorũ pleno Consensu et tubis designent et de rebg St quæstu et questu
Curam et administrationem gerant. Pro uestitu uero commendamq ultra habitum exteriorem
lanum tunicæ interioris, iuxta Regulam, quæ sit aliquantulum breuior, et strictior ipse
habitu exteriori, cum qua possit quilibet fratrum stamineum in lecto carere estiuo
tempore, at in hyeme corpus a frigore defendere. Quæ mihi duo valde regularia uidentur

Si uero quis ex rigidiori obseruantia Tunicam habere renuat (quod n' poterit euenire in istis
frigidioribus regionibus) n' prohibet, sed si postea hoc in fraudem faceret, ut aliis interioribus uestibus
saeculari ueluti modo amiceret, obtestamur eum a peccato et transgressione Regulae haud immu
nem futurum. Publicet ergo haec nra Pastoralis in conuentibus singulis et si ad oes peruenire
nequiuerit pro statuto die S. Didaci, ut in eo fiat quod dictum alius dies statuat, prout congruum
et magis in Dno expedire uidebit. Valeant in magnis a Deo benedictionibus auctis. Dat Romae
ex Aracoeli die 28 Septemb. 1709.

Quia uero (ut patuit) assignata fuit dies festa S. Didaci, ut in illa effundissemus corda
nra coram Dno, supplicationibusque praelibatis fatigassemus altissimam eius Majestatem ian
autem elapsa fuerit antequam Praesentes ad manus nostras (quas 28 Nouembris recepimus) deue
nirent, Proin ut alia quaecunque dies a superioribus locorum post receptionem harum sine
aliqua dilatione eiusmodi Deuotione deputet, pro munere nri officii praecipimus, His demum
desideria nra adnectimus, Paterno affectu obsecrantes quotenus PP et Charitatos ve
stra sthnua vestris in orationibus, Prouinciae afflictissimae necessitatum, ac suces
suum memoriam habeatis, utque Deus T. O. M. Misericordiae suae recordari, ac flagel
la iracundiae a Regno nro et orbe uniuerso subducere dignet supplices iugiter fla
gitetis.

Ut am notitiam Praesentium unusquisque Conuentus habeat Locorum superioribus iniungimus
ut postquam illas receperint perlegi in Communitate Capitulariter congregata faciant, trans
mittique ad proximiorem Conuentum iuxta ordinem Cursoriae a tergo annotatum per fidelem
tabellarium procurent, (cum ea cautela ne peste infectis ad manus tradantur
abeisque tractentur ne (quod Deus auertat) lue affectae ad manus incolumium deueniant
et inficiant annotato Die receptionis et transmissionis.

Valete Patres in orationibus non immemores Dat Varsauiae Die
1 Decembris 1709 Idem qui supra

Fr. PAULINUS KLEINA.
Ordinis Minorum S. FRANCISCI Regularis Observantiæ,
Almæ Provinciæ, Majoris Poloniæ, S. Mariæ Angelorum
Minister Provincialis et Servus.

Dilectis nobis in Christo, Adm Rndis, Adm et Multum Vndis Cæterisq; Patribus
ac Fratribus Religiosissimis
Salutem in Domino Sempiternam et æternam Benedictionem

Mirabilis in altis Domini opera ad Ædem Divi Thaumaturgi Antonij, super humilitatem nostram edita et declarata, satis mirari; inscrutabilia et incomprehensibilia judicia ejus, nos in auge Ministerialis dignitatis reponentia, sufficienter rimari et penetrare: investigabiles vias ejusdem ad prælaturam nobis demonstratas, congrue investigare, vix quemquam posse arbitramur. Neq; nostra cæcutiens palpebra, miranda lucis opera ad operosum pastoralis officij munus nobis prælucentia, perspicaciter dignoscere valet. Ut ingenuè genuineq; verum fateamur, confiteri supernam summi Dei suaviter fortiterq; cuncta disponentis sapientiam, et ineffabilem ipsius providentiam cogimur: quia fecit nobis minimis magna, qui potens est: Siquidem Nos licet imbecilles ac immeritos, Almæ huic Provinciæ præficere et in locum Ministerij assumere dignatus est. Ast quo magis infirmitatis nostræ conscij sumus, eo fortius tanti honoris onus formidamus et pertimescimus: cui quasi importabili, imbecilles humeros inviti supposuimus. Est, est, quod metuamus, laboriosissima enim ars est imperare. Enimvero qui in honoris fastigium tolluntur, non magis fascijs dignitarijs, quam fatigijs, acerrimisq; laboribus dexteras dare et accingere tenentur. Illis somniante Provinciâ vigilare, otiante Republica sudare, exultim gestiente populo lacrymari, Utilitatibus subditorum servire, communi fortunæ famulari necessum est. Et quod omnem excedit anxietatem, hoc supremum munus gubernatoris, hic labor hoc opus est pastoris, accuratè gregi advigilare tanquam de eo strictam rationem justo judici reddituri; heu periculosa ejusmodi fortunæ an infortunij alea! Hoc munere adeo onerosissimo, per Divinissimi pneumatis favorem, mediantibus Vocalium Calculis functos nos esse intimamus et declaramus. Quod quidem munus an potius onus, die 16 Maij, Verno scilicet tempore nempe sabbatho, devotione erga Immaculatam Deiparam Virginem sacro solemnitate D. Paschalis Læto suscepimus, eo tanquam infallibili recreati sumus præsagio, quod nostris difficillimis et arduis laboribus arridebunt Cæli, Lætaq; et prospera dabunt momenta, ad magni momenti res peragendas. Procerto speramus, Prætiosissimæ Virginis Matris præsidio, Divi Thaumaturgi patrocinio; Deq. Ter Opt. Maximi adjutorio Pioq; Vestrum omnium suffragio, in omnibus gaudium, exultationem et omnimodam prosperitatem Nobis affuturam. Quia verò pastoralis officij, quo functi sumus exigit ratio, ut pastor noscat gregem sibi concreditum, et invicem ipse suis cognoscatur ab ovibus, jam autem melius pastor cognoscit nequit, quam dum vocem ejus audiunt oves: ea propter audite paternitates et Charitates Vestræ vocem patris, vocem pastoris Vestri, Vocem inquam sequentibus functis ad Seraphico Minoriticam institutionem, Observantiam Regularem, zelum et cultum Deq., et salutem Vestram spectantibus editam edictamq;

A

Notum est nobis, ac Venerabili Diffinitorio plures in multis, plurimasq; verò in quibusdam conventibus, ad absolvendum relictas esse missas, ab aliquot annis non absolutas imo earum absolutionem de anno in annum negligi, differri et prætermitti a superioribus, propter nova onera et obligationes ex eleemosynis à Benefactoribus de novo oblatis et susceptis, quibus etiam satisfacere non valent, ac proinde augentur ulterius majora ac majora onera et obligationes, quod fit non solum cum pernicie propriarum animarum, talia onera in se suscipientium, cum defraudatione intentionum Benefacto-

rum; sed etiam cum prejudicio illarum animarum quibus Missa sunt applicanda, ex quo suffragia earum redduntur irrita, cum illis careant. Proinde vt fidelis fraudibus, ac emendatâ negligentia, sic dispositum, seu Benefactorum voluntati fides illibata seruetur, Defunctorum animabus integra et prompta prestentur suffragia precipimus et mandamus Locorum Superioribus, vltra propria conscientiæ onerationem sub pœna priuationis vocis activæ et passivæ ac graduum et officiorum quæ obtinent, nec non inhabilitationis ad hujusmodi gradus et officia obtinenda: prout sacra Congregatio Cardinalium Concilij Tridentini Interpretum in Decreto Sanctissimi Domini Nostri Innocentij Fælicis recordationis sasæ XII præcipit et mandat ne in posterum audeant nouva onera missarum celebrandarum suscipere siue eleemosynas pro missis quas per longum tempus non possint absolvere, sed superstedeant à susceptione eleemosynarum, donec judicent breui missas pro iisdem eleemosynis forte absolvendas. Per quod non prohibemus absolute, prout eadem Sacra Congregatio in memorato decreto non prohibet, ne nova onera missarum celebrandarum suscipiantur, etiamsi jam susceptis non integre satisfecerint, dummodo infra modicum tempus possint omnibus tam sibi et antea susceptis, et nondum plene absolutis, quam de novo susceptis satisfacere. Quod decretum vt inviolabiliter seruetur, declaramus nos singulis annis sub tempus Visitationis formalis exactissimam diligentiam, et strictissimam inquisitionem adhibituros fore, ne iisdem conscientiæ oneribus et pœnis subjaceamus. In quem finem precipimus sub iisdem pœnis, vt in perpetuum festo quolibet Mensis, id est, feria 2da post Annam Dilectam Aduentus et feria 6ta post octauam Corporis Xti. Decretum Innocentij XII de Celebratione Missarum quod ab Antecessoribus nostris promulgatum est, et ad notitiam perueniat cum omnibus declarationibus ad publicam mensam in Vroquoq; Conventu legi curetur prout in specificato decreto præcipitur.

2

Insistendo mandato Reuerendissimi quod præterito triennio omnibus et singulis innotuit vbi præcipitur vt Exercitia Spiritualia, nempe Recollectiones Diuidua[m] seruentissime cum fructu animarum et tam tendentia ad majorem et majorem perfectionem (ad quam ex vi Religiosæ vitæ tenemur) peragantur, ideò præcipimus vt predictæ recollectiones quotannis ab omnibus et singulis in vnoquoq; Conventu, et præsertim in Conventibus Recollectionis, secundum præscriptum ~~Recollectionum~~ Constitutionem in praxi habeantur nemine excepto in quo puncto jurato Discretorij testimonium quolibet anno exigemus, et supposita non observantia hujus mandati, transgressores et vt fractarios seuere puniendos denuntiamus

3

Renouamus Statutum nuper editum ab Patre, ore nostro conformiter ad mandatum Reuerendissimi supra commemoratum, quo tollitur detestabilis abusus factionum Conventuum et mandatur in virtute Sanctæ Obedientiæ et sub pœna priuationis officij ipso facto incurrenda Patribus Guardianis, quod non recognoscant non considerent, non vocent aliquem Patrem Provinciæ, nec vt Patrem et Provisorem Conventus vel quocunq; alio nomine vocetur, vel vocari possit in fraudem Constitutionum Apostolicarum sed omnino ipse Guardianus gubernet Conventum et familiam in spiritualibus et temporalibus, independenter a quacunq; alterius factionis factione, salvis tamen consilijs sine imperio factis, cum sint recognoscendi a superioribus locatibus vt discreti Conventus pro absentia et consilio

4

Ac eradicandam penitus, tollendam, et eliminandam proprietatem, quæ directe

contrariatur Regulæ et Constitutionibus sub obtestatione Divini judicij, serio præcipimus ne
ullus Patrum cujuscunq; gradus et conditionis, aut Fratrum (prout hæc radix non pridem evulsa
est, Utinam realiter et finaliter, non vero superficialiter et fraudulenter in perversis) audeat
et præsumat aliquam pecuniam in particulari pro commodo proprio acquirere, recipere, et conser-
vare in æternam perniciem animæ: proinde in hunc finem commemoramus Statutum de re-
novatione Votorum, ut quolibet anno scilicet die 16 Aprilis in die Professionis S. P. N.
Francisci modo et forma jam præscriptis à quolibet Patrum ac Fratrum fiat ad jugem
memoriam Professionis, quâ omnem proprietatem abjuravimus.

5

Cum altissimæ paupertatis (quam rigorose Fres Minores profitentur) substantia
sit pecuniam non modo non habere sed nec ullo modo recipere licere, quinimo nec eam
tractare, numerare, proprijs manibus expendere ejusdem paupertatis professores debent ideo
decernimus ut in unoquoq; conventu (ubi formales Syndici residere in eodem, quorum residentia
maxime opportuna esset non possunt) substituti omnino habeantur, qui eleemosynas percipere, con-
servare, ac pro necessitatibus expendere teneantur, nec ullo modo id superiores per se facere præ-
sumant, sub pœnis gravissimis à nobis infligendis, cum ejusmodi pecunia dispensatio sit cum dispendio
animæ, quia expresse est contra regulam consequenter contra conscientiam contraq; animam

6

Illam deniq; inveteratam consvetudinem, quæ in hac provincia invaluit abolendam esse sta-
tuimus. Nempe ne contractus inter solos ipsos superiores et familiam, artifices vel quosvis
operarios unquam fiant; sed id rei juxta vigorem constitutionum in Syndicos, vel eorum substitu-
tos totaliter devolvimus: quatenus ipsi, cum eisdem contractus faciant, ipsi deniq; illis sti-
pendia et mercedem exsolvant. Eliminamq; quoq; speciosam fraudis imaginem an larvam
nempe discretionem, quâ plerique superiores utuntur sive abutuntur qui nullo contractu
cum familia facto, nec ad id Syndico adhibito, conducunt famulatum vel operarios, polli-
centes seipsis satisfacturos, at postmodum sua illos mercede fraudant et privant,
dantes eis quod lubet, non quod jubet justitia: in quo diligentem adhibebimus animad-
versionem, contrarium facientibus pœnas nobis arbitrarias inflicturi.

7

Multas calumnias suspicionesq; contra Religionem nostram oriri solere clare conspexi-
mus ex facili et inconsiderata depositorum ad conservandum susceptione. Edicimus itaq; et
serio prohibemus sub pœnis arbitrarijs, ne ullus superior audeat recipere quidquam ad conser-
vandum in suo conventu, nisi id insignis exigat Benefactor, idq; cum consensu discreto-
rij fiat. In susceptione vero illam adhibeat cautelam, ut rerum deponendarum
diligentem et exactam revisionem faciant, regestrumq; earum tam à deponente, quam
à conservante conscribatur; connotatio autem deponentis penes superiorem, superioris
vero quæ debet esse cum subscriptione Discretorij penes deponentem consignetur ut
sic conservata deposita in integro tandem secundum connotationem restituta,
conservent integritatem famæ nostræ et a calumnijs ac molestijs immunes esse
possimus.

8

Non parvam advertimus eleemosynarum jacturam et detrimentum ac fraudem conventuum
ex solutione pannorum pro fratribus induendis, siquidem ex summa vel pannificum vel Guar-
dianorum curam pannificinarum habentium in curia, conficiuntur volumina statutorum
præscripto difformia, quæ tum in longitudinis, tum in latitudinis mensura deficiunt,
tum deniq; ex rudi et crassa lana confecta, male compacta fiunt, tamen pro vili et
pessimæ confectionis panno magnum exigitur pretium. Eapropter uniformitatem
mensuræ, ac confectionis bonæ serio commendamus, in quo sedulam spondemus
Nos inquisitionem facturos, et rigorosissimis pœnis tam in pannifices, quam in
pannificinarum superintendentes, uti in defraudatores animadversuros

9

Propositiones casuum conscientiæ cum sacerdotibus in casum abire non solent imo eos-
dem regulare optime possunt, ad regendas hominum conscientias ad riteq; administrandum
pœnitentiæ sacramentum; idcirco injungimus et mandamus quavis feria 3tâ uti
utilissimas in exercitio habendas; superiores in promovendo negligentes subditi verò

in exequendo contrarij sciant se pœnis nobis arbitrarijs severe mulctandos.

10

Ne magni rei momenti, neve gesta facta et memoria digna temporum decursu in oblivionem adduci queant, operæ pretium duximus ea literarum monumentis commendanda. Qua propter demandamus locorum superioribus quatenus in Archivijs conventuum diligenter conscribi curent, quæcunq; post præsentem connotationem per se, vel per eos successores notatu digna successere: de quibus in futura Deo concedente convocatione serio inquiremus severe decidet et negligentes puniturt.

11

Pausando Venerabile Definitorium nonnullorum ff. merita, premiavit eos et decoravit titulis Adm Vdi frij Prædicatoris Gratis, videlicet fr. Adrianum Zyrowetzky f. Joannem Capistranum Poniecky f. Marianum Nowogrodzkum f. Erazmum Marina f. Casimirum Kleczewsky f. Laurentium Poznaniensem f. Benignum Grodicium. f. Petrum Crotoszinium ff. Joannem Capistranum Zyseckj f. Augustinum Przyborsky titulo Vero Adm Vdi. Confessarij fratris fr. Ludovicum Wyrzsky f. Nicolaum Cosminio f. Archangelum Zawinsky f. Franciscum Cobilinio f. Franciscum Cylacky f. Hyacinthum Kausz f. Jacobum Chojnium f. Laurentium Radziejovium f. Innocentium Czarkovium f. Valerianum Dzielicky f. Constantinum Chelmicky f. Marianum Jamnerskj.

12.

Decrevit Venerabile Definitorium ut quoties contigerit ire ad Ecclam post prandium, vel post cænam pro gratiarum actione, dicatur post Deus det nobis suam pacem oratione de Immaculata Conceptione B. V. Mariæ.

Quibus propositis ad observandum punctis, quoniam post immediatam Nostræ Visitationem Venerunt literæ Reddissimi fris Commissarij Gralis cum inserto Reddissimi fris Ministri Gralis, quas executioni mandari jubemur: Proinde easdem in præsentibus pastoralibus insertas publicamus et denuntiamus.

Fr CELESTINVS DE MEDYOLANO
Ord. Min. Reg. Observ. S.P.N. FRANCISCI, Lector Jubilatus in hac Cismontana familia ejusdem Ordinis etiam diffinitorum Vice Commissarius Gralis. Reformatorum diversitatis perpetuus et servus.

Dilectis nobis in Xto Rdo f. Ministro Cæterisq; Superioribus localibus provinciæ Nostræ Observantis Poloniæ Majoris Salutem.

Mittimus paternitatibus Vestris hanc Epistolam executioni mandandam prout in ipsa hic inserta agnoscam a Reddissimo fre Nro Ministro Gnali vt ex originali vt fertur

Fr LEONARDUS DE BYEZKA Totius Ord. frm Minorum S.P.N. Francisci Minister Gralis et Servus &c.

Universis et singulis Ordinis ejusdem Provinciarum Ministris Cæterisq; eorum in vtraq; familia patribus ac fratribus cæsq; superioribus ac subditis salutem et pacem a Domino sempiternam.

Gratitudinis debitæ est, quæ aliqui ex humanis actibus oriuntur inferius reputari et dignæ laudis præconium esse, et minus ab eam vbiq; grati animi memori a prædicandam Religiosos viros et præsertim vero Minoriticæ professionis, et altissimæ

pauperitatis affectu) assidue vendere, ut que munificentioribus Ordinis benefactorum meritis afficiunt eo promptius eorundem et habere gratiam, et quam plurimas agere, nec non et eam opportune etiam reperire et equitatis naturâ, comendativa justitia teneantur. Cum itaq; Nobis (non sine gravi compassionis dolore) dictus hinc luctuosa fatis ablata sit notitia quod Excellentissima Dña D. Nicolaa Hurtado de Lara de Mendoza, Ducissa de Nazera, &c. ejusdem Patrius nri Ordinis Munificentissima Patrona, Dñna Dispositione, Virtutibus ac Pietate insignem vitam exemplari cum morte die 20 labentium Februarij mensis et anni commutaverit, illam universa Carnis ingressa, Mas ejus, quibus una cum Seraphica Religionis alumnis sit Excellentiæ sue ejusq; præclarissimæ domus collato jam in ipsam munere in eisdem præcipue Gallicis Ordinis Capitulis in Ultramontana, et Congregationibus, fidem Gallicis in Cismontana familijs celebrat is alijs celebrandis, egregie quidem hactenus ipsa de Religione meritæ, ac deinceps meritura conservare vellemus, si deperire memoria nō poterit. Debitæ Religionis ipsi gratitudinem sæculo notam facere desideramus. Deinde vero Gallium Ordinis ejusdem Constitutionum in hac parte editarum præscriptum secuti. Præsentium ea propter literarum vigore omnibus et singulis Ministris Provincialibus et Custodibus omnium Provinciarum, ac ab eis independentium Custodiarum, tam primo quam tertij pœnitentiarij Ordinis et Ultrajs familia Nobis subjectarum injungimus et ordinamus ut ejusdem acceptis pro quotidianis Patronæ defunctæ animæ in singulis Conventibus Missæ cum Vigilia decantatis, a quolibet Sacerdote unam missam celebrari, et ab alijs Fratribus nō Sacerdotibus ad Deum Opt. Max. effundi, prout in ijsdemet Gallicis Constitutionibus tam Cismontana nostra familia Ministris Provincialibus injunctum, et per Authenticam alijs subscriptam cujusvis Provinciæ Secretarij attestationem simplici tamen charta folio confectam, de harum recognitione, executione, non certiores efficiant. Quoad aliam Provincias Ultramontana familia attinet, Reddmos pro Vice Commissarios Gallos Provinciales idem et Custodes de premissis certos reddere curabunt. Quæ omnia ut promptius ac lubentius adimpleant, Seraphici Pris Nostri Francisci, Nostramq; vobis omnibus benedictionem elargimur. Valete in Dño Nostri et Patrius ordinis tot necessitatibus laborantis Vestris orationibus memores. Datt in hoc Nro Regali S. FRANCISCI Curia Matritensi Conventus die 24 ejusdem mensis Februarij Anno Dñi 1710

Fr Theophilus de Biezma Minister Gallis

De Mandato sua Rmæ Pris

Quæ accepta et de more publicata in singulis conventibus in eis cantatis vnus Nocturnus Defunct. cum Missa et singuli Sacerdotes vnam missam celebrabunt Clerici integrum officium defunctorum et Laici 100 Pater Noster et Ave in suffragium animæ Prælatæ Excellentissimæ Dñæ Patronæ, et Fris Jugiteriis provinciales te-neant, nos de Executione certiorare. Datt Romæ in Ara Cœli die 19 Aprilis 1710

Fr Cœlestinus Commissarius Gallis.

De mandato sua Rmæ Pris

Fr Franciscus Cajetanus de Verona Secret. Gallis

Quia vero ob grassantem in Provincia nostra pestem non potuit ad omnium notitiam pervenire tempore Antecessoris nri Decretum sanctæ Dñi Nri, Dñi Clementis Dñna Providentia Papæ XI quo decrevit ut festum Conceptionis Rmæ V. Mariæ Immaculatæ de præcepto vbiq; in posterum observetur

quocirca illud promulgandum et denunciandum esse duximus prout de facto promulgamus et denunciamus tenore transumpto probet sequela.

CLEMENS PAPA XI

ad perpetuam rei memoriam.

Commissi nobis Divinitus sacrosancti Apostolatus officij exigit ratio et gloriosissimæ Virginis Deiparæ MARIÆ cujus conceptio gaudia annuntiavit universo mundo Venerationem et cultum plurimum Romanorum Pontificum prædecessorum Nostrorum more, ampliare studentes in terris illius, quæ fuit Chorus Angelorum exaltata pro populo Christiano sedula exoratrix apud eum quem genuit assidue intercedit in cœlis, solicitissimam operam in tot sanctis, quibus premimur Christianæ Reipublicæ et Catholicæ Ecclesiæ necessitatibus; Quantum nobis ex alto decedit promereri jugiter satagamus. Sincera itaque nostra erga eandem Augustissimam Cœli Reginam, Patronam, et Advocatam Nostram devotione incitati, Festum Conceptionis ipsius B.mæ Virginis Immaculatæ, ubique terrarum in Posterum ab omnibus et singulis utriusque cleri Xti fidelibus sicut alia festa de præcepto servari et celebrari, ac sub præcepto observationis festorum comprehendi Auctoritate Apostolica tenore præsentium decernimus, quia mus et mandamus. Non obstantibus Constitutionibus et Ordinationibus Apostolicis cæterisque aliis quibuscumque. Volumus autem ut earundem præsentium literarum transumptis seu exemplis etiam impressis manu alicujus Notarij publici subscriptis et sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quæ adhiberetur ipsis præsentibus si forent exhibita vel ostensa Datum apud S.tum Petrum sub Annulo Piscatoris die 6 Decemb. 1708 Pontificatus nri anno Octavo

Fr Oliverius

Anno a Nativitate Dñi nri JESU Xti 1708 die 6 Decemb. Indictione Xma, Pontificatus Sanctissimi in Xto Patris et Dñi nri, Dñi Clementis Divina Providentia Papæ XI Anno 8 Supradicta litera Apostolica affixa et publicata fuerunt ad Valvas Basilicæ SS. Petri et Pauli Cancellariæ Apostolicæ in Monte Citorio, Acie Campi Floræ, ac alijs locis solitis et consuetis Urbis per me Romam de Unionibus Apost. Curs.

Sebastianus Vasellus Magist. Cursorum

Romæ Typis Reverendæ Cameræ Apostolicæ MDCCVIII

Ad Vero harum pastoralium Nostrarum. etc.

Fr. PAULUS KLEIKA

Ordinis Minorum S. Francisci Regularis Observantiæ. Almæ Provinciæ Majoris Poloniæ Sanctæ MARIÆ Angelorum

MINISTER PROVINCIALIS et SERVUS

Dilectis Nobis in Christo Adm Rndis. Adm et Multum Rndis. Cæterisqs hujus Almæ Provinciæ Patribus ac Fratribus Religiosissimis

Salutem in Domino Sempiternam, et æternam benedictionem

Sicut omnem Solicitudinem Pastoralem nostram, et cuncta quæ sunt Ministerialis curæ Sacrato Augustissimæ Poli Solique Reginæ, in obscura Solitudine et Secessu Skempensi, largissimis favoribus, beneficijs et miraculis Clarissimæ, calcaneo Subjecimus: Sic perefficacissimum ejusdem patrocinium auspicato semper sumus potiti Successu. Felicius profecto cepta gubernij nostri hoc in Mariano reposuimus pincto, quam olim gentes è propria Dodona Sylva reportare sua potuere. Et viridis deserti in habitatrice Virgine, nunquam fuimus deserti, aut in erudo positiæ flictione replebamur solatijssimo a descendente de deserto, seu in deserto hereditante delicijs affluente, affluentissimis nostra afflictione replebamur solatijs. Ex umbroso Mariano luco, lucentissimam nobis hos inter motus hoc inter nubila rerum existentiæ conspiciebamus luxisse veritatem, cui Cui hoc a Sacratissima Memore, nemo recessit, unquam non recreatus. ita nos movem affectus Materni præsentissimæ protectionis Mariæ semper fuimus experti, fœcundos in angustijs zelatoribus et abundantis gaudiorum solacijmum fructus capientes. Et late diffusi lucem Stella Maris consistens propitia nobis in periculorum naufragijs, affulgebat Cynosura. Bonitatis Dei cum sit Imago evidentissima Virgo Deipara, quid ab illa mali expectare et experiri debueramus quod mala nostri pellere, bona cuncta posse hauddubium est revera Sobrinensis nominet, et sit Optima Princeps et Regina. Cum autem muneris sit illius fuerit habitare in Consilio, et eruditis interesse imperant et Sobentes decernunt justitiam, Sui curio eandem in Præsidem Consiliorum ac negotiorum præteriti immediate Inter modi Capituli delegeramus, perveras, quod sub fortunatissimis tam Ipsi Domina præsidijs, quod est quasi Castrorum acies ordinata, deliberandos animos ad observantiam omnium, quæcunq cum Venerabili Definitorio decreverimus, Statuerimus ordinaverimus. Insuper eadem Luminis, ita et Sacratissimæ Mariæ Nomine Sequentia observanda decrevimus et definivimus. Antequam autem ad Ordinationes in et a Vobis Definitorio Sanctas descendamus opportunum et necessarium esse duximus Decretum Sacræ Congregationis pro

promulgandum, et publicandum, ac ad unguem exhibiter observandum, quod admodum Nostras Literas Commissarius Gñalis transmisit prout de facto publicamus et promulgamus Cujus tenor Legitur

Ordinis Frum Minorum de Observantia S. Francisci

Cum Seraphico Ordine Frum Minorum S. Francisci de Observantia Regularis Disciplinæ vigor et præsertim Religiosa Paupertas, uti par est, exacte custodiant, abusus qui in non nullis præfati Ordinis Provincijs occasione Visitationum earundem Provinciarum irrepserint, penitus in posterum eliminentur

Sacra Congregatio Eminentissimorum ac Reverendissimorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium negotijs et consultationibus Episcoporum et Regularium præposita, referente, Eminentissima Sanctitate, providere volens, Statuit atq; decrevit, quod Provinciarum Visitatores et Commissarios omnino observare Constitutionem Urbani VIII pro restituendo et conservando in Ordine Frum Minorum S. Francisci de Observantia Disciplina Regulari condore editam, aliasq; Apostolicas Constitutiones et Generalia Ordinis a Sede Apostolica approbata, et signanter præmandavit ne ijdem Visitatores et Commissarij eorum Secretarij sub quovis titulo aut quæsito colore vel prætextu etiam accessus præsentiæ eorum Conventibus et Provincijs, munera sive contributiones nec in pecunia, nec in re aliqua a Provincijs et Conventibus visitandis seu eorum nomine, sive propria et Particularis Religiosorum accipiant, sed expensis tantum modo necessarijs pro ipsis et eorum quolibet famulis et paupertatem propriam ipsi Seraphici Ordinis decent, contentis sint Quodsi indicio Definitorij vestiario indigere videbuntur, illud etiam, non tamen in pecunia sed in specie tantum tam ipsis visitatoribus, et Commissarijs, quam eorum ijs subministrari valeant, fiat; dictarum expensarum subministratio modis licitis et iuxta propriam Ordinis Institutum Quibus omnibus præcepit, et respective prohibuit sub pœna privationis vocis activæ et passivæ aliisq; in Constitutionibus Clementis VIII et Urbani VIII de largitione munerum et statutis Ordinis Contentis, quacunq; consuetudine in contrarium quam Corruptellam esse declaravit aliisq; causis non obstantibus Voluit autem, quod præsens Decretum tradatur Rmo Vicario Commissario Gñali Cismontanorum Familiæ et Procuratori Gñali Familiæ Ultramontanæ, pro ipsos ad suas respective Provincias transmittendum et in earundem Regestris describendum Et quodcunq; quolibet Capitulo Provinciali ab ipsius Capituli Præsidente legatur Sub pœnis contra eos in Constitutionibus Clementis et Urbani contentis, ipso facto incurrendis. Quodq; Definitorium, tam vetus, quam novum

cuiuscunq Provinciae transmittere debeat ad Ministrum Gnalem seu ad Commissarium aut V Commissarium Gnlem juratam attestationem, omnia supradicta quantum ad eorum notitiam pervenire potuit, fuisse adimpleta. Romae 4 Novembris 1710

(Loco ✝ Sigilli)

G Cardinalis Carpineus

F Afficenus Secretarius

Praemissa itaq huius Sacrae Congre Decreti notitia, quam omnibus et singulis in ordine ad observandum ejusmodi decretum facimus, etiam subsequentes ex Vnbli Diffinitorio emanatas ordinationes producimus et praesentibus promulgamus, non more et ore, sed re et ipso facto exequendas; Et quidem quantum ad tenorem specificati Decreti

Prohibeatur omnibus locorum Superioribus sub poena privationis Vocis activae et Passivae, aliisq in Constitutionibus Clementis VIII et Vrbani VIII ac in Statutis ordinis contentis ne largitionis munerum fiant, Commissarijs et Visitatoribus Provinciae eorumq Socijs, sed tantummodo contenti sint expensis victui pro Itinere necessarijs ac etiam vestitui, qui n̄ a Superioribus localibus sed a nobis providendus decernitur, In quantum scilicet iudicio Vnblis Diffinitorij vestiario Indigere videbuntur, ut expresse habetur in eodem Decreto Cujus Decreti ut nota sit nobis et Venerabili Diffinitorio executio, declaramus, omnes locorum Superiores in futuro Deo concedente Capitulo iuramentum praestituros de adimpletione attestationem quam absq onere conscientiae exhibere non poterimus nisi unius cuiusq iuramento comprobata pateat nobis executio

Quod sequitur est de Canonizatione S: Catharinae Bononiensis necnon de Indulgentijs respectu eiusdem Canonizationis toti Ordini Concessis a Clemente ~~et~~ Summo Pontifice et Decretum de eius festivitate

Huius divae Virginis Celebrata est in hoc Conventu introductio immaginis die 23 Maij A: D 1724 sub Guardiano Pre Casimiro Wolstinio et quidem cum tanta solennitate ut nullus unquam speraba ipsa fere Sancta Virgine pro hoc actu benefactores sibi procurante. ~~Nam primo Illmae Patronissae Inowladislaviensis Ludovica Radomska [illegible]~~ Illma Teressia Orlenska Capitaneissa Premensis Circumferentias alias ramij ad eandem imaginem sponte obtulit Magnificus vo Dnus Stanislaus Szuldrski cum sua Consorte atque sorore pro deaurandis ijsdem circumferentijs quinque imperiales dedit

Pro ipso vero actu introductionis Illmus et Rdmus Dnus Josephus Gorowski Abbas Bledzoviensis Sacri Ordinis Cisterciensis sufficientissima luminaria subministravit scilicet 300 lampades cum sevo quibus altare maius ubi per totam octavam fuit imago exposita erat exornatum 25 paria Candelarum Cerae virginei scilicet albae et faces equos quoque suos 6 albi coloris ad trahendum currum triumphalem concessit. deinde ipsemet cum sua capella pro hoc actu descendit et processionem cum summa et inclusione in Pontificali apparatu solennizavit omnesque hospites qui pro hoc actu descenderant magnifice tractavit pro qua munificentia et benevolentia multum est hic Conventus et totus Ordo obligatus ut Deus T. O. M. rependat affectum quo erga totum Ordinem nostrum seraphicum fertur.

Volens autem Actum Rndus Pr Marianus Gigniewski hanc beneficentiam recompensare: eiusdem Illmi Abbatis annuentibus votis ~~obtulit~~ obtulit eidem Confraternitatem alias Philadelphiam cum Conventu Grodicensi ita quod post (ultimam seraphicam) quilibet Fratrum ac Patrum in eodem Conventu pro tempore Commorantium teneatur tanquam pro Patre et fratre in eodem Conventu mortuo Consueta persolvere suffragia quod etiam idem Illustrissimus pro omnibus et singulis Patribus et fratribus in hoc Conventu moriturus se facturum appromisit

Fr PAULINUS KLEINA

Ordinis Minorum S: P: N: Francisci Regularis Observantiæ.
Almæ Provinciæ Majoris Poloniæ S: Mariæ Angelorum.
MINISTER PROVINCIALIS et SERVUS.

Dilectis nobis in Christo Adm Rndis, Adm, et Multum Vndis,
Vndis, cæterisq hujus Almæ Provinciæ Patribus et Fratribus.
Salutem in Domino Sempiternam, et æternam benedictionē.

Iterum Roma, quasi moræ prolixioris impatiens, novos in Seraphicam Religionem Spirat amores. Iterum Alma Vrbs, quam Dominam gentium Censuerimus, inopem Minori:ticum Ordinem novis gratiarum Cumulare, et beare dignatur opibus. Deo Sanctissimus Dominus Noster Clemens XI. in nos Clemens est, ut nolit unquam clementiæ non declarare documenta; imò ut Convenire rebus nomen suum demonstret, Continuis id nititur Comprobare favoribus. Ultra jam non dandam Fidem profano Poëtæ judiceverimus, quod nimirum, non bene Conveniant, nec in una Sede morentur Majestas, et Amor: quando quidem in Sede Apostolica et Majestatem Summi Antistitis antestare, et Amorem Clementis Consedere sit Conspicuum. Nonne sat clara ipsius manifestæ in Religionem benevolentiæ elucent indicia? Dum Cælestibus Ecclesiæ thesauris pia charitate intentus, omnibus Christi fidelibus in Ecclesijs nostris multiplicatas largiri Conatus sit Indulgentias. Quarum Concessionis duplicem producimus tenorem.

CLEMENS PAPA XI.

Cum Nos nuper ad honorem Sanctissimæ et individuæ Trinitatis, ad exaltationem Catholicæ Fidei, et Christianæ Religionis incrementum, de Venerabilium Fratrum nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium, ac Patriarcharum, Archiepiscoporum, et Episcoporum in Alma Vrbe nostra existentium Consilio, Beatam Catharinam de Bononia Virginem Ordinis Sanctæ claræ, auctoritate Nobis à Domino tradita, Sanctam esse decrevimus, et definiverimus, ac Sanctorum Cathalago Solemni ritu adscripserimus; Et sicut accepimus dilecti filij Fratres Conventuum Ordinis Minorum S: Francisci, tam de Observantia, quam Reformatorum nuncupatorum, et dilectæ in Christo filiæ Moniales Monasteriorum ejusdem Ordinis S: Claræ Solemnitatem, seu Festivitatem Canonizationis ejusdem S: Catharinæ de Bononia in suis respectivè Ecclesijs celebrare intendant. Nos ad augendā Fidelium Religionem, et Animarum Salutem Cælestibus Ecclesiæ thesauris, pia charitate intenti, omnibus, et singulis utriusq sexus Christi fidelibus verè pænitentibus, et Confessis, ac Sacra Communione refectis, qui Ecclesias quorumcunque Conventuum, Monasteriorum, et domorum Regularium, tam Fratrum, quam Monialium dicti Ordinis ubicunq locorum existentes, die, quo Solemnitas, seu festivitas Canonizationis hujusmodi ibidem respectivè celebrabitur, vel aliquo ex septem diebus immediatè sequentibus devotè visitaverint, ac ibidem pro Christianorum Principum Concordia, hæresum extirpatione, ac Sanctæ Matris Ecclesiæ exaltatione pias ad Deum preces effuderint, plenariam omnium peccatorum suorum indul,

gentiam, et remissionem misericorditer in Domino Concedimus. Præsentibus pro unica vice quo ad Ecclesias præfatas, earumq Singulas valituris. Volumus autem, ut si pro impetratione, præsentatione admissione, seu publicatione præsentium aliquid, vel minimum detur, aut sponte oblatum recipiatur, præsentes nullæ sint; Utq earundem præsentium Literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis manu alicujus Notarij publici subscriptis, et Sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate Constitutæ munitis, eadem prorsus fides in Judicio, et extra illud ubiq locorum habeatur quæ haberetur ipsis præsentibq, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris. Die IX. M.D.CCXII. Pontificatus nostri Anno - - - Duodecimo.

Franciscus Oliverius.

Romæ Typis Reverendæ Cameræ Apostolicæ. 1712.

Ita est Antonius Oddus Caus. Curs. Caplij et Sæ Sedis Aplicæ Nepubs.

(Locus ✠ Sigilli)

Sequitur tenor alter.

CLEMENS PAPA XI

Universis Christifidelibus præsentes inspecturis Salutem, et Apostolicam benedictionem.

Ad augendam fidelium Religionem, et Animarum Salutem Cælestibus Ecclesiæ thesauris pia charitate intenti, omnibus utriusq Sexûs Christi fidelibus verè pænitentibus et Confessis, ac sacra Communione refectis, qui aliquam ex Ecclesijs Domorum Fratrum Ordinis Minorum Sancti Francisci, tam de observantia, quàm Reformatorum nuncupatorum, nec non Monialium dicti Ordinis ubicunquè existentium, die Festo Conceptionis Beatæ Mariæ Virginis Immaculatæ, à primis Vesperis, usque ad occasum Solis Diei hujus Singulis annis devotè visitaverint, et ibi pro Christianorum Principum Concordia hæresum extirpatione, ac Sanctæ Matris Ecclesiæ exaltatione pias ad Deum preces effuderint, plenariam omnium peccatorum suorum Indulgentiam, remissionem misericorditer in Domino Concedimus. Præsentibus ad Septennium tantum valituris. Volumus autem, ut si pro impetratione, præsentatione admissione, seu publicatione præsentium aliquid, vel minimum detur, aut sponte oblatum recipiatur, præsentes nullæ sint. Utquè præsentium harum transumptis seu exemplis etiam impressis, manu alicujus Notarij Publici subscriptis, et Sigillo Personæ in Ecclesiastica dignitate Constitutæ munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quæ adhiberetur ipsis præsentibus si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris Die Augusti MDCCXII Pontificatus Nostri MDCCXII Anno Duodecimo

Franciscus Oliverius.

(Locus ✠ Sigilli.)

Romæ Typis Reverendæ Cameræ Apostolicæ

Ita est. Antonius Oddus Caus. Curiæ Capitolij
ac Sæ Sedis Aplicæ Notarius Publicus.

Ut verò harum præsentium Nostrarum eò citiùs ad unumquemq; Conventum notitia deveniat, monemus omnes, et Singulos Locorum Superiores, vel eorum Vicarios, ut quam primùm ad eorum manus pervenerint, statim eas in plena Communitate Capitulariter congregata perlegi faciant; et hoc originale nostrum ad vicinorem Conventum, juxta ordinem Cursoriæ à tergo notatum, per certum et fidelem, repetimus, et serio mandamus, per certum et fidelem nuntium (ne, ubi recentissimè factum est, serius illud contingat) transmittant, die receptionis et transmissionis ejusdem fideliter annotato. Valete Patres ac Fratres in Visceribus Jesu Electissimi, et desideratissimi: Nos q; apud Altissimum vestris ejus precibus juvate. Datum in Conventu nostro Varsaviensi ad Sanctam Annam;

Die 12 Octobris Anno 1712.

Fr Marianus Gigniewski

Ordinis Minorum S. P. Francisci Regularis Observantiae S. Theologiae Lector Jubilatus Praedicator Gnalis Almae Provinciae Maioris Poloniae S. Mariae Ord. Minister Provincialis et Servus

Adm Rndis Adm Vndis Multum Vndis Caeterisq Omnibus et Singulis Patribus ac Fratribus Dilectis

Salutem in eo qui est vera Salus

Perspicuum satis est, quomodo inter tantas tamq prolixas per tot Annorum Series Regni totius angustias, ac angustas calamitates Deus Ter Optimus Maximus Cuius providentia vivimus movemur et Sumus fortiter Suaviterq disponens omnia Speciali ori Solicitudine et gratia Nostrum Seraphicum administrat Ordinem nam etsi in clementi faraginae, in tam acerba temporum incrementia, Clementissimi tamen huius Numinis misericordia cuius voluntas potentia est larga nobis semper apparuit, apparetq gratia et Suavis benignitas. Sentit certe et nunc in his hostiis tumultibus et asperatis non tam praeliorum quam oppressionum fulminibus Seraphica Religio amicum Divinae Providentiae Solatium, dum ab Alma Urbe Romana ipsissimum amorem denotante Speciale amoris, quia gratiarum accepit beneficium dum Sanctissimus Dnus Domus Dei et Princeps possessionis omnium eius, Clemens Undecimus uti Vicarius Christi feliciter in Ecclesia Universalia Militante regnans in Salubre Seraphicae Religionis ut pote incensae Seraphici ardoribus gratiae suae declarat per Presentes documentum quo de thesauro meritorum Christi, in Nostri Ordinis Familiam Sat abunde effusas diffudit gratiarum gazas. Promulgata fuit sub Suavissimo Antecessoris Nostri regimine Omnibus et Singulis huius Almae Provinciae Patribus et Fratribus Solemnissime peracta Romae Festivitas Canonizationis Sanct

Catharinae de Bononia ut hanc Solemnem festivitatem nostris respe
ctive in Ecclesiis celebrare ac solemnizare ex indulto Sanctissim
cum plenaria Indulgentia intenderemus, quod executum. Et nunc ide
Sanctissimus uti semper Clemens clementiae suae gratiossima Serap
Nostro Ordini ad optatissimum effectum deducit documenta. dum
instantiam Rndissimi Patris Procuratoris Generalis totius Ordi
factam Nomine Rdissimi Patris Nostri Ministri Gnalis Superio
nostri Colendissimi eidem pro Omnibus Superioribus et Religiosis
utriusque sexus Indulgentias Coronis precarijs v medallijs applica
benigne ac clementissime concessit, idque ex occasione solemnis Canon
tionis S. Catharinae Bononiensis: et merito Catharina enim ex Nom
charitatem Verbi Nati sonat Catharina Chara nati: ut mediante
Indulgentiam apud Deum consequamur, ac nascamur Chari De
Nato Bononiensis est adeoque spargit bonas gratias, ut per illas bo
adeoque Bononienses efficiamur.

Clementis placito datur Indulgentia cunctis
Hanc lucretur homo, qui studet esse bonus

Pro pleniori Notitia harum Indulgentiarum Copiam Literarum Rnd
Patris V Commissarij Gnalis ad nos Missarum transmitto Quarum Li
rarum tenor est talis

Rnde Pater Cum Adm Rndus Pater Procurator Gnalis Ordin
Nomine Rndissimi Ministri Gnalis supplicem porrexisset Libe
SS Dno. Dno Nostro Clementi Undecimo, ut Omnibus Superiori
et Religiosis utriusque sexus Nostri Ordinis occasione Canonizati
S. Catharinae Bononiensis elargiri dignaretur easdem et Indulge
quas in Canonizatione S. Petri de Alcantara et SS Joannis
pistrano et Paschalis Baylon fel. mem. Clemens Nonus et Al
Septimus concessere. Sanctitas Sua pijs precibus benigne annu
rescripsit sub die 16 Octobris Currentis anni concedendo
bus Ministro Gnali V Commissarijs Gnalibus Commissario Gnali
rum alijsque officialibus Gnalibus Rom[illegible] Curiae quingentas
unoquoque Indulgentias Coronis precarijs medallijs applicand
iuxta formulam publicatam in Celebratione quatuor Sanctorum
Patribus vero Provincialibus Quadringentas Indulgentias pro q
et Singulis Religiosis utriusque sexus Centum Indulgentias ut

Propterea [illegible] Omnibus Conventibus et Monasterijs Nobis Subiectis p
Istam significabit Concessionem ut quilibet Religiosus et Religiosa
in eadem notitia et beneficio gaudeat. Romæ ex Cta Cell. Die 4 ge
1743
Studiosissimus in Domino Servus
Fr Cœlestinus Commissarius Gnlis

Quia vero præfatæ Indulgentiæ concessæ sunt iuxta formulam publicatam in Celebratione quatuor Sanctorum in titulo infra specificandorum qui forte in Archivijs Conventuum non reperiri ideo hic illam transumptam ex Actis Provinciæ ad describendum ad Archivia Conventuum apponere iussimus

Formula Indulgentiarum

Cum quibus Sanctissimus D.N. Alexander Papa Octavus Coronas Rosaria, Cruces, parvas, et Imagines seu numismata ex auro aut argento aliove metallo confecta medallias vulgo nuncupatas benedicat per occasionem Canonizationis Sanctorum Confessorum Laurentij Justiniani Joannis a Capistrano, Joannis a Facundo Joannis Dei et Paschalis Baylon

Quicunq; saltim semel in Hebdomada Coronam Sanctiss. V. B. Virginis v. Defunctorum aut Psalmos pœnitentiales v. Graduales recitare aut recitari fecerit, aut decentes in carcere v. alicubi locorum Hospitalis ægrotos visitare aut pauperibus subvenire aut Missam v. audiverit si est Sacerdos celebrare consueverit si vere pœnitens et Sacramentali confessus Eucharistiæ SS. Sacramentum acceperit in quolibet ex diebus infra scriptis nimirum Die Nativitatis Dni N. J. Christi Epiphaniæ Ascensionis Pentecostes SS. Trinitatis et Corporis Christi et Die Purificationis Annunciationis Assumptionis et Nativitatis B.V. Mariæ, tum festo Nativitatis S. Joannis Baptistæ Sanctorum Apostolorum Petri et Pauli Andreæ Jacobi Joannis Thomæ Philippi et Jacobi Bartholomæi Matthæi Simonis et Judæ Matthiæ quinq; modo canonizatorum atq; 6 Sanctorum piarq; ad Deum precum studerit pro exaltatione S. Matris Ecclesiæ extirpatione hæreseos atq; Schismatum extirpatione fidei Catholicæ propagatione Pace et Christianorum Principum concordia Romani Ecclesiæ necessitatibus plenariam Indulgentiam suorum peccatorum remissionem consequetur

Quisquis in Vigilia Sanctorum istorum ieiunaverit et confessus in ip-
rum festo SS Eucharistiae Sacramentum sumpserit et oraverit
supra toties Indulgentiam consequetur

Quisquis Missam celebraverit v confessus et Sacra communione refec-
erit interfuerit Missae ad Altare in qua Imago aut Corpus aut Re-
cuiuslibet praedictorum SS asservantur pieque Deum oraverit ut di-
est die uno cuiuslibet mensis quem voluerit plenariam Indulgen-
consequetur

Quisque vero poenitens peccata commissa emendare firmiter propo-
et eadem die visitaverit septem Ecclesias quaslibet et ubi tot Ec-
non reperiuntur quotquot ibi sunt etsi unica tantum Ecclesia sit in
omnia ipsius Altaria et pro Heresum extirpatione ect pie Deu-
oraverit semel in Anno fruetur Indulgentijs concessis Septe-
Urbis Ecclesias visitantibus

Quicunque devote cogitaverit de aliquo Sanctissimae Passionis Dni Nos-
Iesu Christi Misterio et in eiusdem Passionis honorem septies terr-
humiliter deosculatus fuerit eo die lucretur Indulgentias concessa-
ascendentibus Romae per Scalam Sanctam hoc autem semel
tantum in singulis annis

Quisquis leget aliquod libri caput de vita eorundem Sancto-
rum, aut inviset eorundem Altare v Imaginem venerabi-
et oraverit pro felici Statu S Matris Ecclesiae peccatorum
que conversione singulis vicibus percipiet Indulgentiam
centum dierum Eandem pariter consequetur qui aliquid p-
peribus tribuet v eosdem instruet aut per alios instru-
rabit in ijs quae pertinent ad fidem bonosve mores

Quisquis praedictorum Sanctorum Canonizatorum omni-
tione [illegible] detestabitur vere cum firmo propos-
non peccandi de caetero v aliquem actum virtutis exerce-
toties lucretur Indulgentias septem annorum et totidem q-
drigenarum

Qui ad pulsum Campanae alicuius Ecclesiae mane aut
ridie aut vesperi consuetas preces Angelus Dni dicet si ve-
eas ignoret semel orationem Dominicam et Salutationem
Angelicam recitabit eandem Indulgentiam adipiscetur

Quilibet in Urbe commorans v ab ea viginti milliaria non ab

sens et legitime in pedibus non interverit benedictioni qua Romanus Pontifex in festo Paschatis et Ascensionis solemniter benedicere consueverit confessus autem Sacro Sancta Communione reficiatur et pias ad Deum preces pro Heresum extirpatione ect fuderit Indulgentijs fruitur, quibus præsentes fruuntur eadem vero si adimpleverint Conge ab Urbe absentes easdem Indulgentias etiam si legitime non impediti consequuntur.

Quisquis in articulo mortis se totum Deo devote commendans prædictos Sanctos v ex ijs unum invocaverit ore si potuerit si minus saltem corde confessus. Sacraq Communione refectus si potuerit alioquin saltem contritus plenariam peccatorum Indulgentiam consequitur. Omnes supradictæ Indulgentiæ fidelibus defunctis applicari possunt per modum suffragij. Pro eisdem percipiendis satis est privatim habere apud se aliquam Coronam v Cruce cum prædictis Indulgentijs a Sanctitate Sua benedictam et quæ superius præscripta sunt adimplere licet illa etiam alio nomine impleri forte debuerint

In distribuendis huiusmodi coronis, Crucibus, ect earundemq usu Sanctissimus servari iubet Decretum fel: record: Alexandri Septimi editum sub die 6ta februarij 1657 nimirum ut Coronæ, Cruces, Sacra Numismata, quæ vulgo medallia vocantur, et Sacræ Imagines cum præfatis Indulgentijs benedictæ non transeant personam illorum quibus a Sanctitate Sua concessa sunt aut quibus ab his prima vice distribuerent, Neq commodari neq præcari dari possint, alioquin careant Indulgentijs iam concessis et aliqua re ex prædictis de perdita pro ea subrogari altera nullo modo possit quacunq concessione aut Privilegio in Contrarium non obstante. Prohibet Sanctitas Sua hanc Indulgentiarum formulam in primis extra Urbem

J F Card Albanus

Romæ ex Typographia Reverendæ Cameræ Apostolicæ 1690

Ut vero harum Pastoralium Nostrarum et omnium in illis conten
rum festina in unoquoq; Conventu Notitia habeatur mandamus
bus Locorum Superioribus v eorum Vicarijs ut quam primum ad eo
Conventum pervenerint in plena Communitate capitulariter con
gata perlegantur perlectae describant describantur ~~ad tabu~~
~~quae appendatur in singulis conventibus in loco competenti~~
descriptae pro loco conserventur et praecipue praefata forma
Indulgentiarum seorsive describatur ad tabulam, quae appen
tur in singulis Conventibus in loco competenti ut ab omnibus vid
ac legi possit pro Informatione ac memoria in perpetuum haben
Hoc tandem Originale Nostrum sine ulla mora ad proximiorem C
ventum iuxta Ordinem Cursoriae a tergo notatum transmittatur
scripto die receptionis et transmissionis. Valete Patres ac
tres in Visceribus Jesu Dilectissimi et desideratissimi Nosq; v
Orationibus apud Altissimum iuvate Datum in Conventu S

4ta Januarij 1

Fr Marianus Gigniewski
Ordinis Minorum S. P. Francisci Regularis Observantiae S. T. Lector Jubilatus Praedicator Generalis Almae Provinciae Maioris Poloniae S. Mariae Angelorum
Minister Provincialis et Servus

Adm Rndis Adm Vndis M Vndis caeterisq omnibus et Singulis Patribus ac Fratribus Dilectissimis
Salutem in eo qui est vera Salus

Non in cassum fulgentes radij autem solis verno laborant tempore ubi fugato undiq hyemis palore aestivum ubiquae explicant calorem, quo operante nudis arboribus folia, aridae vero terrae florentes restituunt herbas. Non dispari etiam modo, tum Resurgens a mortuis Christus C qui aeternae lucis candor et Sol iustitiae appellatur J in dies Seraphico procedit in Orbe, dum aureum gratiae suae desuper operatur fulgorem in plantando ac irrigando Minoritico Patris Nostri Seraphici Horto: tum etiam Supremus in terris Universae Militantis Ecclesiae Faventinus Clemens Undecimus, dum et ipse non dedignatur irrorare ac irrigare abundantissimis gratiarum favoribus Seraphicum Viretum. Inter immensas Pastoralis ipsius solicitudinis curas, clarissimum certe ac evidens Summae vigilantiae eius cernimus argumentum, dum in Salubre Militantis Ecclesiae exestuans incrementum, ita flagrantissimis charitatis afferervet affectibus ut potius in Salutem animarum quam in Suam utilitatem et commodum prorumpere eius conspiciatur flamma, quae sic ferventissime Religiosa incendit pectora ac mentes, ut nostram Seraphicam Religionem ex Speciali in eandem propensione, iterum affluentibus enutriat gratijs, ac Spiritualibus confoveat beneficijs. Accepit non pridem Seraphica Nostra Religio speciale amoris quia gratiarum seu Indulgentiarum ex Occasione Canonizationis S. Catharinae de Bononia a Faventissimo Clemente Undecimo Domino Dei Domino beneficium, quando de Thesauro meritorum Christi in Nostri Ordinis Familiam sat abunde effusas diffudit gaias: et nunc ad maius

incrementum gloriae S. Catharinae, instinctu Sanctissimi Sac. Rituum Congregatio ad Humillimas praeces Adm. Undi Patris Comissarij Gnalis Curiae Totius Nostri Ordinis benigne indulget, atq. concedit ut Officium praefatae S. Virginis in posterum ab omnibus tam Fratribus quam Monialibus sub ritu duplici Secundae Classis recitari possit, et valeat, cuius indulti ac concessionis per Praesentes Paternitatibus vestris publicamus Decretum

Decretum

Ordinis Minorum Observantium S. Francisci

Sacra Rituum Congregatio ad humillimas praeces P. Commissarij Gnalis Curiae Ordinis Minorum Observantium S. Francisci benigne indulsit atq. concessit ut Officium S. Catharinae de Bononia quod ante ipsius Canonizationem hactenus sub ritu duplicis Maioris Universo suo Ordini tam Fratrum quam Monialium recitari concessum fuit, in posterum ab omnibus tam fratribus quam Monialibus praedicti Ordinis qui ad Horas Canonicas tenentur sub ritu Secundae Classis recitari possit et valeat Die 3tia Februarij 1714

Fr. Card. de Abdua

Loco ✠ Sigilli

K. M. Tedeschi Episcopus Liparitanus Sac. Rit. Congre. Pro Secr.

Romae Typis Reverendae Camerae Apostolicae 1714

Hac eadem occasione recepimus etiam Romae et aliud Decretum Totius Ordinis Minorum S. Francisci quod Decretum hic apponere iussimus propter Habendam notitiam eorum, quae in praefato Decreto ad Observandum nobis proponuntur

Decretum

Totius Ordinis Minorum S. Francisci

Cum Sac. Rituum Congregationi expositum fuerit in Capitulo Gnali Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci die 24 Maij 1694 Victoriae Celebrato conditum fuisse Statutum tenoris sequentis videlicet

42 Non sine iusti animi angore perpendit Diffinitorium Gnale quanta in pluribus Provincijs evenerint scandala post Novam aliquam Canonizationem Servi Dei, quam Altissimus Ordinem Nostrum dignatus est decorare, cuius occasione elapsis annis vel ratione solemnizandi Canonizationis festum vel vitam Sancti imprimendi vel eius Imaginem seu Sculptam sive pictam cum aliqua intitulatione, inscriptione narrativa aut rethorica compositione vulgandi vel de

de eo prædicandi, vel Canonizationis Processionem faciendi, vel aliud quidpiam in ea Solemnitate peragendi lites et dissentiones inter aliqua totius Corporis Observantiæ membra in Varijs Provincijs exortæ fratrum Turbationes, publica iurgia mendacia utrinque forte vulgata, libri et Scripturæ a temerarijs authoribus tam proprio quam alieno nomine, absque legitima licentia impressi plus damni quam honoris Nostro Sacro Ordini, et plus admirationis, quam ædificationis apud Christi fideles conciliavere

43 Volens itaque Diffinitorium Generale talibus in posterum dissonantijs secundum Deum providere, consulto, et mature decernit, quod si Servus Dei de quo agatur causa Beatificationis vel Canonizationis apud S. Sedem aut qui a Summo Pontifice fuerit Beatificatus vel canonizatus sit ex Observantia et Mortuus sit filius alicuius Provinciæ vel Custodiæ Observantis tam in actis Causæ quam in picturis Sculpturis laminis, libris, Scripturis elogijs et folijs, ac locis quibuscunque exprimatur, quod est Ordinis Minorum de Observantia: Si vero fuerit ex Reformatis Ultramontanæ Familiæ, explicetur quod est Strictioris Observantiæ vel Minorum Observantium Reformatorum, sin autem fuerit ex Discalceatis, vel Recollectis Provincijs huius Cismontanæ Familiæ, dicatur Ordinis Minorum Observantium Discalceatorum vel Recollectorum quod etiam addatur, si dicatur Strictioris Observantiæ, ita ut nunquam particularis Status in quo mortuus est Sanctus, sive sit Observantiæ sive Reformatorum, sive Discalceatorum sive Recollectorum, taceatur aut Status cum Statu confundatur:

44 Solemnitas festi Beatificationis, aut Canonizationis Servi Dei ad totum Corpus Observantiæ pertinentis et Processio in ea consueta prius fiat in Conventu illius membri, cuius Servus Dei dum viveret, portio fuerat, videlicet Reformatorum, si mortuus est Reformatus, Observantium si Observans Discalceatorum aut Recollectorum, si Discalceatus vel Recollectus in Cælum migraverit. Et si plures fuerint eiusdem membri Conventus, prius fiat a principaliori, deinde liberum sit cæterum etiam alterius membri, etiam eodem tempore cum alijs Conventibus C non tamen cum principaliori prædicto membri ad quod immediatius pertinet J eam celebrare Solemnitatem

45 Ad Processionem autem quæ a principaliori prædicto Conventu fiet, aliorum Conventuum Communitates concurrere teneantur et sub privatione officij vocisque activæ ac passivæ per Triennium Prælati cum suis Familijs omnino conveniant

Si vero in loco non exiterit Conventus immediationis Instituti illius
Novi Sancti Solemnitas et Processio, cui omnes alij in loco vel
Civitate coexistentes Conventus interesse sub ijsdem qdmis teneantur
fiat primo in Conventu Antiquiori, ex quocunq Membro Observan:
tiæ sit dum modo in omnibus Imaginibus, libris et foliis ex:
primatur, cuius membri de Corpore Observantiæ Sanctus ille, vel:
Beatus in sua pretiosa morte filius fuerit

Cum ex parte Fratrum Martini de Albizuria Procuratoris Gna:
lis Ordinis, Hieronymi a Lauvino Commissarij Gnalis Curiæ Fran:
cisci a Brandelio Procuratoris Gnalis Reformatorum, ac Joan:
nis Damasceni Mesnard Procuratoris Gnalis Excalceatorum et
Recollectorum unanimi consensu, ad tollendas quascunq controver:
sias ~~in præsenti decreto contra Transgressores infligendo~~ inter
Fratres Supradictorum Ordinum, pro Confirmatione, Supradicti:
Statuti, nec non pro præsenti decreto contra Transgressores infligen:
do Sac Rituum Congregationi humillime supplicatum fuerit. Ea:
dem Sac Rituum Congregatio Supra scriptum Statutum benigne
confirmavit, et contra eiusdem Transgressores sub pœna privæ:
tionis vocis activæ et passivæ procedi posse decrevit die 9 De
cembris 1715

G Card Carpineus

Loco ✠ Sigilli R M Tedeschi Epus Lipari tunq S R Cong Prose

Romæ 1715

Ex Typographia Reverendæ Cameræ Apostolicæ

Superiorum permissu

Tempore lustrationis Nostræ Conventum obligabamus Locorum Su:
periores, ut ubi nondum fiat introducta ad Ecclesias Nostras cum
solemni Processione Imago S Catharinæ Senensis recenter
canonizatæ eandem introducere curarent, et tam a multis Con:
ventum Superioribus, prout repetivimus, tempore Visitationis non
hoc Nostrum Mandatum est executum; proinde serio mandamus ut
rent Locorum Superiores ante Convocationem Dei favente futuram
hanc solemnem Processionem celebrare, ut exinde maior augeatur
cultus et gloria Dei ac Canonizatæ Sanctæ et videat populus quod ex:
modernis temporibus Seraphica Religio floreat Sanctitate et glorificet
Deum qui est mirabilis in Sanctis Suis, ac sanctus in operibus Suis
Quodsi cum accident post collationem peractam non ire ad Ecclesiam

ad faciendam Recollectionem, persolvendasq; praeces solitas ~~Tempore~~
nempe sex Pater et Ave cum totidem Gloria Patri et ad lucrandam
plenariam Indulgentiam, nunquam praetermittantur praeces praefa:
tae sed eodem modo sicut in Ecclesia persolvantur devote etiam in
Refectorio peracta gratiarum actione et accepta benedictione fiat
aspersio consueta. Superiores Locorum solicitam curam gerant cir:
ca reparandos suos Conventus et in quibus Conventibus sunt fabri:
cae studeant sollicite illas continuare ac perficere Pomaria et
Hortos floriferos curent etiam fovere in cultura debita cuius
praecipue Patres Vicarij una cum his Patribus ac Fratribus qui:
alijs officijs ac negocijs non sunt alligati, curam habeant illosq;
emundent ac excollant: si enim fructus ex illis colligere ipsis
placet placeat quoq; nec displiceat laborem illis applicare ut stu:
etus ferant. Pro investienda etiam Communitate curant ante
futuram Convocationem Locorum Superiores certam quantitatem
Eleemosinae proposse uniuscuiusq; dare ad pannificinas necessa:
riae ad comparandam et conducendam lanam ne ob caventiam
illius pannificinae vacent ab operibus sed tempestive praeparent
ac conficiant vollumina panni pro Conventibus

Altissimum Statum Reipublicae Polonae recenti memoriae singulorum Patrum
et Fratrum mandamus adhortantes ut in suis tam privatis quam publicis
praecibus sint memores eiusdem supplicantes Divinae Maiestati, ut immi:
nens malum dignetur avertere et pacem desideratam ac tranquillitatem
eidem impartiri

Quae etiam in literis Pastoralibus nostrii post Capitulum per omnes Con:
ventus expeditis ac successu temporis elapsi ad observandum et exe:
quendum demandata sunt Superiores locales adamussim exequi curent
de omnibus his testimonium a Discretis Conventuum pro Convocatione Deo
favente futura conscientia religiosa exhibendum habituri

Ut igitur praesentes literae circulares omnibus et singulis pateant et invio
labiliter observentur, ac earundem in uno quoq; Conventu habeant notitia, volumus
ut quam primum ad unius cuiusq; Superioris devenerint manus, in ple:
na Communitate capitulariter congregata perlegantur perlectae describantur
descriptae conserventur in Conventu. Originale autem hoc ad Vicionem
Conventum sine mora iuxta Cursoriam a tergo descriptam annotata die
die receptionis et transmissionis earundem fideliter transmittantur
Valete Patres ac Fratres in visceribus Iesu Dilectissimi Nostri apud
Altissimum in vestris non immemores Orationibus. Dabantur in Conven:
tu Nostro Petricoviensi ad S. ~~Crucem~~ Crucem Die [illegible] Maii [illegible]

Fr. MARIANUS GIGNIEWSKI

Ordinis Minorum S. P. Francisci Regularis Obseruantiæ
S. T. Lector Iubilatus Prædicator Generalis
Almæ Prouinciæ Majoris Poloniæ S. MARIÆ Angelorum
Minister Prouincialis & Seruus

Adm Rndis, Adm Vndis M. Vndis, cæterisque omnibus et Singulis Patribus ac Fratribus Dilectissimis

Salutem in Eo, qui est uera Salus

Vltra uires Nostras hactenus Nobiscum actum factumq esse pfitemur: pensatis enim illis, ac non leui iudicio ppensis emensisq sub tanto onere Officij Nri succumbendum fore Nobis opinabamur; et ecce Dei Ter Optimi Maximi qui p suo famulatu, ac ministerio infirma mundi elegit, auxiliaribus suffulti ac solidati gratijs, per pia gratiossimæ Virginis Deiparæ Præsidis Augustissimæ Terræ Dobrynensis suffragia, ad cuius Sacras Skempenses ædes satis larga copiosaq beneficia una cum Pastorali Almæ Prouinciæ dignitate recepimus, ut eidem uitam Nostram singulaq uitæ momenta consecrauimus ac dedicauimus; superatis tot itinerum incommodis, temporumq uarijs anxietatibus totius huius Anni decursu, lustrauimus ac Canonice uisitauimus omnes et singulos totius Almæ Prouinciæ Conuentus, applicando totum Conatum exequi ea omnia, quæcunque Officij Nri expostulabat, exigebatq munus, nec plus agere curauimus, ausiq sumus, nisi quod consonum legi, ac Constitutionibus piè sanctis certando pro seruanda Regularis Obseruantiæ puritate ac indemnitate. Quandoquidem autem optime nobis perceptum sit, quod pro fortunatiori meliorique rerum agendarum moderamine prudentis Gubernatoris ac Pastoris solertia id exigat, ut Maturis Consiliariorum innitatur Iudicijs, ac unanimi Consulentium assensui, paradoxa id attestante ueritate multaq natura impedita sunt, consilio et Ingenio expediuntur. Congruum duximus bono Communi Commodati, ac tranquilitati Almæ Prouinciæ Nostræ consulere ac pruidere. Iuxta itaq Communem Ordinis Nri Seraphici legem, ac solitam Almæ Prouinciæ Nostræ praxim cum benedictione impertita facultate Rndissimi Patris V Commissarij Generalis Superioris Nri Colendissimi Conuocationem Intermedij Capituli Celebrandam duximus, prout Præsentibus celebrandam intimamus ac denuntiamus, idq

in Conuentu Nostro Suetcensi, ad Aedes gratiosissimae Virginis Dei
le clarius lucentis Diuinis gratijs ut sub cujus pientissimis auspicijs N
Storale suscepimus Regimen, eius beatissimis auxilijs fortunato Omi
protrahamus ac continuemus Officium ipsaque Augustissima Praeside Suffraga
ea, quae cedant ad incrementum cultus gloriaeque Dulcissimi eiusd: Filij operemur
tiamus. Ut autem pateat omnibus Authentica facultas Rndissimi Patris
missarij Gnlis Nobis ab ipso impartita celebrandi Intermedium Capitu
hic apponimus

Fr. Caelestinus à Mediolano Ordis Minorum Regul: Observ
S. P. Nostri Francisci Lector Jubils in hac Cismontana Fam
eiusdem Ordis; nec non Discalceatorum V. Commiss: Gnalis Re
torum Discretus perpetuus et Seruus

Rnde Pr Mnr Nrae Obseruantis Prouinciae Poloniae Majoris, uigore p
facultatem impartimur, quatenus accedente Consensu PP. Diffinitorij tem
portano cum eidem Congregationem primam intermediam celebrare ualeat
autem ut ad regimen Conuentuum, non nisi Religiosi, fama, uita, zeloque p
res promoueantur, et presertim, qui uitam Communem ac Regularem Obser: pse
seruetur iustitia distributiua, quae pacem in Prouincijs, et Fraternam inter
sos concordiam confirmat: ante electionem pagantur quae de jure pagenda
et precipue circa Obseruationem Constitutionis Aplicae nouissime S. mem. Innoc
duodecimi de Celebratione Missarum, nec non circa exercitia Spiritualia, sicut
Nris Praedecessoribus, et a Nobis ordinatum fuit. Quia autem Rndiss P. Nr
Gnlis suis literis datis Matriti sub prima Sempt. 1706. Serio nobis injung
omnino tollamus à Prouincijs Nrs huius Cismentanae Familiae detestabile
Satisfactionum Conuen:, ut Communiter uocantur, quae magno damno Prouin
dantur PP. Prouinciae, extra Diffini, ideoque ut Nris partibus satisfaciamus
dinationi suae Rndissae Pttis pareamus; injungimus Obseruantia Constit
Apostolicae S. mem. Urbani Octaui quae de restituendo candore uocat
Cum autem in Contibus Recollectionis sit Major obligatio exacte obser
Constitutiones Aplicas et Gnles Nri Ordis, id circo sub poena nullitatis elect
imandamus Rndi Pri Mnro Prli et PP. Diffij, ut Guardianos in oi
gulis Contibus Recollectionis pponantur, et eligantur Religiosi, idon

bernium talium Conuentuum ad prescriptum requisitorum in Conuentibus pro Recollectione iuxta Statuta Gnalia de anno 1676. confirmata in forma Specifica a S. mem Innocentij Vndecimi sine ullo respectu ad presentationem, Nominationem v Satisfactionem PP. Prouincie extra Diffinitorium, nec etiam pretextu Conuentus Patrie. Et ad obseruantiam prefatarum Constitutionum Apostolicarum mandamus in uirtute S. Obedientie, et sub pena priuationis Officij ipso facto incurrenda predictis Patribus Guardianis Recollectionis electis et in futurum eligendis, quod non recognoscant, non considerent, non uenerentur aliquem Patrem Prouincie extra Diffinitorium, nec ut Patrem v Protectorem Conuentus v quocunque alio Nomine nocetur v uocari possit in fraudem Constitutionum Apostolicarum, sed omnino ipse Guardianus electus gubernet Conuentu, et familiam in Spiritualibus et temporalibus independenter a quacunq alterius Patris Satisfactione. Non excludimus autem quod PP. Prouincie non recognoscantur, ut Discreti Conuentus, in quibus de familia morantur, et inijs, in quibus per Statuta Ordinis a Guardianis et Superioribus localibus recognoscendi sunt. Discreti Conuentus pro assensu v consilio. Cetera autem omnia premittantur quæ de jure premittenda sunt ad Canonicam electionem. Facta autem celebratione Congregationis teneant PP. Diffinitorij transmittere ad Nos attestationem, obseruata esse singula quæ hic obseruanda iniunguntur.

Datum Romæ ex Aracœli Die 30. Mensis Martij Anni 1734.

Fr. Cœlestinus V. Commissarius Gnalis

De mandato S. P. Rndissimæ
Fr. Bonauentura de Rutiliano
Secr. Gnalis.

Hac ergo præsupposita facilitate primum diem huius Intermedij Capituli aspiramus ac determinamus 23. Julij, prouido altra inuitamus eodem Rndos Patres Prouincie Adm Patrem Custodem Custodum, Adm Rndos Patres Diffinitores actuales ut 30. eiusdem in Conuentu Suetensi dignentur comparere

Præcipimus autem omnibus Locorum Superioribus siue eorum Vicarijs ut in suis Conuentibus ad quos continget uenire, Patribus etiam Rndis, Adm Vndis Diffinitoribus actualibus transeuntibus pro Intermedio Capitulo, omnem Commoditatem et humanitatem exhibeant. Præcipimus in super omnibus Locorum Superioribus, Patribusq Confessarijs Monialium quatenus omnes

et Singuli Resignationem Suorum Officiorum ad manus Nostras et Vni
Diffinitorij in Scripto transmittant. Item testimonium Patrum Discr
manibus proprijs Subscriptum et Sigillo Conuentus consignatum exacta
lationis Eleemosynarum Perceptarum, et Expensarum pro Conuentis et
ac Pannificinarum (ubi extant) necessitatibus, exprimendo in eodem test
Restam cuiuslibet respectiue Eleemosynæ apud D. Syndicum v eius Subs
relictæ, Siue debiti per se v per Antecessores contracti, aut etiam ex sol
militer computum Missarum celebrandarum, Siue sub tempus regiminis Su
antecedenter relictarum et ex relictis absolutarum. Obseruantiam quoq
tiorum Spiritualium juxta præscriptum supra in Patentalibus Rndffr
culcatum: item executionem introductæ Imaginis S. Catharinæ Bocc
sis ad Ecclesias Nostras, quam mandauimus fieri per literas Nostra
lares: quantitatem deinde Eleemosynæ pro induendis Patribus et
bus ad Pannificinas, Specificando Conuentum cujus nam sint transm
ac etiam procurationem ac conseruationem tam pro hospitibus quam
mis necessariæ Supellectilis, eiusq auctarium, Siue ad Ecclesiam, Siue
Spectantis item restaurationem Conventuum
Conuentum v Ecclesiarum et continuationem fabricarum ubi sunt.
debitam Satisfactionem et quietationem familiæ, quam quietand
Omnibus Superioribus sub pœnis pro inobedientibus latis de mand
ac tandem prouisionem relictam pro victu Patrum et Fratrum. Ins
etiam serio præcipimus Locorum Superioribus, quibus Officium Guard
expirat ac etiam Patribus Præsidentibus in absentia Patrum Guard
ad locum Conuocationis discessurorum, ut non segniter nec otiose proceda
is Officijs, sed omnimodam adhibeant curam circa Œconomiam ut Sup
Patres Guardiani omnia optime gesta ac disposita illorum diligentia in
in quo testimonio dando Patrum Discretorum oneramus conscientias, ut se
easdem procedant. Patres S. Th: et Philosophiæ Lectores tenentur etiam No
Similes producere testimoniales sui Officij Lectionum et Disputationum
item omnes et singulos Patres Prædicatores tam Ordinarios, quam Pome
nos, tam Parochiales, quam S. Monialium, ad transmittendas conformes
moniales de exacta Suorum Officiorum executione, ac de munditie Bibl
rum, ac emundatione de pulueribus librorum, quos tempore Nostræ Visi
nis in Multis Conuentibus maximis pulueribus ac sordibus conspersos, n
ordine dispositos aduertimus, ac de regestratione ipsorum, cum Subscript

iurata Discretorij. Ut autem Nostris praeintentis Consilijs Actionibusq; Conuocationis Praesidens gratiarum Spiritus S. assistat, et haec omnia dirigat, ac ab ejus Salutari Spiramine uiuifica in Uniuersum gregem nobis commissum recte consultorum redundet efficacia, id precibus feruentissimis et humilibus a Deo efflagitandum obnixè commendamus Paternitatibus Vestris pro Nobis et assessoribus, Nostrisq; Successibus exoraturis

Tandem Serio praecipimus et mandamus ne ullus Patrum ac Fratrum praeter inuitatos ad locum Conuocationis Sub poenis a Nobis injungendis Sine expressa licentia in Scripto v. uerbali accedere praesumat. Quod si autem Sub tempus praenominati Capituli Intermedij aliquis casus (quod Deus auertat) v. aliqua legitima negotia Nostram ac Vnbilis Diffinitorij concernentia notitiam, in aliquo emerserint Conuentu Sine omni mora illa locorum Superiores denuntient.

Postremo ut Praesentium Literarum festina in unoquo Conuentu habeatur notitia, mandamus Singulis locorum Superioribus Sub grauissima poena, ac illorum absentia Patribus Vicarijs, quatenus Praesentibus Inuitatorijs in plena Communitate Capitulariter congregata perlectis et descriptis, cum Annotatione diei receptionis et transmissionis easdem ad uiciniorem Conuentum juxta Cursoriam ad extra annotatam Sine ulla detentione et mora per equestrem v. Curralem Tabellarium dummodo fidelem (ob breuitatem temporis) transmittant.

Valete Patres ac Fratres Dilectissimi in Sacris Orationibus Nostri coram Altissimo non inmemores. Dabantur in Conuentu Nostro Grodicensi ad Sanctissimum Nomen IESU. Die 19. Junij Anno Dni 1714.

Fr Marianus Gignewski

Ordinis Minorum S. P. Francisci Regularis Observantiae
S. T. Lector Jubilatus Praedicator Generalis Almae
Provinciae Maioris Poloniae S. Mariae Angelorum

Minister Provincialis et Servus

Adm Rndis Adm Vndis Mltum Vndis caeterisq omnibus
et Singulis Patribus ac Fratribus Dilectissimis

Salutem in Eo qui est Vera Salus

Si per incuriam ac Socordiam in necessitatibus nostris non cura-
remus opem: si per desidiam in negotijs cunctis non desideraremus
iuvamen ac Succursum Augustissimae Poli Soliq Imperatricis Vir-
ginis Dei Parae Mariae, per obligationem Omnino teneremur Summas
illi habere gratias sub cuius fortunatissimis Auspicijs, eiusq
efficacissimo Patrocinatu immediate celebrata Intermedia com-
mitia prosperos sortita sunt eventus, utinam (Sicut indubie
Speramus, quod ex animo concupiscimus) cum profectu proven-
tum. Quidquidnamq in praelibatis Commitijs Comite Altissimo Nu-
mine mediante Sanctissimae Virginis Matris Manutenentia San-
ctum definitum et ordinatum est, id Regulae Sanctae Constitu-
tionibus Ordinis tam Gnalibus quam Prlibus consonum atq con-
forme est. Nihil enim Cordi et praecordijs Nostris magis est de-
sideratum, quam ut Regulae Sanctae vigor in eiusdem Profes-
soribus niteat, Regularis disciplinae niter vigeat, constitutionum
tenor inviolabiliter servetur, praescriptus ordo teneatq ac observe-
tur. In ordine enim quem sibi Sancta vendicavit Religio inordi-
natum nihil, nihil inconsonum esse nec reperiri debet nam eo
ipso non esset Ordo, si sine ordine res curare sinerentur. Quantas
Respublicas quamque Augustas non perdidit Ordo non servatus;

Ordinis defectus est certissimus rerum interitus non in exercitibus tan-
tum non in statibus gentibus cunctis sed in vita etiam. Recte rerum
ordo nuncupatur hic namq; amicat omnia regit tenet ac conservat omnia
bene servatus. Si Divo dederimus fidem Gregorio hinc ad presens a
sine ordine perturbatio et confusio rerum in aere tonitrua in terris
morbi in mari naufragium in urbibus bella in domibus discidia in
corporibus morbi in animis peccata. En quanta ex sensu Doctoris a
disordine oriuntur mala, quanta proveniunt ex dissonantia voces. Ap-
me in auguratione Nostri ad gubernium Ecclesiæ Romanæ Provinciæ
momento hoc Ordinis servandi in seraphico Almæ Provinciæ Ordi-
everet nobilissimum desiderium hoc ac singularissimum in votis habuimus
et tenemus ut hæc sancta Provincia in rectissimo persisteret ordi-
nis rum in inviolabili Regulæ Sanctæ Constitutionum Ordinis tam Fo-
liæ quam Patrum Observatione. Quapropter Intermedium Capi-
tulum in Ædes Gratiosissimæ Virginis Mariæ de pace Bisdiciis Convo-
catum, quod est tanquam Castrorum acies ordinata, coegimus ut ibi
salubri Assertorum Consilio provideremus media ac remedia ac seraphi-
in ista Almæ Provincia Ordinem integerrime conservandum ubi v
get ac persistit restaurandum ac exigendum ubi defluxit ac-lapsus. D
inde observamus in Visceribus Jesu Christi ac sevis moremur omn
Locorum Superiores, ut recenti teneant memoria, observentq; ademussim a
ab aliis sui iurisdictionis subiectis observari omnino studeant qui i
Paternalibus ab exordio officij Nostri ad seriam observationem pr
posita ac inculcata sunt nempe vigilantia chori debitus, Ordo
Cultus circa Divinum Officium Observandus, Specialis Cura Infir
rum nec non cætera omnia ibi exposita in quibus Locorum Supe
res eurent præluceve exemplo, ut Se ipsis subiecti moveantur ac
sectari da vestigia eorum magis namq; movent exempla quam verb
curent præluceve vitæ sanctitate et Regulari Observantia tam Fori
quam foris Æternæ Veritatis Magistro adhortante Lucent Lux vestra
eorum hominibus ut videant opera vestra bona et glorificent
Patrem vestrum qui in Cælis est. Ex eximis Patris spiritus in re
mento gloriæ Sabbatum angelum in gratiam recenter in Album
etorum inserere ac locare B. Catharinæ Bononiensis Indulgentiar
beneficia e turgidis est Ordini Nostro seraphico Summus Pont
fex nunc feliciter in universali regnans Ecclesia Clemens XI Cle-

mentissimus Universali Seraphici Patris Francisci Familiae at plu:
res ultra effudit in nos gratiarum Opes, dum praefatae Ordinis Nostri
Patronae Diem festivum 9 Martij in Maius Totius Ordinis Nostri decus
Plenaria cumulavit ac condecoravit Indulgentia. Ad pleniorem
Notitiam huius Copias Decreti a Sede Apostolica emanati hic inserimus

Clemens Papa XI

Ad perpetuam Rei Memoriam

Redemptoris et Domini nostri Iesu Christi gloriosos saluberri:
morum, quae nobis reliquit exemplorum Sectatores altis decoravit
honoribus et Caelestis beatitudinis consortes effecit, vices licet immi:
nenti gerentes, in Terris Spiritualium munerum thesauros, quorum
nobis credita est dispensatio libenter erogamus, sicut ad excitan:
dam et fovendam erga eosdem beatos Caeli Incolas fidelium de:
votionem salubriter expedire in Domino Arbitramur. Cum itaque Nos
alias ad honorem Sanctissimae et Individuae Trinitatis ad Exal:
tationem Catholicae Fidei ac Christianae Religionis incrementum
de Unbilium Fratrum Nostrorum S.R.E. Cardinalium ac Patri:
archarum Archiepiscoporum et Episcoporum in Alma Urbe
Nostra tunc existentium Consilio Beatam Catharinam a Bononia
Ordinis S. Clarae Authoritate nobis a Domino tradita Sanctam es:
se decrevimus et definiverimus illamque Sanctorum Cathalogo So:
lemni ritu adscripserimus. Hinc nos ad augendam fidelium Re:
ligionem animarumque Salutem Caelestibus Ecclesiae thesauros
pia Charitate intenti ac de Omnipotentis Dei misericordia ac
Beatorum Petri et Pauli Apostolorum eius authoritate con:
fisi Omnibus et singulis utriusque Christi fidelibus vere poeniten:
tibus et confessis ac Sacra Communione refectis qui aliquam in
Ecclesijs Fratrum Minorum de Observantia ac Reformatorum Dis:
Scalceatorum ac Recollectorum Nec non Monialium Ordinis S.
Francisci tam hactenus erectis quam in posterum quandocunque erigen:
dis et ubicunque locorum existentibus, die festo eiusdem S. Cathari:
nae nempe die 9 Mensis Martij a primis Vesperis usque ad occasum

Solis Festi huiusmodi Annis Singulis devote visitaverint et ibi pro Christianorum Principum Concordia haeresum extirpatione ac Sanctae Matris Ecclesiae exaltatione pias ad Deum praeces effuderint plenariam Omnium peccatorum suorum Indulgentiam et remissionem misericorditer in Domino Concedimus Praesentibus perpetuis futuris temporibus valituris. Volumus autem ut ipsarum praesentium literarum transumptis seu exemplis etiam impressis manu alicuius Notarij publici subscriptis et Sigillo personae in dignitate Ecclesiastica constitutae munitis eadem prorsus fides habeatur, quae haberetur ipsis praesentibus si forent exhibitae v ostensae Datum Romae apud Sanctam Mariam Maiorem sub Annulo Piscatoris die 21 Martij 1214 Pontificatus Nostri Anno decimo quarto

Fr Oliverius

Romae Typis Rndae Cameraeae Aplicae 1214

Quoniam in actis Intermedij Capituli reperiuntur multa condita a Vnbli Diffinitorio ad Observandum Toti Provinciae Patribus ac Fratribus, quae sine promulgatione ligare quam quam nequeunt nam lex non promulgata non obligat, ideo ex praefactis Actis non nulla concernentia notitiam publicam hic proponimus ac notificamus

1mo Ad praecludenda Scandala et inhonestas conversationes, quae emergere solent ex frequentatione Patrum ac Fratrum ad portam Monialium Sancivit Vnble Diffinitorium immo Decreta Pontificia ad rigorosam observantiam revocavit, quatenus nullus Patrum ac Fratrum cuiuscunq gradus dignitatis ac Conditionis sine licentia expressa Superioris. Patres quidem de corpore Vnblis Diffinitorij ac Patres S Theo Lectores Gnales sine verbali Caeteri vero Inferioris Ordinis sine inscripto habita facultate nullatenus ad portam Monialium accedere audeant sub poenis in statutis Gnalibq praescriptis et publica absolutione ab Excomunicatione in in Refectorio casu quo in foro exteriori deprehendantur in foro autem interiori Nullq Patrum Confessariorum transgressores ullatenus absolvere audeant eo quod istum casum a R P Mnro Provincialis specialiter sibi reservaverit. Hanc tamen reservationem provide

Saluti animarum delegat Locorum Superioribus ad quos Patres Con:
fessarij si et quando opus fuerit pro petenda absolvendi facultate re:
currere debebunt. Patres autem Confessarij serio admonentur, ut pru:
denter ad Patres Superiores Locales pro petenda facultate eius
modi recurrat, ne in notitiam personae deliquentis Superior deve:
niat. Patres autem graduati in Visceribus Jesu Christi serio mo:
nentur ut si eos ad portam Monialium accedere contigerit ne iu:
venes socios et praesertim clericos pro socijs assumant sed mori:
geratos aetate provectos et maturos a suspicione carentes

2do Quoniam multa inconvenientia ex speciali Patrum Confessariorum con:
fidentia cum particularibus Monialium personis emergunt, proin:
de occurrendo ulterioribus malis decrevit Vnble Diffinitorium
sub poenis gravissimis arbitrio A R Pris Mnri Prlis taxandis ne:
ullus Patrum Confessariorum contrahat, cum singulari persona
cuiuscunq Monialis speciales confidentias ac devotione sed omni:
bus sit Pater et Pastor idem caveatq extra Confessionale et cau:
sas necessarias a Superiore probandas accedere ad collocutori:
um et multo magis intra Clausuram sed si ad infirmas v ad
collocutorium accedere eum oportuerit semper cum socio a supe:
riore probato et assignato

3tio Lecta est Inquisitio facta contra P Michaelem Olsecwski ratio:
ne defraudationis Eleemosynae (fo 303) in qua inquisitione de
eadem defraudatione per tres testes convictum A R P M Prlis in
meliori informatione exploratione indigent quam o
Romæ existentes post obitum Rndissimi Pris Gnlis D
nistri Francisci de Torres perspectam habuimus, vel mer
tum Salutaris obedientiæ Mandamus Omnibus Locorum
Superioribus Ut in singulis Nostris Conventibus pro Anim
pie defuncti Rndissimi immediate Gnlis per tres d
non impeditas Feretro exposito et Cereis accensis Mi
de Requiem sub Una collecta, quæ dici solet in obi
Pontificum sive Episcoporum per singulos Convent

Nros decantetur Vna cum officio Defunctorum quoad Vnum Nocturnum cum Laudibus prima die ante Missam, Sequentibus Vero duobus diebus totum plane dicatur tempore Coronæ. Singuli autem Pres Tres 3. Missas Clerici tria Officia Defunctorum integra, Laici tria Centum Pr et Aue cum versu Requiem æternam dicant quod in plena Communitate Superiores Locales Vnicuiq; Statim post lectas præsentes lingua Polonica pintimare tenebuntur maxime Tribus Laicis ac Campanæ Majores etiam saltem semel pulsentur

Pariter intimamus et districte mandamus omnibus Locis Nrorum Supioribus Vicinioribus Monialium Nostrarum Monasteriis ut illas de iisdem obligationibus et Suffragiis per illarum Confessores et illarum Singulas tam quoad Commune quam in particulari faciendas Orationes reddant ut nimirum tres Missæ a suis Confessariis celebrandæ per eas decantentur modo specificato et tria Defunctorum Officia quorum Vnum quoad Nocturnum primum cum Laudibus decantetur Duo integra plane in Communi dicantur tempore Coronæ tria quoad Chorales Sorores, particulariter integra et quoad Conversas tria Centum Pr et Aue persoluantur ac dicant

Eadem occasione animaduertendo quoad Pres ac Tres huius Almæ Provinciæ defunctos res Supmanentes vel pro libitu Prum Guardianorum disponantur v quod peius est per alios surripiantur non sine pbetatis Censura et boni publici detrimento. Id circo iuxta pscriptu Statutorum Provincialium Mandamus Omnibus et Singulis Pribus Guardianis ut casu quo aliquis Prum et peipue Graduatorum ac Qualificatorum e Viuis excesserit decesserit (quibus perennaturam vitam plurimum in Dno apprecamur) Coronæ et Breuiaria (pro commodo Nouitatuum) Libri Scripta et alia eiusmodi vsui

suo

Suo simplici concessa sibiq iuxta Personar Qualitatem a
gnitatem indulta prout pprij laboris documenta in toto per Se
ores Locales una cum assistentia Prum Discretorum obsignat
Regestrata ad nram Notitiam aut adventum conserventur ac
mam dispositionem quam Nobismetipsis in hac parte reserva
non alicuius turpis lucri gratia sed pro bono communi ac
lumento totius Provinciae. Id enim de his rebus per nos exeq
curabimus quod utilitati ac pfectui capaciorum Subiectori
magis expedire videbimus, ut simus pauperes spiritu, sed l
re manuum nostrarum intra ambitum huius Provinciae locu
tati etiam de alieno parto in agro Domini in dies novos fr
operaturi et collecturi. Valete Pres ac Fres in Dno D
ctissimi Nostri in suis oobus non immemores. Dabantur in Con
tu Nro Posnaniensi Anno 1616. die 22 Mensis novembris

Nos igitur qbus imprimis Cordi est. Idem qui supra
Ministerio Provlis

Ut omnis haeretica prauitas e mentibus hominum tolli inppa. latur
ouesq aberrantes ad Caulam Dominici gregis sedulo adducantur,
quippe summopere cupimus ut Sacra Catholica et Orthodoxa f
des ubique floreat et augeatur. Authoritate Apostolica hac in par
fungimur: Tenore praesentium Vobis supra scriptis in RR. P
Ord. S. Francisci de Obs. de quorum pietate doctrina Mor
integritate et Catholicae Religionis Zelo plurimum in Domino c
fidimus ut omnes et singulos utriusq sexus qui unquam in ad
ta aetate fidem Catholicam fuerint professi nec fuerint ex locis in
bus sanctum Officium exercetur haereticos Schismaticos ad
sponte venientes, a supradictis excessibus, et ab Excommunicati
aliisq Ecclesiasticis Censuris, quas ppter haereses et Schisma in Sacram
tali Confessione Verbo detestati fuerint, anathematizauerint abj
raverint, ac pstito per ipsos juramento quod talia deinceps non Co
mittant, nec committentibus et ipsis adhaerentibus auxilium v
favorem Consilium praestabunt injuncta eis et eorum cuilibet pr

odo Culpæ pœnitentia salutari, et aliis injungendis in foro Consci-
tiæ tantum (citra tamen vltra habilitationem vel dispensationem) a su-
scriptis excessibus et Censuris absoluere, et in gremium S. Matris
Ecclesiæ dummodo ad Confessiones audiendas ab Ordinario Loci fueritis
approbati, Licentiam et facultatem concedimus Insup Vobis facultatem
damus absoluendi a Casibus sacræ Sedi Aplicæ reseruatis etiam in Bulla
Cœnæ Domini contentis, ita tamen Vt hac facultate quoad Casus in Bulla
Cœnæ Domini contentos, vti non possitis nisi in eis Locis, Vbi impune grassantur
Hæreses. Tum omnes et quoscunq; damnatorum Authorum, seu alios quomodolibet
Prohibitos libros etiam in indice Romano Librorum prohibitorum damnatos ad
effectum eos impugnandi. (præter opa Caroli Molinæi, Nicolai Machiavelli et
Libros de Astrologia Iudiciaria principaliter Vel incidenter, seu alias
quovismodo de ea tractantes, ita tamen vt libros huiusmodi secreto et sub
Claue teneatis, ne ad aliorum manus deveniant et dummodo ex Provinciis
Poloniæ non efferantur) tenendi et legendi. Non obstantibus præsentibus ad
Biennium a data præsentium duntaxat Valituris. In quorum fidem
Datum Varsaviæ Die 15 Mensis 7bris Anno Dni 1716.
Animadvertant supradicti Pres introscriptam facultatem non quoad
Personas sed quoad Officia illorum esse annexam prout Nra petitio ad-
iungebat, Vnde si aliquem mori vel ex officio mutari, aut Vacare con-
tigerit. Successores illorum infra biennium duntaxat non autem
multati vel vacantes a supradictis officiis respective præfatis indultis et
gratiis licite et Validè vti possunt. Antequam Vita comite prorogationem et nouam Confirmationem pro pluribus annis ab Illmo
et Rndmo Nuntio impetrabimus.
Et quoniam Rndi Pres Videlicet Michael Rakowski et
Basilius Kocias ex Minori Polonia ad Hanc nram Provinciam
Commissarij et Visitatores Gnles deputati fatis cesserunt, quorum primus
habuit a Toto Vnbli Diffinitorio compmissum ratione suffragiorum
post mortem illius, Alter Vero Vidlt Rndus Pr Basilius Kucias
id post per actum immediatum Capitulum a Nobis obnixè petierat quod
ac coram AA RR. Pribus de Corpore Vnblis Diffinitorij ponigere oblitus
fuerat, vt eodem frui posset privilegio, Ideo vtriusq; Animam consuetis
suffragiis Patrum ac Frum Nræ Proviæ recommendamus per vnam dunta-
xat Missam Sacerdotibus Clericis Defunctorum Laicis Vero Centum Pr et
Aue pro vno quoq; distribuendo.
Abusum his temporibus periculosissimum quem et statuta Gnlia et
Regularis Modestia prohibet eo efficacius a Pauperculis Sancti Evange-
lij Sectatoribus, quibus nec Virga aut Baculus conceditur pro defensione e-
liminare cupientes mandamus in Virtute Salutaris Obedientiæ et sub
mortali

mortali culpa vt nullus Frum etiam Supiorum vel Frum
apud se siue in itinere bombardas sclopeta vel cuiuscunq; ger
arma vel instrumenta militaria, ad pugnam aut defensionem
vientia, (excepto itinerantium baculo ad commoda itineris in
viente) tenere, gestare, portare, vel conseruare audeat siue
se siue in alio loco sub pœnis inobedientiæ et aliis grauiori
casu contraventionis iniungendis.
Si autem quod absit aliquis Frum vel Frum ante hanc nram
bitionem eiusmodi instrumentis [illegible] fuerat vel ea retinuit, h
ex nunc supiores Locales hoc [illegible] mandato adstricti a suis
ditis subtracta recipiant et [illegible] Syndicis Conventuum
signent et reddant [illegible] Religionem danda tanqu
res superfluas illicitas et prohibitas vel commutanda pu
psis magis [illegible] Domino [illegible] videbitur. Valete Pres a
in Vulneribus [illegible] Dilectissimi Nostri in
tionibus non immemores. Dabantur in Conuentu Nro Lovi
Die 21 7bris Anno 171
Idem qui supra Mnr Provlis

Fr. Ioannes Kamienski.
Ord. Min. S. Francisci Reg. Observantiæ
S. Theologiæ Lector et Prædicator Gnlis
Almæ Provinciæ S. MARIÆ Angelorum
Minister Provincialis et Servus.

Adm Rdis Adm Vclis Multum Venerandis,
Cæterisq Patribus ac Fribus in Christo dilectissimis
Salutem et Sempiternam Benedictionem.

In plenilunio et plenitudine ætatis ac Gonorum stans
Poli Seraphici Sydus Redmmum Prem Ildephonsum de
Brezma totius Ordinis S. Pris Francisci Ministrum
Gnlem decrevisse ac desiisse in vivis dolentes audivimus:
accrevisse eidem Ordini Prem Gregi Pastorem Rndmum Prem
Josephum de Garcia Vicarium Gnlem in præsentibus conspiciendum
et Venerandum significamus. Noscite suum Pastorem Vocemq
audite suorum Pastorum, Quæ talis est.

Rdi Pres ex acclusis literis Pastoralibus Rndmi
Pris Nri Vicarij Gnlis P.P. VV. nedum eius Canonicam
plenariamq electionem quæ sub die 12 prælapsi Mensis
Nmbris in illius dignissimam personam feliciter (Ut optabatur)
successit, Verum etiam summam Vigilantiam et Zelum quo
in pergrave gubernio nræ Seraphicæ Religionis enixe operam
ponit. Ad Nutum igitur illorum quibus Sententiam suam
prudentissime aperire conantur, Ut Charitatem et Amorem
inserat in Cordibus nris, omni Celeritate quâ fieri potest
ad effectum perducant Omnia quæ expresse jubet ac de
quibus consilium præbet. Iniungimus insuper speciale opus
Conscientiis illorum, qui forte negligentes extiterint ad per-
solvenda statuta suffragia pro Anima iam defuncti Pris Nri
Ministri Gnlis Ut nulla interposita mora statim illa persol-
vant. Et tandem non desinant assiduas et ferventes preces

effundere pces Altissimo, pro protectione Catholicæ fidei pro Salu
SSmi Dni Nri Clementis XI. Pontificis regnantis, ac Emi Cardinalis Protect
pro Conseruatione Rdmi P. N. Vicarij Gnlis et pro Nobis, qui præ Omnibus ma
indigemus orationum Vestrarum. Valete. Romæ ex Ara Cæli d. 7. 9br
1 7

Studiosissimus in Dno Seruus

Fr. Laurentius a S. Laurentio V. Commissarius Gnlis.

Fr IOSEPHVS de GARCIA.

Lector Iubilatus ac totius Ordinis S. P. N. Francisci Vicarius Gnlis
Omnibus in Chro IESV. } et Seruus.

Charissimis Tribus et Monialibus, tam Superioribus quam Subditis
Curæ Commissis gratiam Spiritus Sancti nescientem tarda moliminaet p
petuam pacem, Salutem et Vitam æternam.

Non sine magno animi nri mærore certiores omnes et singulos redd
quia quod timebamus, evenit dum e Viuis sublatus est Rndmus, amabilissi
Colendissimusq; Pater Frater Ildefonsus de Biezma totius Ordinis S. P.
Francisci Minister Gnlis. In Siquidem Vno Religionis decor splendebat
monasticæ disciplinæ robur. Vnde contigit quod eo nobis erepto, m
gno institutum Seraphicum expositum sit detrimento. Ploret Seraph
Nra familia tanto orbata Parente, qui forma factus gregis ex an
Omnibus prælucebat exemplo; qui omnibus omnia factus omnes
crifaciebat, qui Charitate perfecta præditus, non sua sed quæ IESV
et Religionis erant quærebat, qui ut bonus Pastor animam pro Ou
posuit, et generose lupo Venienti ad mactandas oves restitit; qui b
dimentis præditus lenitatis omnium in se provocabat affectus: qui ut A
alter Suppositis humeris, firmum et inalterabile tenuit Seraphicum
Cælum eo tempore (quod est mirabilius) quo mundus in maligno positu
Sacrarum Familiarum æthera reddebat infirma, et fixas stellas provo
ad arma errantes faciebat. Verum etsi Religionis planctus ob jact
tanti Pris sit debitus, merito temperandum judicamus dum sua sibi
va pie credimus dum iam de sua sorte securus, de nostra salute
sollicitus, dumq; iam nullo indigens semper Viuit ad interpellandum
Nobis. Tanti Pris merita Veneramur, et quæ docuit monuit egit, or
nauit præcepit semper præ oculis habeamus.

Post

Post mortem ergo tanti Pris Diuina providentia per quam omnia
numero, pondere, et mensura sunt deposita, factum est, vt in Gnli con=
cessu die 12 mensis Septembris, currentis anni in Seraphici P. N. Francisci Con=
ntu Matriti celebrato pro successore eligendo juxta formam Constituti=
um nostrarum quibus robur adiecit Mandatum Apostolicum SSmi D. N.
ementis XI. expeditum ad impediendas et removendas cavillationes
nerali Prum Vocalium consensu Vnanimiq; suffragio, in Gnlem Vicarium
tius Ordinis licet meritis imparibus canonice simus electi super tot
sa electionis, super tot viros illustres, super tot justos, et DEVM
entes, super tot Fres sapientia et virtute decoros qui in diebus
is habentur in laudibus et post mortem memoria eorum in bene=
ctione erit, vt inde magis ille honoretur, qui contemptibilia et ignobilia
ndi et ea quæ non sunt, exaltat vt non glorietur omnis caro in conspectu
us: in cuius judiciorum profunditatem et abyssum, et investigabiles
as omnia refundimus; et de cuius virtute primatum inter fratres
cepimus non vt cæcus cæco præstemus ducatum, sed vt simus vobis
ctor per viam, quæ ducit ad vitam: Oculus cæco pes claudo, Pr
eno, vt infirma vestra confirmemus, disrupta consolidemus, depravata
nverramus, et verbum vitæ in æternitatis cibum alendæ seraphicæ
amiliæ dispendamus, et denique vt simus omnium vestrum et pro
ra vtilitate serui; Quod vt melius efficiamus in Præsulatus Nri
mpore præ oculis semper habeamus ac habebimus vt observan=
tia Regulæ in sua puritate et conservetur et augeatur, vt factio=
nes e Provinciis exterminentur, vt æquitas seruetur, et justa distribu=
tio in muneribus et officiis attendatur vt vera pax et fraterna
charitas firmetur inter eos quibus vna est via, vnusq; est propositus
finis. Quod si secus contigerit ob aliquorum proteruiam gladio
Ecclesiasticæ disciplinæ et remedij legis superbia eorum et inobedientia
etundetur.

Verum cum ex debito muneris nostri nobis incumbat diligenter cura=
re, vt quam citius pro Anima ipsius Rndmi Pris præmemorati defuncti
ea fiant a subditis nris suffragiorum et precum exhibitio quæ consti=
tutionibus Gnlibus præscribitur, tenore præsentium mandamus Obq
Prælatis, tam Provincialibus quam localibus nostris subditis onerando
desuper eorum conscientias, vt (qui nondum eidem Rndmo Præ=
decessori Nro persoluerunt debita sacrificia et suffragia) illico his
visis persoluant et ab omnibus subditis persolui faciant nimirum
in hac Nra Cismontana familia juxta formam statutorum Segoviensium

dicuntur

dicuntur pro Anima eiusdem a quolibet Sacerdote Missæ, et
a quolibet Clerico tria integra Defunctorum Officia, et a qui
Laico tres centies Pater Noster. et Aue Maria. Et quia de Mo
libus Subditis nostris nil speciale præfata statuta disponu
et æquum sit, quod ipsæ aliquibus Suffragijs pro Anim
eiusdem onerentur, etiam ipsis præcipimus, quod pro Ani
ipsius Rndmi Defuncti dicant tres Coronas Virginis, et d
stationes. In Vltramontana Vero Nostra Familia in quolibet
ventu nro, juxta præscriptum Statutorum Romanorum Anni 16
celebrabitur Vna Missa Solemnis cum Magno Officio Defun
a quolibet item Sacerdote dicentur duæ Missæ; et a sing
Clericis Laicis, et Monialibus Nris tres Coronæ Virginis et du
stationes. Vt autem prædicta suum sortiantur effectum, de
nitudine nostræ potestatis applicamus ex nunc pro Anima ipu
defuncti Rndmi Pris Nri Prædecessoris in singulis Conventi
totidem Missas, quot pfata statuta præscribunt sublata
Prælatis et Subditis Nro Regimini subiectis facultate alit
eas explicandi; Concedentes insuper eisdem Subditis nris,
vltimo die quo complebunt hoc debitum suum, possint ab
a quolibet Sacerdote ab Ordine Nro approbato ab omnib
peccatis, et Censuris, ad quæ potestas nostra se extend
Quibus pro debito primitiarum Nri Muneris effectis, vo
hortamur, Charissimi Filij vt memores sitis Vocationis Vest
qua DEVS Vos Vocauit ad Celsitudinem Vitæ Seraphicæ, vt n
sitis paruuli fluctuantes, circumferentes Vos omni Vento m
litiæ et nequitiæ, sed sitis sinceri, in nullo deficientes, per bona
pera certam reddentes Vestram electionem et Vocationem, nis
huius mundi ambientes, sed omnem solicitudinem proijcient
in eum quoniam ipsi cura est de Vobis, vt sic pax DEI qu
exuperat omnem sensum, custodiat corda, et intelligentia
Vestras, et non sint in Vobis Schijsmata nec satan, nec occursus
lus, sacrificiumq; Vestrum sit semper acceptum in conspect
suo: in quo rogamus Vos in Dno, Vt memores Nri sitis et
Obbus Vris Nos Psentes habeatis, vt Pietas Divina nobis fau

ut mittat ad Nos de sede Magnitudinis Suæ assystricem Sa=
pientiam, ut nobiscum sit, et nobiscum laboret, Nos preveniat
ut sequatur et sic tandem optatus finis Nri regiminis consequatur.
Volumus autem et expresse mdamus Omnibus Provinciarum et Cu=
stodiarum Nrarum Prælatis ut quam citius faciant publi=
cari has Nras presentes literas in obus conventibus et locis suæ
administrationis coram tota Communitate Capitulariter con=
gregata. Guardianis vero et aliis superioribus Localibus ut ea=
dem transumptum in libro Conventus transcribatur. Volumus
etiam sub pœna indignationis Nostræ ut tam de publicatione
etiam de accepto transumpto Nos vel RR. PP. V. Commissarios Nostræ
Ultramontanæ Familiæ, respective in forma probante ut moris est certiores
efficiant. Datum Matriti in hoc S. P. N. Francisci Conventu die 25 7bris
Fr. JOSEPH GARCIA. presentis anni 1716.

Locus + sigilli

Vicarius Gnlis D. M. S. Rmæ Fr. Antonius
Blanchi a Neapoli Secretarius Gnlis Ordinis

Has itaque literas superiorum nrorum Gnlium ut quam citius
ad notitiam singulorum Prum ac Frum devenient serio mdamus
Obus Locorum superibus ut eas in plena Communitate perlectas
et transcriptas ad viciniores Conventus juxta Cursoriam a tergo
positam annotata die receptionis transmittant per aliquem Frem
vel nuntium fidelem una cum directorio sive Rubricis pro Con=
ventibus expeditis.
Valete Pres ac Fres in visceribus JESU CHRISTI Dile=
ctissimi DEUmque pro incolumitate Rndissimi Pris Vicarij
Gnlis ac V. Commissarij Gnlis huius Cismontanæ Familiæ
ferventissime exorate, Nostri etiam in suis Obus non imme=
mores. Dabantur in Convtu Nro Posnaniensi Die 18 Mensis
Decembris Anno 1716. Idem qui supra Mnr Prolis.
mppa

Fr Joannes Kamienski

Regularis Ordinis Minorum Observantiæ S. Francisci
S. Theologiæ Lector et Prædicator Generalis
Almæ Provinciæ Majoris Poloniæ S. Mariæ Angelorum
MINISTER Provincialis et Servus
Omnibus Archis Archi Viris, Multum Venerandis Patribus ac
Fratribus in Visceribus Jesu Christi Dilectissimis
Salutem in Deo Sempiternam

Ju et Contra formidandi, etiam Angelicis humeris onus. In honoratam licet o
tem plurimorum sacerdotes Crucem quam in pretiosis Solemnii festivitatis S. Crucis nuper in
tutelari Conventu Bidgostiensi, Omnis Trinæ Dei Fer Optimi Maximi, Vestræ Congregatio
faculandas pusillanimitati nostræ impositæ Manus. Non quidem quia in Valle Lachrimar
positi non quærimus Consolationem edocti non posse capi nisi de Cruce Cadat Lenis omnis electio
manu Dei. Vestræ Sanctitati Cuius et Poloniæ Orbem tot tantis Calamitatibus prostratum
nunc alleviatam Servimus Oneribus. Suave ergo Dulcem Crucem Superioratu experimur
Cujus manus Domini ut eleuantes ad hoc festigia, Sic leuantes cum Joanne ipse agnoscimus
ac fore prædicamur: et nostra Imbecillior Natura quo magis Crux facit ire Crucis
Hac Semita hac Duetrice, hactenus peregimus peragenda hoc elapsa Anni Circulo
Stationem vero ad agendos Ulteriores processus eligimus in Conventu Nostro Custo
dali Posnaniensi Metropoli Majorice ad S. Mariam Immaculatæ Conceptionis ut
Ulteriores progressus Nostri Spatia Immaculato Calle transeamus: Quapropter
futuri Intermedii Capituli in Lupra Nominato Conventu proxime Celebrandi
Omnibus et Singulis huius Almæ Provinciæ Patribus ac Fratribus denunciamus
habita Super huiusmodi Convocatione Licentia Reverendissimi Patris Vicarii Generalis
Cælis Superioris Nostri Splendissimi, quam Nobis Suis Literis impartiri dignatus
est tenore ut Sequitur.

Fr LAURENTIUS a S. Laurentio

Ordinis Minorum Regularis Observantiæ S.P.N. Francisci Lector Jubilatus
Discretus perpetuus Ordinis Sacræ Congregationis Indicis Consultor Supremæ Vniuersæ
S. Romanæ Inquisitionis Qualificator Sacri Montis Lyon Guardianus et huc Commissarius
Observantiæ Familiæ Visitator et Servus.

Reuerende Pater Minister Noster Seruantis Prouincie Colonie Martyris. Vigore presentium Facultatem impartimur quatenus decedente Consensu P.P. Diffinitorij tempore opportuno Cum eisdem Congregationem primam intermedian celebrare valeat. Volumus autem vt ad regimen Conuentuum nonnisi Religiosi Fama Vita Zelog Seruantiores promoueantur, et Seruantium qui vitam communem ac Regularem Obseruantiam prosequuntur Seruetq; iustitia distributiua quā facere in Prouincijs et Fraternam inter Religiosos Concordiam confirmat ante electiones peragantur quā de iure peragenda sunt et presertim circa Obseruantiam Constitutionis Apostolice Nouissime S. Mem Innocentij XII de celebratione Missarum nec non circa Exercitia Spiritualia Sicuti ea a Nostris predecessoribus ordinatu fuit et nos iterum Ordinamus. Inculcamus insuper in Electione Guardianorum Obseruantiam Constitutionis Apostolice sol Recor Vrbani VIII. Militantis Ecclesie quā de restituendo Candore nuncupat, et pro Conuentibus Recollectionis Obseruantiam, pariter mandamus Omnium quā in Constitutionibus Generalibus de anno 1670 confirmata in forma Specifica a S. mem Innocentij XI statuta sunt ac decreta Cetera Omnia prementes q de iure prescribenda sunt ad Canonicam Electionem R.P. vero Diffinitorij ipsa Congregatione celebrata ad nos transmittere attestatione ipse omnia et singula Obseruata quā huc Obseruanda inungimur. Datum Romā ex Aula Cal.

Die 6ta Mensis Februarij Anni 1711

Fr Laurentius a S. Laurentio V. Commissarius Generalis

De Mandato Suā Paternitatis Reuerendissimā

Fr Bartholomeus de Vilsinio Secretarius Generalis

Hac itaq; obtenta licentia Adm Rndos PP. Exministros et Prouincia Patres. Adm Rndos PP. Custodem Custodiæ ac Diffinitores Actuales humanissime inuitamus ad Conuentū Regnanensem, ut comparent circa 8 Maij in festo S. Stanislai a grandiori mandando Omnibus locorū Superioribus Præsidentibus Suæ Vicarijs, ut in Suis Conventibus respective Adm Rndos Adm Rndos Patres de Corpore Vocalis Diffinitorij, apud se in itinere hospitantes Suæ transeuntes ac redeuntes, Omnibus hospitalitatis Officijs prosequantur, Omnia quibus necessaria pro Commodo Itineris pro ut nostra paupertas permittit ijsdem suppeditent etiam semotis cujuscumq; generis Excusationibus.

2do Præcipimus Omnium locorū Superioribus ac Confessarijs Monialium, ut omnes et singuli resignationem suorū Officiorum scripto ad manus Nostras et totius Vocalis Diffinitorij transmittant, simulq; Elemosinarij hoc Anno percaptarum Expensarum et Restæ Computum Item Missarum absolutarum et derelictarum sub suo regimine absoluendarum Sue a Suis antecessoribus

3tio Præficient Superiores debita ab antecessoribus derelicta et quā eam per Synodicos exacta sunt sub tempus sui Regiminis. Item debita personalia si quā contraxerunt de scienti Elemosinarum quantitatem pro anno conficiendo ad Sacramentinas transmittarum. Item instrumenta Artificialia Mensa toria, fabricha et ejusmodi quā in locorum Conventibus reperiunt conficient et formentari faciant per Specificas Colonie Diurnate descriptionem ne pereant, sed in hacce arte peritis per nos suo tempore distribuantur. Item Mandato etiam Fratres Mercatores et alij qui ejusmodi instrumentis uti possunt (ut asserunt sibi concessis) parere teneant in descriptione et annotatione singulorum lingua Vulgari ad nos transmittenda cum alijs transmittendis ut supra

4to Requirimus testimonium a Singulis Conventibus et Provinciis de peracta a Singulis Patribus ac Fratribus Recollecta Sive Exercitijs Spiritualibus ac de Observantia Statutorum Generalium ac Recollectas attingentium quas respective in quibuscumque Locis Recollectionis promulgavimus Supradictis Ordinationibus nota fecimus. Insuper ex Novitiatibus Nominum et Cognominum Fratrum Professorum post Capitulum Provinciale Clericorum ac Laicorum et Professandorum hac tempestate in proba permanentium die Ingressus et Professionis annotata a Patribus Magistris transmittant ad manus Nostras desideramus

5to Adm. ac M. Vrdes P.P. Lectores Jubilati et Exjubilatos de hac Solerti diligentia Publicis quam privatis testimonium permittant pariter et Judicia Suorum discipulorum tamquo ad Speculationem et Predicaturam Sonum Conscientias ut sine parcialitate id gratum Onerantes pariter et P.P. Predicatores idem testimonium authenticum de vita et moribus ac Utilitate Auditoris diligentia Scriptorum transmittant, et libros qui sunt ad alios Conventus Subscripti Annotare faciant ut de eorum transmissione per nos opportuno tempore provideatur

6to Superiores Locales commotam faciant Supellectilem in firmis hospitibus debitam ac Religionem annonae quietationem familiae charitatem erga domesticos et Forenses in Suppeditandis necessarijs Industriam in reperandis Conventibus dexteritatem in augmentando Culto et Sacristiae diligentiam in reficiendis tectis et Edificijs Solertiam in bono regimine Civitatem, de transmissis habitis ad Novitiatum numerum, de rebus ac benefactoribus Specialibus ad Supplementum Archivorum Commotationem authenticum testimonium transmittant

Super quo et omnibus punctis supra positis Oneramus Conscientias P.P. Discretorum ut fideliter recta cum appositione Sigilli Conventus de subscribant Specificando illa quae laude vel vituperio digna sunt sine ullo respectu

Et quia Vltra Innutatos Statuta Generalia accedere ad locum Conclavis Regularium permittunt ideirco mandamus Omnibus et Singulis Patribus ac Fratribus ut nemo ullo ultra Specificatos Vocales ac alios qui Speciales a nobis licentias obtinebunt vel obtinuerant de loco illorum accedere audeat sub poena Apostasiae. Quod si autem aliquis casus (quem Deus avertat) eveniret in aliquo Conventu tenebuntur P.P. Discreti per Epistolam et fidelem Nuncium de cujusmodi eventu praemonere ac Vestros reddere nos totum Vobis

Diffinitorium

Valete Patres ac Fratres in Corde Jesu dilectissimi Nostri ac totius boni Pastoris in suis peculiaribus Orationibus non immemores ut Vestris Suffragijs ea quae Stabiliant et ordinamenta quae ad M.D. Gloriam et Observantiae Sanctae Normam cum in Plurimis tum in Vestra Provincia introducta Singulorum Patrum Provinciae ac Majorum propulsione a tota Provincia in-

Jetuerint. Datum in Conventu Nostro Pernambucensi Anno Dni 1717

die 30 Mensis Martij

Idem qui Supra Minister Provincialis

Fr JOANNES KAMIENSKI

Ordinis Minorum S. FRANCISCI Regul: Observantiæ.
S. THEOLO: LECTOR et PRÆDICATOR GENERALIS.
ALMÆ PROVINCIÆ MAJORIS POLONIÆ
S. MARIÆ Angelorum.
MINISTER PROVINCIALIS et SERVUS.

Adm Rndis, Adm et Multum Venerandis cæterisque Patribus ac Fratribus in Corde Jesu Dilectissimis Salutem et Copiosam Sursum Benedictionem.

Divinâ Providentiâ actum et factum esse novimus Religionem Seraphicam inter infirmas mundi varietates immobilem, in profunda humilitate sublimem in voluntaria paupertate (ab eo a quo omne datum optimum descendit) bene providam in omnibus permanere prout et nos ab ipsis primordiis regiminis Nostri in cunctis negotiis pertractandis ac munus Pastorale concernentibus copiosissimam DEI benedictionem hactenus Nobis faventem agnovimus et in posterum non defuturam speramus et enixe imploramus. Non defuit quoqz Divinissimæ Protectricis Nostræ Immaculatè Conceptæ Virginis Matris Mariæ assistentia, quæ cum sit mare gratiarum, ut eo uberiores in Nos, ac totam hanc Almam Provinciam offunderet gratias, eandem in singularem Patronam et Directricem elegimus, nedum Ministerii Nostri, verum et Comitiorum Intermedii Capituli, quæ in Conventu Posnaniensi nuper celebravimus: illuc congregaverat ipsa Augustissima Regina suos devotos Clientes, ut eos quos diligit Clementiori obtutu respiceret. Respexit et adfuit in agendis et peragendis cunctis consiliis bonum et utilitatem Provinciæ Nostræ attinentibus, quæ ut et vos Patres ac Fratres Dilectissimi sedula Sollicitudine, cum merito Salutaris Obedientiæ adimplere studeatis, his vobis, vestræqz Notitiæ proponimus Ordinationes Vnbtis Diffinitorii, et inviolabiliter observandas præcipimus, juxta puncta quæ sequuntur.

A.

Notum sit omnibus Patribus ac Fratribus hujus Almæ Provinciæ, quomodo Rdmus Pater Vicarius Gntis Superior Noster Colendissimus præmiando merita Adm Rndi Patris Christophori Rozdrazevii Prædicatoris Gntis Diffinitoris Habitualis ac per Poloniam Terræ Sanctæ, eidem suum Diploma pro Patratu Provinciæ transmiserit tenoris sequentis.

Fr Josephus Garcia S T Lector Jubilatus ac totius Ordinis Fratrum Minorum S P N Francisci Vicarius Generalis et Servus.

Dilecto Nobis in Christo Patri Fri Christophoro Rozdrazewio Provinciæ Nostræ Observantis Majoris Poloniæ Professo, Viroque Emerito Salutem in Domino Sempiternam.

Cum per Statutum Gnle Toletanum Anni 1634 decretum sit Religiosos illos qui duodecim continuorum Annorum Spatio Commissarii Terræ Sanctæ Officium exercuerint privilegiis Patrum Provinciæ quantum ad præcedentiam et Paternitatem frui debere; Nos propterea per authentica testimonia certiores effecti, Te hujusmodi Munus integro duodennio et ultra in Regno Poloniæ et in aliis locis adjacentibus cum Speciali diligentia et proventu exercuisse, Volentesq; tibi pro tali Religioso labore quantum in Domino possumus aliquid retribuere, præsentium vigore declaramus prædicta Patrum Provinciæ Privilegia legitime tibi competere, iisq; te gaudere debere: adeoque in Virtute S. Obedientiæ præcipimus Omnibus Nostræ Curæ subjectis, ne in eorundem Privilegiorum pacifica possessione Te impedire aut perturbare præsumant sub pœnis. Vale Deumque pro Nobis exora Datum in Conventu Nostro S. Francisci Regiæ Curiæ Matritensis Die 21 Septemb. Año 1716

Fr Josephus Garcia
Vicarius Gnlis.

Loco ✠ Sigilli

De Mandato Ptis Suæ Rndissimæ
Fr Antonius Blancha Neapoli
Secretarius Gnlis Ordinis.

Quod Diploma ut authenticum Vnble Diffinitorium unanimi consensu acceptavit ac Adm Rndum Patrem suo assessoriali gremio annumeravit, prout et Nos præsentibus dictum Adm Rndum Prem Christophorum Rozdrazevium pro Patre Provinciæ legitimo ac meritissimo declaramus et promulgamus cum omnibus privilegiis et prærogativis Patribus Provinciæ competentibus, et ita ab omnibus et singulis Patribus ac Fratribus eundem recognosci mandamus et præcipimus.

2.

Habita coram Nobis et a Nobis (utinam non inani) recommendatione Patris Samuelis Berula Provinciæ Reformatæ Minoris Poloniæ Professi, et per Annos aliquot in hac Provincia permanentis ac insuper Speciali licentia a Rdissimo Vcommissario Gnli toti Diffinitorio Vnbli super ejus incorporatione attributa, idem Vnble Diffinitorium dictum Prem Samuelem Berula inter Fratres Professos Provinciæ Nostræ incorporavit quem ut verum filium hujus Almæ Matris denuntiamus juxta obloquentiam Statutorum Gnlium.

3.

Ex animadversione disordinis Capitularium Electionum et non minus dishonoris Vocalium

Statuit et perpetuo decrevit Vnbile Diffinitorium, ut Omnes et singuli Patres Vocales tam in futuro Deo dante Capitulo quam in aliis pro tempore celebrandis in locis propriis sedeant in Conclavi et Adm Vndus Pater Secretarius ad unumquemqs illorum accedendo Vota secreta recipiet in Vrnam: tali enim proportionato modo et perturbatio Votantium et retardatio Electionum impedietur.

4.

Ex quibusdam Justis ac Canonicis motivis placuit Vnbli Diffinitorio transferre Domum Recollectam Secundi Novitiatus a Conventu Gorcensi, deputando et substituendo pro eadem Domo Recollecta Conventum Ostrzeszoviensem.

5.

Approbavit Vnble Diffinitorium Ordinationem Nostram in antecedentibus Pastoralibus intimatam super conficiendo Panno, decrevitqs ut in latitudinem sit duarum justarum ulnarum, in longitudinem vero triginta in unoquoqs volumine, ac insuper ordinavit de pretio unius voluminis taxam septuaginta septem tymphonum ex circumstantia caristiae lanae, usqs ad Novam animadversionem de Minori pretio lanae per nos habenda et taxam praefatam minuendam. Quod si autem vel in bona confectura vel in praescriptis ulnis longitudinis et latitudinis singula volumina defecerint; Patres Gvardiani Officiis privabuntur cum inhabilitate ad illa, Fratres autem Pannifices tanquam defraudatores Eleemosinarum poena carceris infallibiliter macerabuntur (quod eisdem superiores locales vulgari lingva inculcent). Insuper ordinavit Idem Venerabile Diffinitorium ut ex qualibet Officina dentur ad Manus Nostras, prout et successorum Nostrorum duo Volumina panni pro toto triennio, ad Commodam Nostram cum Sociis ac Adm Rndi Patris Commissarii Visitatoris Generalis pariter cum suis Sociis, ac Adm Reverendi Patris Commissarii Visitatoris Gntis pariter cum suis Sociis vestituram, quam eidem cum dictis Sociis providere tenemur et pollicemur.

6.

Quoniam ex Visitatione formali vidimus ruinam Cellarum et Conventuum ob deposita granaria crebrescentem, proinde ejusmodi desolationi obviando Venerabile Diffinitorium decrevit sub poenis inobediendium et aliis gravioribus a Nobis infligendis tam locorum superioribus, quam eorum Vicariis, ne ullus illorum praesumat aut permittat granum cujuscunque generis super cellas vel in Cellis conservare aut deponi facere nisi in locis seorsivis aut ad ejusmodi deposita competentibus, vulgo Spichlerze dictis ac illa quae hactenus conservantur in Conventibus praevia Benefactorum quorum sunt praemonitione suavi et humili ac simul efficaci, superiores locales evacuari faciant.

7.

Statuit Vnble Diffinitorium ut disciplina conformis in omnibus Conventibus Nostris peragatur secundum antiquam praxim et praescriptum Statutorum Gnlium ob circumstantiam tamen temporum et specialem erga Beatissimam Virginem Matrem tanquam singularem Patronam

hujus Almæ Provinciæ obligationem, decrevit idem Vble Diffinitorium quatenus post Consvetos Psalmos antiphonas et Orationes addantur hi versus Sancte Deus etc. Apeste fame et bello etc. Monstra te esse Matrem etc. qui versus semel tantum singuli dicantur absqz triplici iteratione.

8.

Dedit Nobis Vnble Diffinitorium Compromissum super mutatione superiorum Localium ac eorum depositione prævia libera resignatione vel processu. Pater super institutione Confessariorum Monialium et Prædicatorum Novellorum.

9

Ordinamus et serio præcipimus Omnibus Locorum Superioribus ut Cellas sive Stubellas ab antiquo Patribus Prædicatoribus et Philosophiæ Lectoribus assignatas pro suo libitu absqz speciali Nostra licentia (si ita expedire arbitrabimur) permutare vel alienare non audeant. De Stubellis autem Adm Vndorum Patrum S. Theologiæ Lectorum in utraqz custodia speciale adest Decretum in actis Modernæ immediatæ Congregationis, acticatum perpetuis temporibus observandum, quod executioni demandari per Nosmetipsos curabimus.

10

Pervenit ad Acta Provinciæ Authentica et in Vnum combinata Erectio Conventus Spretornensis, prævio juris Processu approbata et confirmata per Celsissimum Principem Sacri Romani Imperii Theodorum Potocki Episcopum Varmiensem, dicti Conventus a Primis fundamentis fundatorem Benefactorem Munificentissimum, ac Protectorem faventissimum, quam Erectionem Vnble Diffinitorium omni qua par est reverentia et gratitudine acceptavit et super punctis expressis in obligationibus dictæ erectionis præfatum Conventum concernentibus, unanimem consensum præbuit, et ita ab omnibus Superioribus Localibus ejusdem Conventus in perpetuum servari mandavit ac in vim grati Animi Celsissimo Principi et Fundatori supra Nominato, appromittit tota Provincia post Mortem (utinam serum) suffragia consveta, quæ pro singulis Patribus ac Fratribus in eorum obitu peraguntur.

11.

Ad Enixas preces Illustrissimi ac Rndissimi Domini Bernardi Gurowski Divina vocatione Abbatis Bledzeviensis, Sacræ Regiæ Majestatis Secretarii. Item Perillustris, Magnifici ac Generosi Domini Antonii Boianowski Subdapiferi Calissiensis, Syndici Apostolici Conventus Cobiliniensis ejusqz Consortis. Ac tandem Adm Rndi Domini Orłowski Tertiæ Regulæ S. Patris Francisci Professi, Conventus Skempensis Syndici: in quibus supplicarunt Vble Diffinitorio, ut post obitum illorum suffragia eadem, quæ pro fratribus Nostris defunctis peraguntur, per totam Provinciam persolvantur, idem Venerabile Diffinitorium devotissimæ et affectuosissimæ erga Seraphicum ordinem inclinationi prædictorum Benefactorum Nostrorum annuendo, eadem suffragia quæ petitio exprimebat, appromisit.

12.

Præmiando merita Patrum infra specificatorum Venerabile Diffinitorium tribuit titulum

Adm Vndi Patris Prædicatoris Gntis Patri Ignatio Arawinski, Patri Apollinari Wisniewski et Patri Pontiano Varsaviensi. Inter confessarios autem Emeritos, annumeravit idem Vnble Diffinitorium Patrem Antonium Kozlowski, Patrem Valerianum Culmensem, Patrem Andream Zuchowski, Patrem Stephanum Gladisz, Patrem Ludovicum Grodicium, Patrem Bernardinum Prasnensem Patrem Ludovicum Nyczman et Prem Florianum Lovicianum, quos decoravit titulo Adm Vndi Patris Confessarii Emeriti. Sciant tamen Præfati Patres, quod si concessis titulis abutentur, vel desides ac pigri ad Chori officia extiterint et titulos amittent et severius a Nobis tanquam ingrati beneficiorum sibi concessorum punientur.

Hæ sunt Ordinationes, sancita ac Decreta totius Venerabilis Diffinitorii ex Capitulo intermedio immediate præterito, quæ ut inviolabiliter observentur mandamus et præcipimus super quo in Visitationibus formalibus seriam animadversionem faciemus. Et ne detur oblivioni legum occasio, volumus ut has Nostras in libro seorsivo descriptas Superiores Locales vel eorum Vicarii in plena Communitate prælegi faciant, et ad viciniorem Conventum per fidelem Nuntium (non autem per obvias occasiones) juxta ordinem cursoriæ à tergo positæ transmittant sine mora. Ac insuper tam istæ quam Capitulares in Pastoralibus primis expressæ Ordinationes, ut quatvor vicibus in anno, recurrentibus quatvor anni temporibus, ad mensam loco primæ et 2dæ lectionis legantur et observentur serio præcipimus. Lectionem vero Statutorum Provincialium moderamus ad duas vices in Anno, videlicet post Festum S. Antonii Mense Junio, et post festum omnium Sanctorum Mense Novembri.

Valete Patres ac Fratres in Visceribus Jesu Xti Amantissimi, Nostri in suis piis suspiriis non immemores ad invicem. Dabantur in Conventu Nostro Schoventi ad S. Josephum.

Anno 1717 Die 4ta Mensis Junii.

Fr. Joannes Kamienski.

Min. Provincialis.

Fr. IOANNES KAMIENSKI

Ordinis Minorum S. Francisci Regul: Obsq.

S. THEOLOGIÆ LECTOR et Prædicator

GENERALIS.

Almæ Provinciæ Majoris Poloniæ S. Mariæ Angelorum.

Minister Provincialis

et Servus.

Adm Rndis Adm et Multum Vndis. cæterisq Patribus ac Fratribus in corde Iesu Dilectissimis Salutem et Copiosam de Sursum Benedictionem.

Notum facimus omnibus et Singulis Paternitatibus ac Charitatibus vestris, quomodo nuper pervenerint ad manus nostras literæ Rndissimi Vicommissarij Generalis Superioris Nostri Colendissimi denuntiatoriæ de Obitu Eminentissimi Cardinalis Protectoris Ordinis Seraphici Patris Nostri Francisci quarum tenor est talis.

Fr Laurentius à S. Laurentio Ordinis Minorum Regularis Observantiæ S.P.N. Francisci Lector Iubilatus Discretus Perpetuus Ord. Sacræ Congregationis Indicis Consultor Supremæ atq Universalis Sanctæ Romanæ Inquisitionis Qualificator Sacri Montis Sion ex: Cardianus, et in hac Cismontana Observantium Familia Vicecommissarius Generalis et Seruus.

Dilectis plurimum in Christo RR Patribus ac Fratribus Superioribus et Subditis ac Monialibus Salutem in Domino Sempiternam.

Indispensabile debitum muneris Nostri nos hodie cogit lugubrem Vobis annuntiare notitiam, quod Statuta Omnibus morte (ab hac Ecclesia ad Triumphalem ut speramus translatus) Nobis ereptus sit die quintadecima Iunij circa horam sextam post meridiem Eminentissimus et Reverendissimus Dominus D. Fabricius S. Romanæ Ecclesiæ Cardinalis Spada Episcopus Prænestiensis. Præfectus Signaturæ Iustitiæ, Supremæ atq Universalis Sanctæ Romanæ Inquisitionis Superintendens Olim fel: recordat: Innocentij Papæ XII a Secretis Statuti Nostræq juxta eminens Regulæ Franciscanæ Præceptum Protector Fraternitatis usq ad mortem qui motu proprio Clementis XI sub data 14 Decembris 1700 Pusillo ac humili Nostro Minoritico Gregi Apostolica benignitate Concessus, tantâ Vigilantiâ tenerrimoq affectu Sancti Francisci Religionem tanquam prædicti Pontificis donum potissimum cordis delicias et Oculorum pupillam protegendam gubernandam, ac fovendam suscepit, ut Annis 17 ad instar Volucris illius magnarum alarum ostensæ in visione Patri Nostro Seraphico volitando se extendendo et applicando, continuo super Pullos Suæ protectioni commissos prius Creatori reddidit Amam quam protectionem sibi Commissam

a Pia Matre

Pia Matre Ecclesia cogitaverit dimittere. Quamvis autem præstantissima merita, et curas ejus continuas ex puro Dei amore et Apostolici reverentia culminis, pro Protectione Nostræ Religionis temporis tanti decursu exercitata remuneratas Supremus requie justi, qui morte præoccupatus in refrigerio erit. Ne tamen scrutans Jerusalem in Lucernis in Anima ejus aliquid de humano pulvere inquinatum reperiat harum tenore Vobis mandamus et ordinamus ut statim his visis divinæ misericordiæ Portas per Suffragia et Sacrificia, quæ Nostra Statuta pro Defuncto Ordinis Protectore præscribunt nempe tribus continuis diebus primis, Ecclesiæ præcepto non impeditis in Omni Conventu Solemnis Missa decantetur, accensis circa tumbam intorticijs, prout juxta vires licebit, et Singuli Sacerdotes illis ipsis diebus pro eodem celebrent. Clerici verò Defunctorum Officium, Laici autem centies Orationem Dominicam cum Salutatione Angelica et requiem æternam pro Singulis eisdem diebus recitent, et idem faciant Omnes Moniales Nostræ Curæ Subiectæ devote frequenterque pulsent ut ille sine mora ad Celebritatem transeat Angelorum, qui humano circumdatus corpore Custodiendo protegendo et defendendo Ordinem Suæ protectioni Commissum exercuit Angeli Custodis Officium. Vos interim Omnes et Singulos in Visceribus Jesu Christi benigne Complector: Vobis Spiritum Domini ex exuberantia benedictionis Cælestis exoptans Dat. Romæ ex Araceli die 22 Julij 1717

Fr Laurentius a S Laurentio.
V Commissarius Gnalis.
Locus ✠ Sigilli.

De Mandato Suæ Rndissimæ Paternitatis
Fr Bartholomæus de Vulsinio Secretarius Gnalis

Et quia peculiaris litera ejusdem Rndissimi ad nos directa injungit, ut de executione supradictarum literarum eidem testimonium porrigamus, certioremque reddamus de adimpletis Suffragijs injunctis: ideo Mandamus Omnibus locorum Superioribus, ut tres Missas in suis Conventibus cantari faciant, Singuli Patres tres Missas Clerici tria Defunctorum Laici tria centum Pater et Ave dicant pro Ama pie Defuncti Eminentissimi Protectoris. Ac insuper PP Confessarij Monialium Rndissimi ac Nostro Nomine certiores reddant Moniales ut pariter tria Defunctorum pro eadem Ama persoluant in vim salutaris Obedientiæ. Mandamus insuper Omnibus locorum Superioribus ut præsentes in plena Communitate perlectas, et tandem descriptas ad Viciniorem Conventum juxta Cursoriam a tergo positam per fidelem Nuntium transmittant sine Mora. Valete Patres ac Fratres in visceribus Jesu Christi Dilectissimi Nostri apud Altissimum in Vestris Orationibus non immemores Dabantur in Conventu Nostro Varsaviensi die 26 Augusti Anno 1717.

Joannes Kamienski Minister Provlis.

Fr JOANNES KAMINSKI
Ordinis Minorum Regularis Observantiæ S. Patris
Francisci.
S. Theologiæ Lector et Prædicator Generalis.
Almæ Provinciæ Majoris Poloniæ S. Mariæ Ord.
Minister Provincialis et Servus.

Admodum Reverendis, Admodum Venerabilibus, Circumspectis Patribus
ac Fratribus in Visceribus JEsu Christi Dilectissimis Sa
lutem et copiosam de Sursum Benedictionem.

Cum Sanctissimi Domini Nostri Clementis Papæ Undecimi Cle
mentia et gratia Reverendissimum Patrem Nostrum Josephum Parcia
gratiose excrescere fecit in Caput Generale totius Ordinis. Ideo ejusd
Reverendissimi Patris Ministri Generalis qualis, Innotescentiales
Pastorales literas, Nobis per Reverendissimum Patrem Commissarium
Generalem hujus Cismontanæ Familiæ Nuper ad promulgandum transm
sas notas facimus: enixè desiderantes, ut quæ ex illius Salutaribus mo
nitis facienda aure percipitis opere ad implere studeatis.

Fr Laurentius a S. Laurentio Ord: Min: Reg: Observantiæ S. P
Francisci Lector Jubilatus Discretus perpetuus Ordinis Sacræ
cretæ: Judicis Consultor Supremæ atq; Universalis S. Rom: Inqui
sitionis Qualificator; Sacri Montis Sion ex Guardianus, et in hac
Cismontana Observantium Familia Commissarius Gnalis et Servus.

Dilectis nobis plurimum in Christo Patribus ac Fratribus, Superioribus
et Subditis, ac Omnibus Monialibus ejusdem Cismontanæ Familiæ Nr
curæ Subjectis Salutem et pacem in Dno Sempiternam.

Pervenerunt ad manus nostras Encyclica atq; inserta hujus Epistolæ
bus Reverendissimus Pr Nr Minister Gnalis toti Ordini manifestat
Sibi titulum Gnalis Ministri a Sede Apostolica devenisse et alia nonn
Sub

Subnectit monita zelo suo Digna, et Nostrum Omnium decori ac utilitati proficua, Si, uti nos etiam pro viribus adhortamur, firmiter observentur. ut autem haec Omnia ab ipsis praefatis Encyclicis audiatis, ille tenoris sequentis sunt.

Fr. Josephus Parcia Lector Jubilatus pro Immaculatae Conceptionis Congressu Theologus Regali, ac totius Ordinis SPN. S. Francisci Minister Gnalis et Servus. Omnibus Fratribus ac Monialibus Praelatis et Subditis Nrae Curae et Jurisdictioni ubique Gentium Commissis ac Subiectis utramque Salutem, in Eo, qui est vera Salus et plenam in Spiritu Sancto Consolationem.

Post impertitam Vobis SPN. Francisci Paternam benedictionem, et juxta ipsius monitum anuntiatam pacem; Notum etiam facimus quod per Italiae Cursorem quasdam literas in forma brevis a SSmo DN. Clemente Divina providentia Papa XI. Nunc Regnante ad nos directas accepimus cujus exterior inscriptio sic se habet. Dilecto Filio Joseph Parcia Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci de Observantia nuncupatorum Professori. Intus tamen ad litteram invenitur sequens tenor.

CLEMENS PAPA XI

Dilecte Filij, Salutem et Apostolicam benedictionem, Religionis Zelus vitae, ac morum honestas aliaque laudabilia probitatis et virtutum Merita, Super quibus apud nos fide digno Commendaris testimonio nos Inducunt ut te specialibus favoribus et gratijs prosequamur. Cum itaque Sicut Dilecti Filij Moderni Commissarij Gnali Cismontanae Familiae, ac Discreti nec non Officiales Curiae tam Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci de Observantia tam Reformatorum respective Nuncupatorum Nobis Nuper exponi fecerunt. Tu qui Fr. expresse professus dicti Ordinis de Observantia existis, per Obitum quondam Ildefonsi de Biezma Ultimi illius Ministri Gnalis, qui Anno proximè praeterito ab humanis decessit, a Dilectis pariter Filijs Compromissariis Ordinis praefati in Ultramontana Familia juxta Statuta Ordinis hujusmodi per Sedem Apostolicam Confirmata, in Vicarium Gnalem ipsius Ordinis usque ad illius proximè futurum Capitulum Gnale rite et canonice electus fueris; tu verò ratione Vicariatus Gnalis hujusmodi eadem auctoritate qua Minister Gnalis Ordinis praedicti, pro tempore existens utitur, pari modo Utaris et ab eo Nomine duntaxat differas ac ipsi exponentes plurimum expedire existiment, ut titulo pariter et denominatione Minister Gnalis hujusmodi decoreris. Nos te praemissorum meritorum

tuorum

tuorum intuitu, specialis favore gratiæ prosequi volentes ac tui eorundem exponentium Singulares Personas a quibusvis excommunicationis, Suspensionis et Interdicti alijsque Ecclesiasticis Sententijs, censuris et pœnis a jure vel ab homine quavis Occasione vel causa talis, si quibus quomodolibet innodatæ existunt ad effectum præsentium duntaxat consequendum harum Serie absolventes, et absolutas fore censentes, Supplicationibus eorum Nomine Nobis Super hoc humiliter porrectis inclinati. Tibi ut etiam titulo, et denominatione Mister Gnalis Ordinis præfati, usque ad proximè futurum Capitulum Gnale hujus modi uti frui, et gaudere teque Ministrum Gnalem, in quibusvis litteris Dicti Ordinis in quibusvis Actibus functionibus, tam publicis quam privatis haberi et reputari debeas in Omnibus et per Omnia, perinde ac si in Ministrum Gnalem Ordinis hujus modi Electus reperireris, Auctoritate Apostolica præsentium tenore concedimus et Indulsimus. Decernentes easdem literas præsentes firmas validas et efficaces existere, et fore, Suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere, ac tibi in Omnibus et per Omnia plenissime Suffragari, et ab Omnibus et Singulis ad quos Spectat et spectabit in futurum inviolabiliter Observari. Sicque in præmissis per quoscunque Judices Ordinarios, et delegatos etiam Causarum Palatij Apostolici Auditores judicari et definiri debere, ac irritum et inane si secus Super his a quoquam quavis authoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari: non obstantibus præmissis ac Constitutionibus et Ordinationibus Apostolicis ac quatenus opus sit Dicti Ordinis etiam juramento Confirmatione Apostolica vel quavis firmitate alia roboratis, Statutis, et Consvetudinibus, Privilegijs quoque indultis, ac literis Apostolicis in Contrarium præmissorum quomodolibet concessis, Confirmatis, et innovatis quibus Omnibus, et Singulis illorum tenores præsentibus pro plene et Sufficienter expressis ad de verbo ad verbum insertis habentes illis alias in suo robore permansuris ad præmissorum effectum hac vice duntaxat specialiter et expresse derogamus, cæterisque Contrarijs quibuscunque. Datum Romæ apud S: Mariam Majorem Sub Annulo Piscatoris Die 4ta Augusti 1717 Pontificatus Nri Anno Decimo Septimo.

Loco ✠ Sigilli. Fr Cardinalis Oliveri

Quam SS D N benignitatem et gratiam in Concessione Tituli Ministri Generalis recognoscentes tanto amplius ad ea, quæ sunt Muneris Nostri Sechelo ad implenda tenemur, quanto amplioribus Favoribus Apostolicis honoramur, Indeque crescit in Nobis Debitum unde crescit et donum. Huic ergo tanto muneri Satisfacientes: hortamur vos et exhortamur in Dom

in Domino Jesu Christo ut quemadmodum accepistis a SS Patribus qui nos præcesserunt, quomodo vos oporteat ambulare et placere Deo Sic et ambuletis ut abundetis magis, vitam et mores componentes respicientes ad Exemplar Seraphici Patriarchæ, quotidie in SS Filijs renovatum.

1mo Memores igitur estote quod vocati estis a vana vestra Conversatione in qua aliquando fuistis non amplius ad eam reddituri, ne participes efficiamini delicti ingrati populi ex Egypto vocati, qui respuens in deserto alimenta Cælestia concupivit jam derelicta in Egypto terrestria. Hanc igitur impietatem detestantes et quæ retro sunt obliviscentes, ad ea quæ priora sunt Vos extendite de virtute in virtutem ascendentes semper inchiantes perfectioni, ad quam vocati estis. Quam faciliter assequemini, si totis viribus in id intendatis ut Regulam Seraphici P. Nostri Francisci exactè observetis. Non enim potest esse perfectio, ubi est transgressio Mandati Paterni, quia cum quodlibet sit veluti fundamentum et basis Spiritualis ædificij, quod ex Omnium Observantia Consurgit, una deficiente, totum Corruere ædificium est necesse. Nec Superflua aut inutilis æstimanda est Statutorum Regularium Observantia et rigorosa disciplina cum in eis decor et speciositas Religionis Consistat. Tum quia sine eis informis, et invisa esset Religiosa Familia, potius dicenda Confusio, quam Ordinata Congregatio, præcipue autem quia sunt ante Murale defendens Murum Spiritualis Religiosi ædificij Cujus Conservatio ita ab Antemurali dependet quod dissipatur Omnino, si Ante Murale luget et patitur. Quapropter Omnes Prælatos Monemus ut Super horum Omnium Observantiam maximè invigilent, illucque tendat totus Scopus eorum Regiminis ubi Omnia ad Statum Conducentia abundè videntur disposita et declarata. Nec Opus est quod Novis et multiplicibus præceptis illaqueent Animas Subditorum, cum plenè jam legibus, tum Apostolicis tum Religionis reperiantur præscripta pro perfectione et splendore Religionis Necessaria Quod ea ut maximè Necessarium putamus, quia Multiplicitas legum parit Contemptum et cum Subditus gravatus quæritur patet transgressionibus aditus. Præterquam quod in plurimum videtur, quod Superiores toto Corde intenti Observantiæ Stricte proprij Mandati, non Curant de transgressione Spiritualis et Communis præcepti. Magnaque in Ordinatio non semel inspicitur dum eos proprijs e Cerebro mandatis, Contemptis Communibus magna deliberatione factis intentos

Videmus

intentos videmus. Inhaerentes autem his, quae matura deliberatione in Comitijs Gnalibus Sancita sunt, totus noster labor erit in observantia eorum procuranda. Si enim hoc assequemur, totum perfecisse putamus. Non omittemus autem hic recensere aliqua exigente temporis malitia exprimenda quia ex transgressione eorum incurrit Religio immensa damna.

2do Imprimis Suademus et Stricte praecipimus quod in Omnibus Provincijs et Conventibus ubi non viget restauretur vita Communis in victu et vestitu ut in pusillis evitentur detractiones invidiae et quaerelae et in Majoribus occlusae maneant januae tumori et Fatui in Omnibusque sit Cor Unum et Anima una cum Amor maximum accrementum accipiat ex similitudine exterioris habitus. Nec deinceps Religiosis particularibus peculiaria permittantur peculia, sed Omnia in Manibus Apostolicis ~~sit experientia~~ Syndici tradentur, ut ibi Confusa maneant cum Reliquis Conventus Elemosinis ut ex eis Communibus et particularibus necessitatibus a superiore locali provideatur. Nec quovis pretextu licebit id relinquere dispositioni particularis Fratris quia cum difficile sit experientia teste modum tenere non debet Subdito Subministrari Materia peccati, sicut non licet ponere in manibus furiosi gladium quo abutatur. Relegenturque ab Omnibus ea qui videntur superflua maxime preciosa et nimis Curiosa. ut pote Nostro repugnantia Status, Scandalumque gignentia inter Saeculares dum vident fratres professione pauperes uti ad luxum his, quae abhorret eorum professio. Nunquam tamen Subditis denegentur necessaria respectu ad eorum Personas et gradus: cum aequum sit, ut his suppeditentur justa, quibus adimuntur superflua. Recordentur tamen Subditi dum egent, paupertatis promissae, quia juxta Sententiam D. Bonaventurae. Non possunt dici pauperes qui aliquo non est paucis est Contenta Natura, paucissimisque Vita Apostolica non amplius permittens, quam alimenta et quibus Corpus regitur. Si ergo hujusce vitae Sectatores Sumus repellere omnino debemus superflua, pretiosa, et Curiosa quibus potius delicias foventur quam Necessitas Sublevatur. Ex non Servato hoc Paternali monito, Omnibus graves et Onerosi Sumus, pluribusque datur materia vagandi Curitandi, per Domos turpis lucri gratia.

3tio. Deinde etiam Monemus Praelatos et Subditos Omnium Provinciarum ut quantum in ipsis est, totas vires adhibeant ad exterminandum ex Omnibus Provincijs, et Conventibus partialitates et factiones ex quibus Oriuntur jurgia, discordiae, lites, Schismata dissensiones contentiones

Contentiones, Scandala, quibus fraternalis Charitas rumpitur pax perditur, et justitia violatur, quia dum quilibet quae Suae factionis Sunt quaerens, Suas partes promovere Studet, et quae JESV Christi et justitiae Sunt parvi pendit. Hanc iniquitatem detestantes liberi ad Omnia humana affectione justum judicare judicium, Sine acceptione Personarum, merita remunerantes distribuentes primo intenti Communi Religionis bono, honores et Onera, et Secundario virtutes pmiantes. Praecipue autem desiderantes, quod ad Officia curam Animarum habentia, hi Eligentur, qui digniores caeteris inveniuntur cum ad id teneamur, tum ex jure Divino tum ex pscriptis Sacrorum Canonum referentium ingentia damna ob inobservantiam Salutaris Mandati. Quae proculdubio Nobis imputabuntur ob male administratam justitiam Si Oves Nobis Concreditas iniquis Pastoribus tradamus. Attendant Ergo qui praesunt, eos non esse Dominos ut liberam Sibi dispositionem in aliquo arrogent, Sed esse pure administratores, juri Subordinatos, a quo si deviant injustitiam Committunt, injuriamque Religioni faciunt. Caveant etiam Omnes Fratres a Dignitatibus et Officijs, Ordinis procurandis, cum indignos illos reddat Muneribus vel Solus eorum appetitus vel inclinatio, Non enim qui Se Commendat, Sed quem Deus Commendat invenitur probatus. Nec qui Sumit Sibi honorem ille judicatur dignus Sed ille Solum qui ut Aaron ad dignitatem a Deo vocatur. Maximè autem damnamus ambitionem eorum qui medijs favoribus Saecularium aliquid in Religione obtinere praesumunt, Contra quos Omni juris Severitate procedimus usque ad declarandos eos per Statuta Apostolica excommunicatos.

4to. Insuper praecipimus quod si quod fuerit in Religione delictum Omnium quam Saecularibus manifestetur, et Si quis inventus fuerit in hoc delinquens Sine Miseratione tota poena legis puniatur. Innumera enim damna ob hos maledicos fratres revelantes Secreta non parcenda incurrit Religio ob quae juste timere debent maledictione quam Patriarcha Noe pronuntiavit Contra Ham revelantem et non cooperientem Occulta verenda Patris. Maximè autem id timere debent pessimi illi Religiosi qui Suae professionis obliti vel ob affectiones privatas vel ob Ambitionem ad Tribunalia Saecularia Contempto Religionis Judicio recurrunt vel ut Suas prosequantur praetensiones Injurias, vel ut Suos Fratres titulo Colorato justitiae prosequantur. Quia cum ex talibus delationibus despecta deturpata videatur

Videatur Religio nec sunt tam immensi mali. Meritoque ut Sacrilegi ab Omnibus reputari debent tum ex Sacrorum Canonum praescripti tum etiam ex legibus Civilibus arcentibus judices a talium Causarum cognitione, ne rei efficiantur Sacri violati indeque tales damnabiliores efficiuntur quia ex proprio Statu tenentur ad ea intra Religionem occultanda. Mementote ergo Charissimi quod Supremi Principes, factis et legibus maxime curarunt quod delicta Religiosorum extra claustra non panderentur ne violaretur eorum honor et fama sine quibus inutiles efficiuntur ad aliorum Salutem ad quam pro Curandam Sunt evocati. Si ergo ob talium Fratrum quae relas et delationes fama Religionis periclitatur honorque jacturam patitur, in Causa Sunt aliorum non Consecutae Salutis, et quod Nomen Domini blasphemetur. Cavete Ergo Filij a talibus delictis patrandis, et si qui in Vobis Sunt qui in hoc aliquando deliquerint resipiscant et Condignam Satisfactionem exhibeant. Alioquin Certo estote, quod et si Religio ob Majora evitanda Mala injuriam ad metam juris non vindicet habet pro Se Deum Judicem cujus iram, nec vivi nec defuncti effugere possunt.

5to Suademus etiam, quod et jam Paternaliter monuimus ut radicitus evelletur perniciosus abusus Scribendi gratulatorias literas aliasque non concernentes Materias graves merito ad nos referendas cum ex tali Scriptione praeter Consumptionem temporis a lijs negotijs ex Nostro munere debiti periclitetur a Nobis promissa paupertas, dum denariorum considerabiles Summae in earum conductione Solvuntur Solvendo in Summum. Praecipue autem eas interdicimus literas nobis mittendas, quae vel ab Auctore non Subscribuntur vel in eis Supponitur distinctus Auctor, cum iste praeter transgressionem paupertatis quam Secum afferunt Communem alijs inutilibus literis, fere Semper inveniuntur infamatorij libelli quibus denigratur Opinio bonorum et Provinciae ipsae Infamentur. Advertant ergo talia Scribentes quod tantum ab eis ab animo nostro eis adhibens fidem quod si quandoque Auctor repertus fuerit ex Decreto Nostro Luat poenas infamatoris maligni. Ut autem recursus ad nos e Provincijs faciendi debito Ordine fiant Ordinamus quod nisi aliud exegerit materia, omnes reversus Fiant medio Provincialium interventu.

6to Deinceps Miserationis Solitae non obliti Compatimus his qui ignorent et errant praecipue autem illi qui in Viam Cadabierunt, ut Sunt infelices Apostatae qui a Corpore Religionis praecisi vagi et profugi Super terram huc illucque discurrunt semper timidi et pavidi. Quibus Omnibus antequam profunda

in profundum malum desperationis, veniant incidentq; in baratrum, ubi pœnas cum desertoribus Angelis, luant, januas misericordiæ aperimus. ut se reducant ad Religionis gremium Condonantes eis omnes pœnas, ratione Apostasiæ ex præscripto legum illis inflingendis, dum modo intra Spatium trium Mensium se præsentent in Proprijs Provincijs. Quibus elapsis nulli præsens Suffragabit gratia, sicut nec Suffragari debet illis qui in confidentiam harum literarum postea intimatas delinquunt: Quinimo tam contra ipsos quam contra alios quoscunq; qui desertores proprij Status deinceps extiterint Omni juris rigore procedemus.

7mo Item hortamur Omnes Fratres qui Sunt de Strictioris Observantia quorum vita per multum accepta in populo christiano videtur, ut maximopere curent bonum Conservare Nomen, bonus christi Odor existentes in Omni loco ut per eos honor Religionis accrescat: Quod tunc assequentur ad plenum, quando ad Unguem observaverint pro rigidiori Observantia Condita Apostolica et municipalia Statuta. Quod Paternale Monitum etiam extendimus ad Recollectiones intra Provincias Observantiæ Offerentes Sectatoribus tam exemplaris vitæ omnem favorem et gratiam ut ad Optatum finem deducant suum Conatum et desiderium. Omnes item Moniales Nostræ Curæ Commissas etiam hortamur affectione potius, quam potestate ut memores quod Sint illustrior portio gregis Christi non amplius in veterem Mundialem vilitatem de generi Conversatione redeant. Sed tota mentis aviditate Currentes in Odorem unguentorum Sponsi: ibi sint fixa earum Corda ubi vera Sunt gaudia. Abbatissiæ autem et aliæ Præfectæ Monasteriorum quocunq; Nomine noncupentur, plusquam aliæ de diaboli infestatione timentes, ita Sint ad Solitudinem Cautæ ut Semper Supercreditas Sibi Oves invigilent, tanquam rationem de earum Animabus in die Judicij reddituræ.

8vo Denique Volentes prosequi Subditos nostros favoribus et gratijs Monemus ne indigni efficiantur extendentes ad prohibita manus sed intra proprios terminos sui humillimi Status contenti omnem adhibeant manum ut opere compleant quod Domino promiserunt. Sic enim digni effecti apud nos Commendati existent, ut eos honoribus præ alijs pro Capite cujusq; prosequamur. Illi autem qui se ipsos indignos efficiunt vel non Servantes aliquod Regulæ præceptum vel non viventes juxta Regularia Statuta Monastice omnino in animo nostro manent exclusi ab honoribus. Unde si quandoq; Contigerit alicujus istorum promotio Credendum est, quod falsa Narrativa a Nobis extorquetur favor.

Jhs Pro complemento vos moniemus ut Sitis cor unum & Anima una
mutuam in vobismetipsis Charitatem Continuam habentes ut Pax Dei
quæ exuperat omnem Sensum habitet in vobis et amplius non sint
Schismata divisiones inter vos; Sic enim Charissimi inveni vos
Uniti terribiles effecti diabolo formidabilis Castrorum Ordinatam
aciem ad prliandum prælia Domini et ejciendum fortem armatum
qui in pace majorem partem mundi possidet. Ne autem hic labor
Noster fiat inanis: Præcipimus Omnibus Provinciarum & Custodiarum
Nostrarum Prælatis ut quam primum has nostras præsentes literas acce
perint eas faciant publicari in Omnibus conventibus Suæ jurisdi
ctionis coram fratribus capitulariter congregatis. Guardianis vero et
aliis Superioribus localibus ut earum transuptum in libro Conven.
tûs transcribat Volumq item Sub pœna Indignationis Nostræ ut tam
de publicatione quam de accepto transûpto nos vel RR Patres Com.
missarios Ultramontanæ Familiæ respective certiores reddant.
Datum in hoc Nostro conventu SPN S Francisci Curiæ Matritensis
die 19 Mensis Septembris Anni Domini 1717

Fr Josephus Parua
Minister Gnalis.

De Mandato Sub SSmæ Rtis

Registrata Tit Provinciæ

Fr Reginaldus a Miranda
Secrus Gnalis Offij

Prout igitur in præmissis habet intendit curas vestras ut adamussim
Omnia & Singula impleatis & Signanter exerite Solicitudinem
Apostatis reducendis in Gremium Provinciarum Suarum & Patres Mi
nistri de harum publicatione ut eis per ipsas injuncta est Nos satagent
admonere valete & Deo vivite Datum Romæ 21 Novembr 1717

Fr Laurentius a S. Laurentio
Commissarius Gnalis

Locus Sigilli

De Mandato Sub Pœna

Fr Bartholomæus de
Valsinio Secrus Gnalis

Notum etiam facimq Omnibq Patribq ac Fratribus de Matre Illustrissi
ac Rndissimi Dni Bernardi Gurowski Abbatis Bledzovien.sis ut pro Ani
illius in Omnibq conventibq a Singulis Patribq Missa Sextarijs unum De
functorum Rosarij cum Requiem æternam et Ave Maria persoluant Juxta indultum
Intermedij supindi immediate proximo ad Declarato Venerabilis Dffi
nitorij.
Volumus autem ut has literas in plena communitate in Uno quoq
conventu perlectæ in Secretario libro ad hoc deputato perscribantur et

praescriptae ad viciniorem Conventum juxta Cursoriam a tergo positum per Fidelem Nuntium et non per Aviam occasiones transmittant.
Valete Patres ac Fratres in Corde JESU Dilectissimi Nostri in Suis Orationibus apud Altissimum non immemores Dedimus in Conventu Nostro Posnaniensi Die 15. Mensis Januarij Anno 1718.

Idem qui Supra Minister Provincialis mpp

FRATER JOANNES KAMINSKI

Ordinis Minorum S. Francisci Regularis Observantiae.
S. Theologiae Lector et Praedicator Generalis
Almae Provinciae Maioris Poloniae S. Mariae Angelorum
MINISTER PROVINCIALIS et SERVUS.

Adm. Rndis, Adm. et Multum Vndis, caeterisq. Patribus ac Fratribus, in Corde Jesu Dilectissimis Salutem, et Copiosam de Sursum Benedictionem.

Siquidem muneris Pastoralis debita Sollicitudo a nobis exigit, ut non solum viuos Patres ac Fratres in Corde Jesu Christi Dilectissimos Paternâ benevolentiâ et innata Joannis dilectione prosequamur, sed etiam mortuis pro modulo nostrae imbecillitatis, illis, quibus valemus Suffragiis in Domino consolemur; Proinde nuper impetratum Breue Apostolicum a Ssimo Christi Vicario Clemente XI, cum Altaribus Priuilegiatis pro Omnibus Ecclesijs Conventualibus huius Almae Provinciae concessum ad sublevandas animas Christi Fidelium, et potissimum Fratrum Nostrorum è poenis Purgatorij, publicamus, ac publicari per singulos Conventus iuxta ordinem Cursoriae volumus. Cuius Breuis tenor est ut Sequitur.

CLEMENS. P.P. XI.

Ad Futuram rei memoriam. Omnium Saluti Paternâ Charitate intenti, Sacra intendum Loca Spiritualibus Indulgentiarum muneribus decoramus, ut inde Fidelium defunctorum animae Domini Nostri Jesu Christi, eiusq. Sanctorum Suffragia meritorum consequi, et illis adiutae ex Purgatorij poenis ad aeternam Salutem per Dei misericordiam perduci valeant. Volentes igitur Ecclesias Fratrum Ordinis Minorum S. Francisci de Observantia Nuncupatorum in Provincia Maioris Poloniae existentium, in quibus nullum Altare Priuilegiatum reperitur concessum, et in qualibet earum Situm Altare per Ordinarium Loci respective semel tantum designandum hoc Speciali dono illustrare Authoritate nobis à Domino traditâ, ac de Omnipotentis Dei Misericordiâ, et BB. Petri et Pauli Apostolorum eius auctoritate confisi, dummodo in dictis Ecclesijs tres vel sex missae quotidie celebrentur; ut quandocunq. Sacerdos aliquis earundem Ecclesiarum duntaxat Missam defunctorum in die Commemorationis Defunctorum, et Singulis diebus infra illius Octauam, ac Secunda pro Ecclesijs in quibus tres Missae, ac Secunda ac Sexta Ferijs Cuiuslibet hebdomadae pro Ecclesijs, in quibus sex Missae quotidie celebrantur, pro Anima Cuiuscunq. Christi Fidelis, quae Deo in Charitate coniuncta ab hac Luce migrauerit, ad praefatum Altare celebrabit, anima ipsa de thesauro Ecclesiae

permodum Suffragij Indulgentiam consequatur, ita ut eiusdem Domini Nostri Iesu Christi, ac Beatissimæ Virginis Mariæ, Sanctorumq Omnium meritis Sibi Suffragantibus, a Purgatorij pœnis liberetur, concedimus et indulgemus. In contrarium facientibus, non obstantibus quibuscunq Præsentibus ad Decennium tantum valituris. Volumus autem, ut earundem præsentium literarum transsumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicuius Notarij Publici Subscriptis, et Sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides habeatur, quæ haberetur ipsis præsentibus si forent exhibitæ, vel ostensæ, Datum Romæ apud Sanctam Mariam Maiorem Sub Annulo Piscatoris Die XXVIII. Ianurarij M.D.CCXVIII. Pontificatus Nostri Anno Decimo Octavo.

Fr. Cardinalis Oliverius

Concordat cum Originali.

Curent ergo Locorum Superiores præsens transumptum Brevis huius Apostolici porrigi Illustrissimis Locorum Ordinarijs vel eorum delegatis, ut ab illis approbetur, et deputentur Altaria, quæ magis idonea videbuntur. Et Superiores Locales curent describi præsens Breve Apostolicum, quod descriptum, affixum maneat ad Ianuas Sacristiæ Cuiuscunq Conventus. Et quia notum perspectumq habemus lanam pro conficiendo panno ultra Solitum in dies appretiari, proinde ne Conventus Pannificinarum notabile et inevitabile damnum patiantur, qui Calias aliquod commodum de Subventionis labore Iure naturali reportare possent, et ne cogantur Superiores Locorum ubi Panni conficiuntur pro Servitio et communi utilitate totius Provinciæ, privatum Suorum Conventuum damnum pati, in contrahendis debitis Solvendis a Suis Successoribus ex occasione taxæ inæqualis pro Singulis voluminibus, respectu lanæ cariori pretio, quam Anno præterito currentis, cui pretio facto computata taxa non erit Sufficiens. Proinde eiusmodi emergentibus damnis consulendo, ex rigore Iustitiæ, et in vim præsumptæ ratihabitionis assensus Vnbilis Diffinitorij, ordinamus taxam Singuli cuiusq voluminis per Octuaginta completos tynfones. Præmonemusq Locorum Superiores, quod pro minori pretio non extradantur volumina ex Pannificinis, ut tempestivè provideant Elemosinam modis possibilibus licitis pro intimata Solutione.

Insuper monemus Superiores Pannificinarum, ut lanam bonam et Selectam, non autem porcinam comparari faciant, et quidem tempestive pro confectione panni, antequam adhuc in altiorem Summam eadem lana Sublevetur; Sciantq taxam hanc, quæ pro hac Solutione robur habet, non amplius evehendam, etsi vel debita relinquent, vel lanam malam comparari facient, Sciant se Stricte in futuro Deo dante Capitulo iudicandos, iuxta Decretum Intermediæ Congregationis, si quæ eiusmodi reperientur contraventiones contra Illos ex inquisitione Causarum. Valete Patres ac Fratres Dilectissimi Nostri in Suis Orationibus non immemores. Dabantur in Conventu Nostro Vschovensi Die Aprilis. Anno 1418 Idem qui Supra Minister Provincialis mppria

Fr IOANNES KAMIENSKI

Ordinis Minorum S. Francisci Regularis Observantiæ. S. Theologiæ Lector, et Prædicator Generalis Almæ Provinciæ Maioris Poloniæ S. Mariæ Angelorum MINISTER PROVINCIALIS, Et Servus.

Dilectis Nobis in Christo Adm Rndis, Adm et Mtum Vndis, Patribus Guardianis, Cæterisq Patribus ac Fratribus Salutem in Dno Sempiternam.

Prout in uisitandis Domibus Recollectis utriusq Nouitiatus cum exuberanti animi lætitia perspeximus, ueneratiq fuerimus Diuinam erga hanc Almam Prouinciam miserationem, et Suauissimam Prouidentiam ex multiplicatione et fertilitate nouellarum plantarum Spiritus Sancti operante gratia in Seraphica Vinea germinantium elucentem; ita exaduerso pupugit uiscera nostra non minor anxietas arta ex defectu habituum, pro induendis Nouitijs necessariorum, ex quo contingit, ut plurimi ad Sacram Religionem aspirantes, uel pia desideria in aliud tempus differre, uel ad alias Religiones se conferre cogantur. Proinde hac, utinam non amplius practicanda uice, edocti defectum uestituturæ in Nouitiatibus passim exortum fuisse exeo, quia nonulli Superiores Locales contra ordinationes Statutorum Generalium, et Prouincialium, Contra Sancita Venerabilis Diffinitorij delinquentes habitus ueteres, uel nullos, uel admodum paucos, sicuti et pallia transmittebant ad Nouitiatus, reliquis in suis conuentibus retentis, et quod peius est, hinc inde pro uestienda Familia Sæculari quo ad Camisias et braccas dispersis. Hoc Nostro irreuocabili Decreto, huic pessimo abusui et corruptelæ finem imponimus, decernentes, Statuentes, et mandantes in Virtute Sanctæ Obedientiæ omnibus Locorum Superioribus, ut postquam inuestiuerint, Patres ac Fratres suorum Conuentuum respectiuè, relictis in Conuentibus Custodialibus pro commodo Studij Theologici quinq habitibus, in Studijs philosophicis septem, in Particularibus uerò locis duobus tantummodo, alios ueteres habitus quantocius ad Nouitiatus propriæ Custodiæ transmittant, in tanto numero, quot sunt Patres ac Fratres de Familia actu manentes. Pallia quoq ex unoquoq Conuentu Particulari numero tria ubi uerò sunt Pannificinæ, sicut ex Conuentibus Custodialibus, ac Studijs Philosophicis per quinque remittenda cum ueteris habitibus serio præcipimus. Quod si autem aliquis huic Nostræ Canonicæ et Legitimæ Ordinationi Constitutioni et decreto contrauenire attentauerit, sciat se in futuro Deo dante Capitulo, iuxta præscripta Statutorum Generalium, absq ulla conniuentia per sententiam Venerabilis Diffinitorij puniendum super quo seriam animaduersionem per porrectas tabulas omnium Conuentuum ad Auditorium Causarum, et examinationem testimoniorum de redditis habitibus, iuxta hanc Nostram Ordinationem ad utrumq Nouitiatum uitâ superstite, nos habituros pollicemur.

Non minus de competenti honorum erga bene meritos Operarios in hac Alma Prouincia quam materiali Fratrum Nouitiorum inuestitura solliciti, procurauimus Adm Vndo Patri Adriano Zyznowski Prædicatori Gnali per multos annos ex primis Principalioribusq Exedris honorificè, Laudabiliter, et Laboriosè Prædicanti Titulum Prædicatoris Clarissimi, eo utiq intuitu, ut spes similis præmij cæteros Patres Prædicatores ad proprij partus elaboranda posteritatiq relinquenda documenta faciat promptiores. Proinde eundem Adm Vndum Patrem Adrianum Zyznowski Prædicatorem Clarissimum uti talem ab omnibus haberi et nominari uolumus, iuxta diplomatis Rndissimi cuius tenor est.

Fr. Laurentius a S. Laurentio Ordinis Min.m Regularis Obs.
S. P. N. Francisci, Lector Jubilatus, Discretus Perpetuus Ordinis, Sacræ Congregationis Indicis Consultor, Supremæ atq Vniuersalis S. Romanæ Inquisitionis Qualificator, Sacri Montis Sion Ex Guardianus, et in hac

Obseruantium Cismontana Familia Commissarius Generalis et Seruus
Dilecto nobis in Christo Patri Fratri Adriano Zyznowski Nostrae Obseruantiae
Prouinciae Maioris Poloniae Concionatori Eximio Salutem in Dno etc.

Ad Seraphici Ordinis Curam in hac Cismontana Familia meritis licet imparibus
euocati, sedulo inuigilare tenemur, ut quos in domino Filios quotidianis oneribus
et Laboribus Christi Fideles Euangelicae Praedicationis pabulo refecisse cognoscimus
congruis honoribus et Fauoribus decorare non relinquamus; quapropter, quam
quam nostra beneuolentia Cunctos Religiosos nostrae Iurisdictioni Subiectos gratificare
capiamus, magis tamen Concionatores Eximios, quos multos per annos, in Sancta
Verbi Dei Praedicatione elaborasse intelligimus, uarijs praemijs et honoribus illustrare
contendimus. Te igitur cuius doctrinae dignitas, morumque disciplina nec non in
dicendo Iacundia nobis innotescunt, cum iam plus quam per decem annos completos
iuxta Nostri Ordinis Constitutiones in Principalioribus istius Regionis Suggestis
Euangelicum Semen pro Animarum Salute praeclare disseminauerit, ueluti per
testimonium tui Adm. Rndi Patris Ministri Prouincialis nobis constat, ut merito
inter Concionatores Clarissimos uenias adscribendus: his nostris patentibus
literis Concionatorem Clarissimum instituimus, et declaramus, ac sic institutum
et declaratum, eisdem nostris Constitutionibus inhaerentes, promulgamus, omnibus
cum Praerogatiuis et Priuilegijs Consimilibus Concionatoribus. Praecipientes
cunctis Patribus et Fratribus Supradictae Nostrae Prouinciae, quatenus Te in
huiusmodi honore constitutum, recipiant, recognoscant, et amplectantur. Vale,
Deumque pro Nobis in tuis Orationibus et Sacrificijs ora. Datum Romae ex
Aracaeli die 14 Maij 1718.

Fr. Laurentius a S. Laurentio Commissarius Generalis
Loco + Sigilli
De Mandato Suae Pritatis Rndissimae
Fr. Iaannes Petrus de Bastia Pro Secretario

Volumus autem ut praesentes Nostrae literae in plena Communitate perlectae
ac in Libro Seorsiuo descriptae, ad uiciniores Conuentus iuxta Crimen
Cursoriae a tergo positae transmittantur. Valete Patres ac Fratres in
Visceribus Iesu Xsti, dilectissimi Nostri in uestris pijs Suspirijs non
immemores. Dedimus in Conuentu Nostro Varsauiensi die 22 Mens. Iunij
anno 1718.

Fr. PACIFICUS MUSZYNSKI

Ordinis Minorum Regularis Observantiæ Scti P. N. Francisci Prædicator Generalis, Diffinitor Actualis, Pater Provinciæ, nec non ad Almam Majoris Poloniæ Provinciam, cum plenitudine Potestatis

COMMISSARIUS VISITATOR GENERALIS et Servus.

Dilectis Nobis in Christo Adm Rndis, Adm Vndis Multum Vndis Vndis Cæterisq totius Almæ Provinciæ Majoris Poloniæ, PPribus ac FFribus Salutem ab eo qui est Vera Salus.

Non mediocrem humanis in mentibus alatus honor generat confusionem ubi Singuli inferioritatis obliti præesse ambiunt Subesse nemo. Omnis anima potestatibus Sublimioribus Subdita sit, hortatur Doctor Gentium. Obturant auditum ad vocem hortantis, prurientes auribus ambitiosæ mentes ut eò liberius Suum exequantur uelle; excussoq omnis Subiectionis iugo, etiam nociuam appetunt Superioritatem, quamuis sese mancipari Sentiant. Prima Angelorum Hierarchia Cælico in imperio Subjectionem Spreuit, eamq quam non nouerat in perenni proh dolor! inferorum caligine agnouit. Quando indefectibilem Summi boni fruitionem in infinitam commutauit miseriam et perditionem. Nec procul ab Oleastro fructifera Oliva Proto=Parens noster excidit dum eundem æternarum calamitatum Cataclysmum, ob infaustum ambiti honoris fastum et æstum in totum Orbem terrarum induxit. Execranda fucati honoris ambitio; quantam inter Angelos mortalesquè causauit perniciem! ubi omnes et Singuli mancipia efficimur expers Seruitutis nullus. Hinc ne alta dignitatum culmina cupiamus ac capiamus, ipse Conditor Universi Salubrem nobis humilitatis linquens normam prius Subijci /: et erat Subditus illis :/ quam exaltari uoluit ut nos eiusdem instructi exemplo, ab imis fugitiuos principiaremus honores. Fundamentum quippe omnium Virtutum ac dignitatum humilitas est. Porro quia omnis potestas a Dlo: Nos quam pro uiribus hucusq effugiebamus eam nunc assumere cogimur, dum a a Rndissimo Pre Laurentio Superiore Nostro Colendissimo, ad Almam Majoris Poloniæ Provinciam pro Commissario ac Visitatore Generali instituimur. Idcirco Principis Oratorum documento edocti /: ut quanto Superiores Simus, tanto nos Submissius geramus :/ Seruire non dominari ministrare non ministrari, prodesse non præesse, quantum ex parte Nostri est conabimur. Ergo ut nos

Vestrum quamuis indignum Sciatis noscatisq esse Superiorem Patres ac Fr
tres Dilectissimi antequam ad obeundas muneris Nostri uices accedam
eas quas a Rdissimo Superiore Nostro Colendissimo accepimus patentes
teris; Omnibus Uobis esse notas et perspectas uolumq. Quarú tenor tal

Fr. Laurentius a Sancto Laurentio
Ordinis Minorum Regularis Obseruantiæ S.P.N. Fr
cisci, Lector Jubilatus Discretus perpetuus Ordinis, Sa
Congregationis Indicis Consultor, Suprema atq; Univ
salis Sanctæ Romanæ Inquisitionis Qualificator, e
Sacri Montis Sion Guardianus, et in hac Cismonta
na Familia

Vice-Commissarius Generalis et Servus.

Dilecto Nobis in Christo Patri Fratri Pacifico-Muszynski
Prædicatori Generali Diffinitori Actuali Nostræ Obseruantis
uincia Poloniæ Minoris, Salutem.

Pastoralis Nostri muneris Vigilantia eam inter alias Nobis curam
ingerit Sollicitam ut in Prouinciarum Visitatoribus Suis temporibus
putandis Solerte Studium adhibeamus. Propterea cum Prouinciæ Nostr
Obseruantis Majoris Poloniæ Capitulum celebrandum immineat, Te d
cuius Vitæ integritate doctrina Zelo et prudentia certi Sumus dict
Prouinciæ Commissarium Visitatorem instituere decreuimus prout hu
Nostris patentibus, cum Sanctæ Obedientiæ merito institutam et depu
natum declaramus. Uices Nostras Nostramq omnem Auctoritatem a
huiusmodi opus implendum necessariam tibi committentes quatenu
cum Secretario atq; Socio Tibi bene uiso eius Singulos Conuen
et Fratres Monasteria et Moniales si quæ aderint Nobis Su
hoc Specialiter aie consultis de rationabili motiuo Visitare, eri
tes corrigere et punire, processus etiam formare, Carceribusq; ma
cipare Sententias ferre cæteraq omnia ad morum reformationem
ac Regularis Obseruantiæ disciplinæq; instaurationem conseruat
onemq; Spectantia iuxta Regulæ ac Constitutionum Nostri Ordinis
formam mandare et disponere ualeas. Cunctaq quæ pro majori
obsequio Religionis augmento atq animarum Tibi concreditarum
Salute in hoc munere promouenda noueris fideliter omniq; co
natu prosequaris, et ad optatum finem perducas prout Nos Sum
mopere concupiscimus; et ideirco Tibi Serio iniungimus et co
mendamus. Præcipientes in Virtute Sanctæ Obedientiæ nec
priuationis perpetuæ Officiorum Ordinis, Singulis dictæ Prouin
cias Fratribus et Monialibus ut Te tanquam Legitimum Supe
riorem recipiant, Tibiq; in Cunctis quæ eorum animabus et Regul

nostrâ non repugnant obedire tencantur. Vale: Datum Romæ ex Ara Cœli die 23 Julij Anno Dñi Millesimo Septingentesimo decimo octavo.

Locus Sigilli

Fr Laurentius a Sto Laurentio
Vice-Commissarius Generalis

De mandato Suæ Paternitatis Rndissimæ
Fr Bartholomæus de Vulsinio
Secretarius Generalis.

Percepistis iam auribus vestris sonitum et monitum patentium litterarum a Rndissimo verè Laureâ Laureato Patre nimirum Laurentio ad nos transmissarum Patres ac Fratres Dilectissimi, capite et sensum: ex quo nihil aliud intelligetis nisi Nos Vestrum (: imparem quidem et imbecillem huic Athlantico oneri :) Superiorem esse designatum. Verebar fateor imo reuerebar deficientibus meis viribus tantum sustinere onus: elongabar fugiens ab omni prorsus honoris et dignitatis fastu, cuitabam tam arduas implexaq negotia (: quia beatas qui procul a negotijs :) Verum enimvero quia virtus in infirmitate perficitur: insuper: melior Obedientia quam victima. Nos uti verus obedientiæ filius Divina sic disponente sapientia et voluntate et iussis obsequimur; et mandatum exequimur. Quapropter ut assumptum obsequium Nostrum Paternitatibus et Charitatibus Vestris magis innotescat et elucescat: in Conventu Viennensi ad S. Antonium Paduanum consistentes secundum Statutorum Generalium tenorem nostram iurisdictionem (: litteris patentibus perlectis coram Patribus et Fratribus ad Mensam Canonicè congregatis :) die 30 Januarij inhoavimus et fundavimus. Et quia Sacra Stagira testante: etiam iustus septies in die cadit: Nos qui de numero peccatorum Sumus hortamur tamen in Domino omnes et singulos Nostræ iurisdictioni Subiectos Patres et Fratres quatenus Suæ Vocationis memores etiam pro viribus æmulentur charismata meliora: digna uti ab Authore uti reportaturi repromissiones. Hinc ut his Nostræ Monitoriæ Salutarem sortiantur effectum præcipuè in his quæ nostrum concernunt officium

1mo Monemus paterni omnes et singulos istius Almæ Provinciæ Alumnos quatenus executioni mandandis Commissæ Nobis iurisdictioni præsentes adsint et ad adventum Nostrum in ijs quorum censentur filij compareant indispensabiliter Conventibus.

2do Omnibus et Singulis Superioribus localibus, non nos quidem (: qui potius obedire quam imperare uellemus :) Sed Statuta Ordinis præcipiant a quorum observantia ne latum discedamus unguem, ut Fratres sibi Subditos cuiuscunq sint conditionis et Status (: si forte eos extra Conventus morari contigat :) tempestive convocent. Quæquidem Patres Capellanos præcipuè concernit tam Castrensi tum etiam in Aulis Serenissimorum degentes. Hinc prædicti Superiores illos per litteras de adventu nostro certos faciant ut saltem intra biduum se ad visitationem præsentent. Propterea nulli a præsentium publicatione e Conventu exeundi maximè ad loca distantia et extra eandem commorandi licentiam concedant nisi eandem a Nobis in Scriptis expressam habuerint. Ideo omnes licentias et concessiones ac obedientias, a quocunq Superiore ad commoradum

morandum extra Conventus obtentas per præsentes revocamus cassamus et
nihilamus. 3tio Vt præsentes Nostræ Pastorales Omnibus in
teseant Singulis et Omnibus Patribus Superioribus localibus in virtu
Sanctæ Obedientiæ districtè præcipimus ut quamprimum unusquisq eor
eas receperit. Sine mora Patribus ac Fratribus per Sonum campan
Refectorij Capitulariter congregatis promulgari faciat. easdemq om
no perscribi procuret. et post transcriptionem præfatarum cum anno
tione diei et horæ quibus eas receperit ac publicari fecerit Secund
datam a tergo Cursoriam ad Conventum de Conventu transmittat er
sub gravissimis pœnis sibi infligendis si alicuius incuriâ vel negli
genâ retardaverint vel deperierint. In cuius rei fidem Sigillo
Officij Nostri Munitas Manu propria Subscripsimus. Valeant
tuq in Domino gaudium et Corona Nostra Dilectissimi in Viscer
bus JESV CHRISTI Patres et Fratres Nostri in Sacris Or
tionibus ac tremendis Missæ Sacrificijs non immemores.
Dabantur in Conventu Nostro Cierniacensi ad Sanctam Anton
um Paduanum die 31 Januarij Anno Domini Millesimo Se
ptingentesimo decimo Nono.

Locus Sigilli

Fr. Pacificus Muszynski Commissa
rius Visitator Generalis idemqui

Fr. PACIFICUS MUSZYNSKI

Ordinis Minorum Regularis Obseruantiæ Scti Pris Nri Francisci Minoris Poloniæ Prædicator Generalis Diffinitor Actualis Pater Prouinciæ, nec non ad Almam Majoris Poloniæ Prouinciam, cum plenitudine potestatis.

COMMISSARIUS, VISITATOR GENERALIS & Seruus.

Dilectis Nobis in Visceribus JESV Christi Adm Rndis Adm Vndis Multum Vndis, Venerandis totius Almæ huius Prouinciæ Majoris Poloniæ, Patribus ac Fratribus, Omnibus et Singulis, Salutem ab eo, qui est uera Salus.

Ineffabilis miraq benignitas a Patre Luminum Nobis Nostroq illuxit Regno, ubi excusso hostilis Seruitutis iugo compressa ac dissipata infesti aeris intemperie contrito Sæuientis furoris mucrone auulsa gliscentis inediæ uicissitudine deniq sedatis uniuersæ calamitatis fluctibus ille qui iræ atq uindictæ (ob perpetrata delicta nostra) Sæuiebat ferro nunc peroptatam indixit pacem. Ingemiscebamus miseri Sub potenti Summi Numinis dextera: Mancipabamur Sub uinculato hostium imperio ita pænè ut amissa omni libertate ac potestate Submissis etiam Sub uincla tyrannidis ceruicibus uix hiscere aut respirare ualebamus. Inconcussum Semper Antemurale Christiani Orbis Florentissimusq Europæ Paradysus Regina Regnorum Polonia inquantum proh dolor! Opprobrium et contemptum exteris cessit gentibus, adeo, ut omnes qui glorificabant eam Spreuerunt illam, quia uiderunt ignominiam eius. Ast ubi tam ærumnosi ferreiq temporis plenitudo uenit Diuinam experti clementiam pristinæ redonamur libertati et paci. Et cur ita? nisi ut eo pientius ac liberius (: quia consumpti non Sumus:) Ministerio Dli hominumq insistentes pacem et Salutem utramq capiamus et Sapiamus. Porro ut ait Diuus Cyprianus quia pacem debet quærere filius pacis. Nos cupientes re et uoto Nostræ correspondere Nomenclaturæ, ut in Unione et unitate Sub faustissimo regimine Vigilantissimi Pastoris Minoriticam huius Alma Prouinciæ Majoris Poloniæ pacificemus Rempublicam officio Nostro Commissoriali (: quo fungimur:) fulti, uisitatis etiam huius Almæ Prouinciæ Singulis Conuentibus, ad Capitularia Comitia in Conoentu Nostro Wschovensi celebranda, ad præfatum Conoentum humaniter inuitamus et aduocamus, primario Adm Rndum Prem Ministrum Prouincialem, ut pote huius

pusilli gregis Pastorem Vigilantissimum: Secundario Adm Rndum Prem
Custodem Custodum. Adm Rndos Pres Provinciae Adm Vndos Pres Diffinitor
Actuales Omnesq alios de corpore Venerabilis Diffinitorij et hoc pro
die 17 Maij. Iam vero Adm Vndos Pres ac Multum Vndos Custodes
ac Guardianos ut pote Capitularis actus Vocales pro die 19 Mensis
praefati Summo mane. Adm Vndos Pres Lectores S. Thlis et Multum
Vndos Pres Lectores Phlis (qui primi tantum invitantur) pro
die electionis. Caeteri autem adire locum Capituli non audeant sub
poena Excumminicationis latae Sententiae, alijsq poenis Nostro arbitrio inf
gendis, nisi specialem a Nobis in Scriptis habeant licentiam.

Vt autem modestia Nostra nota sit omnibus hominibus (verbis Doct
ris Gentium loquimur) omnes et singulos ad Capitulum invitatos mone
mus et praecavemus quatenus modeste et exemplariter Iese in via
gerant prout decet filios mansueti Patris. Equos et currus non mul
tiplicent, pueros et famulos importunos ad locum Capituli n' adducant.

Et quia sine cooperatione et assistentia Sacri Pneumatis omn
opus inane et imperfectum censetur idcirco ut electio dextro omine
Spirante Sacro flamine succedat mandamus suffragia in omnibus Conven
tibus tam post Vesperas quam post Laudes in Choro persolvi; nimirum
Antiphonas, Versus et Collectas consuetas de Spiritu Sancto, de B
V. Maria, de S. P. N. Francisco, et de S. Bernardino. Ipso vero die
Electionis qui incidit in diem 20 Maij cantetur Missa de Spiri
tu Sancto. Summo mane (de quo etiam caeteri Presbyteri lectas Missas
absolvent) in qua singuli Fratres tam Clerici quam Laici com
municabunt. Reliqua peragantur secundum laudabilem morem
consuetudinem Provinciae.

Secundo praecipimus in Virtute Sanctae Obedientiae omnibus et
Singulis Superioribus Localibus sub poena privationis Vocis activae
et passivae ut iuxta Statuta Ordinis Nostri omnia inventaria Ecclesiarum, Offi
cinarum Bibliothecarum Auctuaria quoq, sive ad Ecclesiam, sive
ad Conventum sive ad Bibliothecam spectantia accurate et vera
citer conscripta, et Sigillo Conventus munita: Necnon regestra Per
ceptae et Expensae Eleemosynae tempore suae administrationis. Re
gestra et Numerum Missarum persolutarum, connotationes etiam
de relictis ac persolutis debitis imo et de Summa apud Dnum
Syndicum deposita; quae omnia secum ad Capitulum deferant,
necnon Notata triennalia ad Archivum Provinciae comportent.

Habeant etiam testimonium a Patribus et Fratribus pro
prijs manibus Fratrum Subscriptum et Sigillo Conventus mu

nitum, de debita Sufficientia Fratribus de Cura infirmorum, de restaurationе Conventus, Ecclesiæ, aliarumq officinarum. Insuper numerum Fratrum, numerum habituum veterum (qui ad Novitiatus pro induendis Novitijs transmittuntur) nec non numerum tunicellarum, palliorum (quæ Fratribus contulerunt) debitè consignent et ad Cancellariam tradant.

Porro ut Nobis delatum est, quia non levis defraudatio in nonnullis Pannificinis reperitur, quo ad extraditionem voluminum panni pro Conventibus, ideo serio iniungimus Superioribus Pannificinarum, quatenus testimonium habeant a Fratribus Pannificibus Professis, quot eis lanæ pondera pro unoquovis volumine panni tradiderint, quod testimonium scribatur in præsentia Domini Syndici et Patrum Discretorum. Regestra tamen Perceptarum et Expensarum pro Pannificinis, seorsive subscripta a Dno Syndico a Patribus Discretis et Fratribus Pannificibus secum deferant. Inter quos Superiores Pannificinarum Adm Undus Pater Guardianus Vattenburgensis unà cum associato Fratre Pannifice ad Capitulum compareat.

Tertio mandamus omnibus Patribus Prædicatoribus Ordinarijs [illegible]entium, ut omnes libros in suis Bibliotheis contentos munde et [illegible]atè in regestris conscribant eaq regestra sigillo Conventus munita a propria manu Prum Discretorum subscripta, Patribus Guardianis tradant et ad Capitulum transmittant.

Patres quoq Lectores tam Sacræ Thliæ quam Phliæ habeant attestationem a Venerabili Discretorio sigillatam et subscriptam de sufficienti et diligenti lectura, imo et Patres Confessarijs Sancti Monialium resignationem Officij ad Capitulum mittant.

Insuper quoniam quidam Fratrum inferioritatis et humilitatis obliti quamvis etiam immeriti, præsumunt tamen favores, honores et dignitates, per instantias interpositiones aut supplicatorias litteras, diversarum personarum aut Benefactorum in Capitulo sibi procurare, hinc decretum Papæ Urbani Octavi in memoriam revocantes strictissime prohibemus, non tantum sub pœnis in dicto decreto expressis Verum etiam Nostro arbitrio impligendis, ne quis Fratrum aliquid simile (quod Deus avertat) in futuro Capitulo audeat moliri.

Patres etiam Præsidentes (qui sub tempus Capituli eliguntur) monemus ne excursiones e Conventibus faciant sed omni exemplaritate, modestia, ac pietate gregi sibi commisso sedulè inviigilent, tanquam strictam rationem iusto Judici reddituri.

Item ne Spiritus fervoris et pietatis in Nobis torpescat et extinguatur obligamus omnes Fratres Professos tum Superiores, tum subditos, ut recollectiones persolvant, secundum tempus,

et consuetudinem quarum persolutarum testimonium Patres Guardi[...] omnino in Capitulo praesentabunt.

Tandem quia Pastorales Nostrae per retardationem, uel negligen[...] sive Superiorum, sive Cursorum in certis Conventibus praepostero ad[...] titiam devenerunt: quapropter ut hae nostrae Vocatoriae omnibus Conve[...] bus quam citissime innotescant severe et stricte sub poenis No[...] Nostroq; arbitrio infligendis in loco Capituli. Mandamus et [...] cipimus omnibus Superioribus Localibus uel eorum Vicarijs, ut qu[...] primum hae praesentes advenerint, confestim in Communitate Capitu[...] riter congregata perlegantur, perlectae describantur, ac de Conv[...] tu in Conventum vel per alacrem pedestrem, vel per equestrem Cu[...] sorem transmittantur, donec ad nos perueniant.

Valeant itaq; in Domino Patres et Fratres Dilectissimi, eius Diuinam Majestatem etiam pro nobis exoraturi. Datum in Conventu Nostro Custodiali Posnaniensi ad Sanctam MARIAM Immaculate Conceptam. Anno Dni 1719 die 2 Aprilis.

Fr Pacificus Commissarius Visitator Generalis idem qui supra

FR. NICOLAVS BARANKIENICZ
Ordinis Minorum S. P. N. FRANcisci Regularis Obseruantiæ. Sacræ Theologiæ. Lector. Prædicator Generalis.
ALMÆ PROVINCIÆ MAIORIS POLONIÆ SANCTÆ MARIÆ ANGELORVM. MINISTER PROVINCIALIS et Seruus.

Superat omnem eloquentiam Superna Circa Minorennem Gregem Sollicitudo, ita ut operam perdamus, si operosè quæramus enarrare quanta sit Dei Vigilantia circa disponenda Seraphici Regiminis negotia. Hanc Dei Prouidentiam elingui ore Loquuntur Electoralia Capituli nostri Schouensis Consilia, quibus Ascendens Dominus intra Octauam Ascensionis Suæ benedixit. in Festo Sancti Bernardini Primi Ordinis Minorum Confessoris, Secundissimam Electionem Primi Capitis huius Almæ Prouinciæ Cæterorumq Membrorum perficiendo tam copiosè ut uerè accrescens appareat Religionis Flos, Sub Patrocinijs Diuini Nutricij Sancti Josephi in Suo Tutelari Conuentu Schouensi, inquo Superna Opitulante gratia etiam Nos inmeritos crescere fecit Dominus in terra altissimæ Paupertatis ac esto imbelles ac imbecilles. ad Supremæ dignitatis Ministerialis huius Almæ Prouinciæ Fastigium (utinam sine fastidio nostro) die Vigesima Mensis Maij Anni Currentis euexit. Quale iugum sit impositum humeris Nostris, gementes probè agnoscimus, nec sufferendo tanto muneri ac oneri pares Nos sentimus, nisi ab eo uires et robur accipiamus, à quo omne datum optimum uenit a Deo Ter Optimo Maximo. Ad hunc nanciscendum finem Orationes et Petitiones Vestræ Patres ac Fratres in Visceribus Iesu Christi Dilectissimi gaudium et Corona Nostra innotescant apud Eum, quatenus nobis eam præstare uirtutem et Fortitudinem dignetur, et per quam possimus regere Populum hunc Electum atq in ea functione dignè ambulare, Ministeriumq Nostrum ut par est implere. Porro præstabitis Nobis Præstantissimum in eiusmodi onere Leuamen si Sacræ Religionis iugum per Christi gratiam Suaue et Leue, quod Singuli per Sacram Professionem uoluntariè assumpsistis, Fideliter tollatis si Singuli in proprijs munijs Seduli et uigiles meliorumq Charismatum æmulatores effecti coram Deo omnium operum Nostrorum Arbitro, Angelis et Hominibus gloriosi fieri studeatis. Ea Propter omnibus ac Singulis tam Prælatis quam Subditis Regulæ Sanctæ Statutorum Generaliam et Prouincialium Obseruantiam enixè commendamus. atq Mandamus. Nihil de nouo adicientes, ultra ea quæ proficuè in Suis Pastoralibus

Dignissimus Praedecessor noster immediatus post Capitulum Bydgostiae celebratum ac post Intermediam Conuocationem Posnaniensem cum intra sertis decretis Venerabilis Diffinitorij prudentissimè ordinauit, quae Ordinationes ac Sancita ut eo Stabilius opere compleantur placuit nobis Synopticè eadem repetere ac Confirmare, ut pro maiori Obseruantia et Prouinciae emolumento omnino executioni mandentur; Et quidem.

1mo Praecipimus omnibus Locorum Superioribus, et in absentia eorum Vicarijs, ut quoties fit expositio Venerabilis Sacramenti, primae duae Candalae ad Monstratorium sive Pixidem proximiores sint omnino cereae et non de Saeuo. In missis cantatis tam Votiuis quam de die Antiphonae Contere Domine Circa Offertorium, et Da Pacem. Circa Communionem genuflectendo in Choro cantentur. Diuinum Officium grauiter cum pausa debita, nec nimium protensa nec nimium praecipitanti absoluatur. Meditatio et Corona genuflectendo à Singulis Patribus ac Fratribus peragatur, super quo cum Seniculis et infirmis dispensamus, ut à genuflectendo sint Liberi. Fratres Laici in Matutino ad Inuitatorium. Te Deum Laudamus et Benedictus se in Choro omnino praesentent, ut ex eiusmodi praesentatione deuotio praesentium agnoscatur, et culpetur absentia a Matutino tepidorum per Superiores Locales, uel eorum Vicarios in Culpa Refectorij. Post Consuetas de more disciplinas, ultra Antiphonas Sancte Deus, a peste fame et bello, et Monstra te esse Matrem, semel addendas, nil ultra addatur.

2do Supellectilis Sacristiae ac Libri Bibliothecae extra Conuentus nemini concedantur sub poena Excommunicationis Papalis, ac inobedientiae, super quo in Visitationibus seriam animaduersionem nos habituros pollicemur, contra extradentes cuiuscunque gradus exiotant.

3tio Fratres Laici sicut alij quaestuarij, aut Circatores per Ciuitates ubi sunt nostri Conuentus diebus festis Solemnioribus de mane ante prandium ad quaestuandum non mittantur, sed omnino domi maneant, Missae Sacrificijs inseruiant ac Confessi in Maiori Sacro simul cum alijs communicent, sub poenis grauissimis Superioribus Localibus in Contrafacientibus, et illos mittere uel exire ad quaestas permittentibus iniungendis. Fratres item Portulani, Canaparij ac Culinae praefecti claues à suis Officinis de uesperi post peracta suorum Ministeriorum Officia Superiori, uel in eius absentia Vicario sive Praesidenti omnino reponant, easdem ab eo de mane acceptari.

4to Nouicij tempore probationis ad quaestas non mittantur, sed sub cura Ar. Prum Magistrorum, in Regulari disciplina, cantu, manuali exercitio per horam duntaxat obeundo exerceantur. Super quorum extra Conuentum emissione quascunque Licentias Superioribus Nouitiatuum praetendendas Cassamus, et annihilamus, nisi in Casu urgentis necessitatis et cum Consensu Eidem V. Patris Magistri, et ad minus duorum Discretorum Consilio. Cognomina Professi post professionem amplius mutare non praesumant ultra ea quae in Nouicialu habuerunt sub poenis arbitrio nostro infligendis. Et quoniam inueniuntur multi Leuis iudicij, qui intrantes Sacram Religionem, in ingressu post non dixerunt Christo uocanti ac Sanctissimo Patriarchae nostro, ecce nos reliquimus omnia et Secuti sumus te audent gloriari in Cuiuslibet Benefactoris domo, se insignis Prosapiae filios, omniumque Magnatum affines quorum nec nouerunt Parentelam, idesque ne sint

fastidici in eiusmodi gloriatione monemus eos, exhortamurq stemmata quid ualeant, quid prodest Longo Sanguine censeri; quodq in paupercula Religione nostra in humilitate et abnegatione sui fundata summa sit nobilitas clarum esse virtutibus, ideoq delinquentes in his nouerint se tanquam ignobiles et Sanctissimae Paupertatis puniendos.

Omnes et Singuli Superiores Locales, Confessarij Monialium ac Praedicatores potissimum nouiter instituti praesentent se Illustrissimis Loci Ordinarijs uel eorum Officialibus, petantq approbationem ad Confessiones excipiendas, et benedictionem, ne sua desidia et ignauia in re graui ualdae administrationis Sacramentorum innodent suas suorum poenitentium Conscientias. Casus Conscientiae semel in Septimana per S. Theologiae Lectores qui de Sacramentis legunt in Studijs, Theologicis et PP. Lectores primos in Philosophicis, ac Praedicatores in Locis particularibus ad communem mensam proponantur ac resoluantur.

2do Peculia Regulae et Statutis Generalibus contraria omnino inhibemus, sed si quid a Benefactoribus alicui Patrum ac Fratrum in particulari oblatum fuerit, communi Massae Elemosynarum Conuentus per Superiores Locales aggregetur sub poena priuationis eiusdem elemosynae, et proprietarij. Superiores uero charitatiue necessitates eorum qui importauerint ad Massam Conuentus elemosynae humiliter petentibus, ex eadem elemosyna comparare tenebuntur. Elemosynae item communes ad Syndicos dentur, per eos pro Conuentus necessitatibus expendendae, quod si Syndici de earum in usus suos consumptione notati fuerint, in Cista Sacristiae per substitutos a Syndicis nominatos asseruentur, a qua uel Syndici, uel eorum substituti et non superiores clauim habeant. Calculationemq quolibet mense, uel inclusiue duorum mensium in praesentia Syndicorum iuxta anteriora statuta faciant. Infirmis et hospitibus charitas omnimoda â Superioribus praestetur sub poena depositionis et inhabilitatis ad officia cum dignitate coniuncta.

3mo Granaria in Cellis et super Cellas in nostris Conuentibus toties uetita, et nouissime in Conuocatione Posnaniensi interdicta per decretum Venerabilis Diffinitorij, iterum interdicimus sub poenis inobedientium. Item deuastationes nemorum Loci Skempensis ac Gorcensis et excisiones Lignorum adiacentium supradictis Conuentibus. Siquidem autem aduertimus etiam in aliquibus Conuentibus Superiores Locales oblitos antiquorum ab Antecessoribus Nostris Sancitorum Statutorum, quae uetant ne in pomaria Conuentus intromittantur Iumenta Oues scilicet et boues, et equi, et eiusmodi pecora; proinde monemus nunc eosdem Superiores, ne id audeant permittere, quia grauissime nouerint se â Nobis puniendos; imo recommendamus, ut hortorum Pomariorumq curam habeant, plantationes faciant quia iuxta commune Prouerbium auulso uno surculo germinat alter, ut plantatio Domini sit in glorificationem et Conciliandos Benefactores, in quo diligentes Superiores Locales sperent â Nobis aestimationem negligentes uero poenam arbitrariam. Et quod si pro nunc existentes Superiores Locales cognouerint Antecessores suos in his negligentes uel ex Pomario et horto extradentes arbores plantatas, uel herbas cuiuscunq generis eos monemus ut Nobis deferant una cum PP. Discretis suorum respectiue Conuentuum a Nobis pro ratione delicti puniendos. Stabellas pro PP. Lectoribus S. Theologiae utriusq Studij Lectoribus Philosophiae ordinatas nullus Superior Locales permutare attentet.

8uo Ex actis Moderni Capituli Prouincialis inhibet Venerabile Diffinitorium Superioribus Localibus, ne amplius Legata et quascunq inscriptiones summarum pecuniariarum acceptare praesumant, ea potissimum quae sine Iuris strepitu, scandalo Populi et Nota Minoriticae Paupertatis recuperari nequeunt, aut non ualent per Syndicos Apostolicos, sed potius per eos informentur Benefactores ut potius in uiuis benefaciant Conuentibus quibus uolunt sua Larga beneuolentia succurrere absq ulla perpetua obligatione.

9no Decreuit Pariter Venerabile Diffinitorium ut PP. Praedicatores Ordinarij per singulos Conuentus in quorum Conuentibus sunt aliquae Confraternitates earundem Confraternitatum curam

et Sedulam promotionem quo ad antiquam deuotionem; et Processiones de more faciendas habeant; In Monasterio uero Prasnensi. S. Monialium Confraternitatis S. Josephi erectae ac Fundatae à Perillustri ac Magnifico Dno Francisco Ciennieski Terrae Zakrocinensis Thesaurario Curam habeat Pater Confessarius eiusdem Monasterij. Mihi autem eiusdem Confraternitatis. Si pro illis dabitur Stipendium Superior Conuentus Prasnensis persoluere faciat, Sin Secus, Moniales de Capellano Sibi prouideant. Siquidem autem aduertimus in aliquibus Conuentibus quod ob negligentiam PP. Praedicatorum iam plane abolita sit deuotio erga Beatissimam Immaculate conceptam, quia negligunt conuocare et animare suis post meridianis Concionibus populum ad eiusmodi deuotionem erga Beatissimam. Proinde Mandamus in quolibet respectiue Conuentu Cantetur Officium Pomeridianum de Immaculata Conceptione diebus Festiuis et Dominicis, in quibus omnino exhortent Populum PP. Praedicatores ad hanc piam deuotionem. Conciones Sedulo Scribant Scriptas nobis praesentaturi; Ubi autem non sunt post meridiani Praedicatores ad hoc ordinarios exhortamur à nobis praemiandos, uel uituperandos, quia si nos mouebimus ad Laudem Deiparae Subiectos Nobis, mouebit Eadem Filium, ut Nobis praeslo sit in Necessitatibus Nostris. quibus Concionibus tam Meridiani quam post meridianis tenebuntur adesse tam PP. quam Fratres Clerici et Laici ex quibus tenebuntur fructum dicere in Studijs Philosophicis M. V. Patribus Magistris Seminarij. In Nouitiatibus Adm V. PP. Magistris Nouitiorum in Locis uero Particularibus tam Fratres Clerici quam Laici PP. Vicarijs de quo Serio inquiremus, et tam Conniuentes, multo magis negligentes puniemus.

1mo Et quoniam Antecessor Noster Dignissimus Adm Rmus Pr Joannes Kamienski Ex Minister immediatus, et Custos Actualis Prouinciae. Suscepit Laborem Archiuij Prouinciae obeundum, proinde praecipimus Omnibus PP. Praedicatoribus Ordinarijs ut tempestiue adnotent per Annum praesentem, et alios Futuros, quae digna notatu erunt in Suis Conuentibus, eaque pro Futura Conuocatione Deo dante Celebranda prout et Capitulo transmittant ad Archiuum Prouinciae, acticanda et ingrossanda.

11mo Ordinauit Venerabile Diffinitorium ut Conuentus Golanecensis Missis Oneratus ducentas Missas cum ducentis Florenis Polonicis ad Custodiam Posnaniensem absoluendas transmittat. Item ut Conuentus Varterburgensis unum Volumen Panni ad Conuentum Posnaniensem pro uestiendis Studiosis ad Theologiam Ordinatis quam primum reddat, Conuentui quoque Suetcensi in recompensam inadaequatae mensurae Panni ex Officina Varterburgensi extraditi. Praefatus Conuentus Semiduo Volumina restituere. Obligatur.

12mo In uim Gratitudinis pro Laboribus A R P. Pacifici Muszynski Almae Prouinciae Minoris Poloniae et M. D. Lithuaniae Patris et Diffinitoris Actualis, quos in Visitatione Generali huius Nostrae Prouinciae pertulit, Venerabile Diffinitorium appromisit, ut post Fata eius (utinam Sera) consueta Suffragia peragantur, à Singulis Patribus et Fratribus, quae peragi Solent pro Defunctis Professis huius Prouinciae. Item quia eiusmodi Priuilegio gaudebat pia defunctus A R Pater Simon Niegardowski Lector Jubilatus Almae Prouinciae. Russiae. Pater Meritissimus, et Pari

ad Nostram Provinciam Visitator Generalis, proinde de eius obitu Significamus omnibus ac Singulis Patribus ac Fratribus ut pro eius anima Missas ac defunctorum et preces persoluant ad quas tenentur iuxta Laudabilem et antiquam Consuetudinem.

30 Pensando Labores Scholasticos Ad RR. Patrum Sacrae Theologiae Lectorum videlicet Seraphini Gamalski et Raphaelis Zgorzelski qui per novem Continuos Annos ultra Philosophiae Lecturam Cursus Theologicos absq ulla interpellatione Laboriose et Laudabiliter tradiderunt. Vnble Diffinitorium unanimi Assensu eos titulo A. RR. Patrum Lectorum Iubilatorum condecoravit, quos ut eiusmodi Lectores Iubilatos et Provinciae Patres Agnoscendo nominandos et honorandos praesenti hac Nostra promulgatione declaramus.

Titulo quoq Adm V. Patris Confessarij Emeriti insignitos Spectatis Suis meritis denuntiamus A. V. P. Bernardinum Baszkoski, A. V. P. Casimirum Volstinium Adm Vndum Patrem Hieronimum Jablonski, Adm Patrem Balthasarum Bielawski.

31to Venerabile Diffinitorium dedit Nobis compromissum deponendi PP. Guardianos, Confessarios Monialium, Lectores Philosophiae inhabiles, praevio processu vel resignatione Proinde praemonemus Charitative ut in Suis respective Officijs taliter Se gerant, Sicuti decet bonos dispensatores Multiformis gratiae Dei, ne ad executionem praedictarum poenarum illis faciendam descendere cogamur. In his quoq monemus, ne Frequentes Suis Subditis concedant Licentias egrediendi ad Civitatem nulla habita necessitate, ac Prolixas Sessiones, compotationesq ad portam, neq ipsi id faciant, quia destruunt mores bonos colloquia prava; neq in multiloquio deest peccatum, nisi habeatur ratio tam personae Religiosae, quam Saecularis, idq Singularis beneficentiae, quod Si delinquentes in his resciverimus, tanquam Contemptores Legum, Mandatorumq Nostrorum gravissime puniemus. Etiam in hoc monemus Superiores Locales praesertim in Studijs Philosophicis, ne Clericos et Juniores Sacerdotes permittant Clavim habere ad portam Conventus; ne forte alijs inserviendo ad Portam ipsi consumantur in virtutibus, et bonis moribus, potius eos ad Studia compellant, ac manualia exercitia vel piorum Librorum Lectionem, et ad eiusmodi munus in defectu Portulanorum viros Probatos nulla nota Contaminatos destinent. Compotationes egressuris ad Benefactores, quam etiam domi in Stubellis maxime nocturnas Saevere prohibemus Sub poena Privationis earum, quia per huiusmodi compotationes fit detrimentum Nocturno Divino Officio, cui volumus esse praesentes, omnes et Singulos, etiam non Stricte obligatos, Sub praemiatione, vel punitione, quia in defectu et paucitate Nostra, alter alterius onera portare debemus, ut adimpleamus Legem Christi et SSimi Patriarchae Nostri.

15to Monemus insuper Omnes PP. ac FF qui Solent conversari cum Benefactoribus ut recenti memoria teneant poenas, tam in Statutis Generalibus, quam Provincialibus latas, contra revelantes coram Saecularibus Secretum Religionis, ut frenent ora Sua, potius Spiritualia colloquia habeant cum Benefactoribus, apud quos morantur, quam effrenato ore illos Scandalisent, quia Strident aures Nostrae apud aliquos post inchoatum Officij Nostri munus commorando Benefactores, qui Cuiuslibet respective Conventus Secretorum Noti, vix non Specificantes Personas Religionis Nostrae a quibus ea audiverunt; Proinde Mandamus omnibus tam Patribus, quam Fratribus, ut habeant prae oculis Maledictionem SSmi

Patris Nostri Latam contra eos, qui Confundunt Religionem et destruunt Benefactores effrenato ore; cuiuscunq ij Sint gradus, pro eiusmodi transgressione Statutorum et Scandali Saecularium, nouerint se a Nobis Seuere iuxta Statuta, tam Generalia quam Prouincialia, Secundum qualitatem delicti puniendos. Hodimus insuper quod Si associatus alicui ex Patribus ad Benefactorem Frater audiuerit delinquentem in eiusmodi reuelatione Secreti Religionis, et Nobis eundem non detulerit, Nos autem aliunde id resciuerimus, eos in hoc delinquentes, grauiori poena cum puniemus, deferentes autem Nobis, Speciali Fauore prosequemur.

16to Quoniam per Dei gratiam cessarunt motus Conturbantes Regnum Nostrum, qui mouerunt plebem Polonam propter Conseruandam uitam, ut fugiant tanquam à facie arcus ad Ecclesias Cum Cistis (quae etiam nunc patent in Oculis Nostris) ideo ideo mandamus Superioribus Localibus, ut eiusmodi tollant ex Ecclesijs abusus, praemoneantq depositurios ut recipiant quod de Iure ad eos Spectat; quod Si recipere noluerint, in Conspectu eorum efferri humiliter Sine Laesione Faciant tanquam Mensas ementium et uendentium, ne Domus Dei domus Orationis Sit domus ementium et uendentium.

17mo Aduertimus etiam hoc in aliquibus Conuentibus, quod translati Superiores ex uno Conuentu ad alium consueuerint auocare Familiam, ex anteriori Conuentu ad Proprios Conuentus, quod fit cum maximo detrimento illius Conuentus Spoliati Familia, et est contra Charitatem et ius naturae, quod prohibet alteri id facere quod nolet Sibi fieri, ideoq eos monemus, ne id faciant, post iusta allegata ob iniuriatis, et probata à Nobis Puniendos.

Haec Sunt Pastoralis Curae et Sollicitudinis Nostrae erga Vos Patres ac Fratres Dilectissimi Stabilimenta, quae ut eo facilius memoriae tradantur, ac opere compleantur, Volumus ac praecipimus ut hae Nostrae Ordinationes, quam primum ad manus Superiorum Localium aduenerint in plena Communitate perlegantur, ac in Libro Seorsiuo transcribantur, perlectae et transcriptae remittantur per Fidelem Nuntium ad Conuentum Viciniorem iuxta Ordinem Cursoriae à tergo positae; Insuper ut Cum Statutis Prouincialibus duabus uicibus in anno, uidelicet post Festum Omnium Sanctorum, et post Dominicam Septuagessimae Legantur, ne in Codice Solum, uerum et in Corde mente que Leges Seruandae habeantur. Valete PP. ac FF. in Visceribus Iesu Christi Charissimi nostri in Suis Orationibus non immemores. Dedimus ex Conuentu Nostro Grodicensi ad Ssimum Nomen Iesu, cum appositione Sigilli Officij Nostri et manus die duodecima Mensis Iunij Anno Domini 1719.

Fr. Nicolaus Barenkiewicz
Minis. Pro: mppa

Fr Nicolaus Barankiewicz.
Ord: Minorum S: P: N: Francisci Regularis Observan:
Sacræ Theologiæ Lector Prædicator Generalis
Almæ Provinciæ Majoris Poloniæ
S. Mariæ Angelorum
Minister Provincialis & Servus.

Adm Reverendis. Adm Vndis. Mtm Vndis. Vndis,
Cæterisq; Omnibus & Singulis Patribus ac Fratribus, in Vi:
Sceribus Jesu Christi Dilectissimis.

Salutem in Eo qui est vera Salus.

Ab æterno Æterni Patris Filius. æqualis Patri, volunta:
tate Antecedenti volens Omnes Salvos fieri, tanquam Gigas ad:
currendam viam exultavit, descendendo in Solum, ut mundus Salvetur
per Ipsum: Cumq; Factus esset Homo Deus, primam dulcissimam emisit
vocem; Non veni vocare justos Sed Peccatores, & in perditis peccatoribus
inveniendis, maximam reperiebat consolationem, ut qui inimicus factus
Patris Æterni per peccatum, Eundem non desierit reconciliari, Eidem Pa:
tri Æterno per passionem Suam, qui longe aberraverat per viam pravam
à Suo Centro, Eundem quæsierit per vicos & Plateas (tanquam Sponsus Animæ)
quem diligit ut Eundem redimeret, pretiosissimo Sanguine, qui inter Scyllas &
Charibdes Errorum Cuiuscunq; Sectæ vel Hæresis erraverint à via Salutis æternæ
Eos quærere non desijt, donec inventos tanquam Pastor accuratissimus in
humeris Suis Ovili Ovium reportaverit. Totumq; ingratulabundum Sibi
exoptando Mundum, de Errabunda & inventa Ovicula, quod Lupi Infernalis Non
perierit morsibus. Gaudium quoq; indicavit Cælo & Angelis, de pæni:
tentia Unius peccatoris Pænitentis, Ore Sui Præconis & Evangelistæ. Gaudium
erit in Cælis coram Angelis Dei Super uno peccatore pænitentiam agente,
magis quam Super Nonaginta Novem Justis, qui non indigent pænitentia.
Cum autem Sanctissimus Patriarcha Noster Sanctus Franciscus, Ordinem
Nostrum Seraphicum, instituerit in Salutem Animarum, Pretioso Sanguine Christi

redemptarum

redemptarum. Cultoresq; Nos vineæ Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, & tanquam Preco-
nes vocantes peccatores ad pœnitentiam agendam esse voluerit. Proinde cupientes
ut Unusquisq; Conventus Provinciæ Nostræ Observantis gaudium Angelis Cæli
præpararet, peccatores revocando in viam Salutis æternæ, maximè verò Hære-
ticos, tam Calvinisticæ, quam Lutheranæ Sectæ (quibus proh dolor! Inclitum Re-
gnum Nostrum plenum est) enixè postulavimus ab Illustrissimo & Rndmo Nun-
tio Apostolico à Latere feliciter regnantis Clementis Papæ Eiusdem Nomi-
nis XI misso, pro Officialibus Provinciæ Nostræ de præsenti & pro tempore, iuxta
temporum & Locorum exigentiam existentibus, ut ad Animarum Salutem potius
valeant facultate absolvendi ab Hæresi & alijs gratijs, Cui postulationi Nostræ
inclinatus. Infra Scriptis prædicta privilegia per Suum Diploma, Pius Pater
Nobis indulsit, Cujus tenorem de Verbo ad Verbum vobis Patres ac Fratres Dile-
ctissimi præsentibus, cum facultatibus introsertis transmittimus, Monentes in
Domino, ut præsentibus gratijs ad Animarum Lucra, non verò ad perniciosam
Curiositatem, maximè quo ad Libros prohibitos Legendos utamini.

Hieronymus Grimaldus DEI & Aplicæ Sedis
Graã Archieppus Edessenus. Sanctissimi Dñi
Clementis Divina Providentia Papæ Eius No-
minis XI. Prælatus Domesticus & Assistens,
Eiusdemq; & Sanctæ Sedis Aplicæ in Regno Polo-
niæ & Magno Ducatu Lithvaniæ cum facultatibus
Legati de Latere Nuntius.

Dilectis Nobis in Christo R.R. P.P. Custodi Sive Guardiano in Con-
ventu Posnaniensi, Necnon S. Theolog. Lectori Tertio Actuali, atq; Prædicatori
Germanorum. Itidem in Conventu Costensi Guardiano & Prædicatori Ordina-
rio. In Conventu Wschovensi Guardiano, necnon Prædicatori Germanorum
ac Altero Missionario. In Conventu Cobilinensi Guardiano & Prædic:
Ordi: ac Altero Missionario. In Conventu Callisiensi Guardiano &
Lectori Philosophiæ primo. In Conventu Rotopoliensi, Guardiano &
Prædicatori Ord:. In Conventu Varthensi. Guardiano & Præd: Ord:. In Con-
ventu Bidgostiensi Guardiano & Lectori Philosophiæ primo. In Conventu
Kasimiriensi. Guardiano & Magistro Novitiorum. In Conventu Novens.
Guardiano & Prædic: Ord: In Conventu Svetcensi Guardiano & Præ-
dicatori Ord:. In Conventu Sieradoviensi Guardiano, & Prædic: Ordin:
In Conventu Cosminensi Guardiano & Prædic: Ord:, ac Adm Vndo P. Ber-
nardino

nardino Meysner Praed: Gnti. In Conventu Gorcensi. Guardiano & Praedicatori Ordinario. In Conventu Grodicensi. Guardiano & Praedicatori Ordi: In Conventu Ostrzeszeviensi Guardiano & Praedicatori Ordi: In Conventu Polanecensi. Guardiano & Praedicatori Ordinario.

In Conventu Varsaviensi Custodi seu Guardiano, atq; Sacrae Theologiae Lectori Tertio. In Conventu Loviciensi Guardiano ac Philosophiae Lectori primario. In Conventu Skepensi Guardiano & Praedi: Ord: In Conventu Lubaviensi Guardiano & Praedicatori Ordinario. In Conventu Prasnensi Guardiano & Praedicatori Ordinario. In Conventu Warterburgensi Guardiano & Praedicatori Ordinario. In Conventu Blagseviensi, Guardiano & Praedicatori Ordinario. In Conventu Lanciciensi. Guardiano & Praedicatori Ordinario. In Conventu Petricoviensi, Guardiano & Praedi: Ordinario. In Conventu Vidaviensi Guardiano & Praedicatori Ordinario. In Conventu Ostrolecensi, Guardiano & Praedicatori Ordinario. In Conventu Sprinbornensi. Guardiano & Praedicatori Ordinario. In Conventu Cadinensi. Guardiano & Praedicatori Ordinario. In Conventu Ratoviensi Guardiano & Praedicatori Ordinario. In Conventu Ciernicoviensi Guardiano & Praedicatori Ordinario. Ordinis Minorum S. FRANCISCI de Observantia.

Salutem in Domino Sempiternam.

Petitio pro parte Vrâ Nobis humiliter porrecta continebatur, qualiter ad Animarum Salutem procurandam, Haereticos & Schismaticos absolvendi & recipiendi licentiam Vobis concedere dignaremur.

Nos igitur quibus imprimis Cordi est, ut Omnis Haeretica pravitas, è mentibus hominum tollatur. Ovesq; aberrantes ad Caulam Dominici Gregis Sedulò adducantur; quiq; Summopere cupimus, ut Sancta Catholica & Orthodoxa Fides ubiq; floreat & augeatur. Authoritate Aplica, qua in hac parte fungimur tenore praesentium Vobis Supra Scriptis R.R. P.P. Ordinis S. Francisci de Observantia, de quorum pietate, doctrina, Morum integritate, & Catholicae Religionis Zelo plurimum in Dño confidimus, ut Omnes & singulos Utriusq; Sexûs qui nunquam in Adulta Aetate Fidem Catholicam fuerunt professi; Nec fuerint ex Locis in quibus Sanctum Officium exercetur, Haereticos & Schismaticos, ad Vos Sponte venientes, à Suprascriptis Excessibus, & Excommunicatione, aliisq; Ecclesiasticis Censuris, quas propter Haereses & Schisma, ac Errores Hujusmodi, quomodolibet incurrerint, dummodo Corde Sincero, & fide nonficta, Haereses, Schisma, & Errores hujusmodi, in Sacramentali Confessione

verbo defestati:

Verbo detestati fuerint, Anathematizaverint, Abjuraverint, atq; praestito per ipsos juramento, quod talia deinceps non committent, nec committentibus aut ipsis adhaerentibus auxilium, favorem, vel Consilium praestabunt, Iniunctâ Eis, & Eorum cuilibet pro modo Culpae poenitentiâ Salutari, & alijs iniungendis in foro Conscientiae tantum (citra tamen ullam habilitationem vel dispensationem) à Suprascriptis Excessibus & Censuris absolvere, Et in gremium Sanctae Matris Ecclesiae, libere & licite recipere, & conciliare possitis & valeatis, dummodo ad Confessiones audiendas ab Ordinario Loci fueritis approbati, Licentiam & facultatem Concedimus. Insuper Vobis facultatem damus absolvendi à Casibus Sanctae Sedi Aplicae reservatis, Etiam in Bulla Coenae Domini Contentis, Ita tamen ut hac facultate quo ad Casus in Bulla Coenae Dni Contentos, uti non possitis, nisi in ijs Locis ubi impune grassanc Haereses.

Tum Omnes & quoscunq; damnatorum Authorum Seu alios quomodolibet prohibitos Libros, & in Indice Romano Librorum prohibitorum damnatos ad effectum eos impugnandi (praeter opera Caroli Molinei, Nicolai Machiavelli, & Libros de Astrologia iudiciaria, principaliter vel incidenter, Seu alias quovis modo de eo tractantes, Ita tamen ut Libros hujusmodi Secreto & sub Clave teneatis, ne ad aliorum manus deveniant, & dummodo & Provincijs Regni Poloniae non efferrantur) tenendi & legendi.

Non Obstantibus &c: Praesentibus ad biennium à Data praesentium duntaxat valituris. In quorum fidem &c: Datum Dresdae 23. Augusti 1719

Hieronymus Archiepps Edesenus.
Nuntius Apostolicus. mpr

L. ✠ S.

Jacobus Buzzius Secretarius mp

Monemus autem ut animadvertant Supradicti Patres (quam animadversionem etiam Nostri Antecessores Dignissimi Supersimili facultate fecerunt introscriptas facultates non personis, (exceptis expressis) Sed Officijs Eorum annexas, ita ut si illorum aliquis moriatur (quibus optimam exoptamus incolumitatem) vel mutatus fuerit ab Officio, Eorum Successores eodem gaudebunt privilegio, inter tempus Bienny ab inscriptione Diplomatis.

Et quoniam horror pestiferae Luis percutiat aures Nostras, proinde Divinam exorare mandamus Majestatem, ut Eandem ab Inclito Regno.

Nostro

Nostro avertere dignaret. Proinde in Missis tam Lectis quàm Cantatis, tam Festivis, quam votivis (Excepta Missa de Immaculata Conceptione ac Requiem) dicatur & Cantet Oratio iuncta cum Oratione diei Sub una Clausula, de Mortalitate Seu avertenda peste. Fratres verò Clerici ac Laici Speciales faciant devotiones & mortificationes, ac Communiones Sacras, cum ferventi pietate in hunc finem offerrant.

Multis in Conventibus reperimus ignorantiam Obitus Patrum ac Fratrum Provinciae Nrae, quorum aliqui Statim post Capitulum Celebratum, immediate fatis Cesserunt, & hoc ob incuriam & Supinam negligentiam (& DEUS iudicet Si non ob malitiam) Patrum Superiorum Localium, qui immemores Fraternae Charitatis, negligunt Cursoriales Literas, fideliter accito, Secundum praescriptum Statutorum & mandati Nostri remittere; Proinde Eos obsecramus per viscera IESU Christi, ut misericordiam praestent Defunctis Fratribus, citoque remittant ad propinquos Conventus pro Eis Cursorias, Ne ob Eorum retardationem Purgatorij poenas protractas Sustineant. Literas quoque à Nobis Ordinatas & per Conventus missas ad PP. Adm. RR. Provinciae Patres Dignissimos, quam ad Superiores Locales aliquorum Conventuum, agnovimus etiam detentas fuisse, quae fuerunt in arduis negotijs Scriptae. Detentionem itidem à Patribus Locorum Superioribus aliquibus Obedientialium; Patribus & Fratribus à Nobis Ordinatis ad alios Conventus pro majori Satisfactione Eorundem reperimus, quod iniustum Seu contra iustitiam facere iudicamus, quia detentores Subiectorum, detrimentum faciunt alijs Conventibus. Ideò monemus Eosdem Superiores Locales ne id facere praesumant, ne forte repertum aliquem Eorum in Simili crimine Exemplar dederimus, Severitatis Nostrae, prout de facto in aliquibus hanc praesumptionem punitive vituperavimus.

Valete itaque Patres ac Fratres, in visceribus IESU Christi, Dilectissimi Nostri, In sacris Orationibus non immemores.

Dedimus ex Conventu Nostro Cadinensi Ad Sanctum Antonium. Anno Domini 1719. Die Veri Mensis 7bris 19.

Fr Nicolaus Mnr Prlis.

mpp

L. ✠ S.

F. NICOLAVS BARANKIEWICZ
Ordinis Minorum S.P.N. Francisci Regularis Observ.
Sacræ Theologiæ Lector, Prædicator Generalis
almæ Provinciæ Maioris Poloniæ S. Mariæ Angelor.
MINISTER PROVINCIALIS
et SERVVS.

Admodum Reverendis, Admodum Venerandis, Multum Venerandis Collen
Omnibus et Singulis Patribus ac Fratribus in Vicariatu Jesu Chri
Dilectissimis Salutem in eo qui est vera Salus

Vti nuper in Lezniano Capitulo Provinciali Capitulo, pro Capite nostro ultra
et mentem Regulæ nostri non ambirent et exambirent affectare, non honore
horrare imbecillitatem nostram primi et optimi existimassemus, nisi hi
forent Dei Omnipotentis Majestatis, non inuenire digni sed creare quasi ex
nihilo subditi, ad Superiorale gloriæ Sacramentum eleuare homines, cælesti
dono suppleri meritæ. Quare sub tanti Judicis Majestate tam beneficio attonit
quam exhortæ meritæ Sacro huic sed quia Atlantico Nostro Subsidemus onori
et honori humero, illud Proclamantes Providentiæ Diuinæ infirma mundi
eligentis, ut confundat fortia, Dominus illuminatio nostra. Regere singulari
aliquis Sacrum hoc authoritatis pondus, imbecillitati nostræ insuperabilis in Con
ventu Vschouensi, ad Diuinissimi Nutritij (hoc est Josephi) ædes, cui
sicut hoc anno meminus, in sinum gratiæ Filii, ita almam hanc Provinciam,
in suis manibus fouendam collocauimus, utpote Maior inde Poloniæ,
eminentior apparat, non aliter, quam Josephi elucebat manibus, cum ne
ipse homo-Deus aliud Propitium amauit impensius, quam Patrimas Josephi
ulnas, subdi enim ei gestanti Regem Cælorum, ipsum est exambire cælum. Ideo
adeo in nobis ad Diuinissimi Nutritij Patrocinium, inter hæc etiam de
crescentia tempora (ubi oneratum non honoratum me putauimus) nitrum
augmentum, ut proficere et prosperè quantum per tenuitatem nostram licuit,
peragenda Speciali-Diuina agente gratia peregerimus, quapropter Sanctum
eum dicimus, quemcunq; quiescunq; in suos manus fouendum desiderit Pater
nec melius uberum acquirere calcar, quam qui ad eius admittitur gremium.
Jam tandem Lustratio hæ Pietatis omnibus Conventibus, ad alia agenda
Intermedij Capituli dum descendimus in Conventum nostrum Pyrenensem
ad S. Jacobum Maiorem, Minorum Fratrum Maiorem patrem in alma Provin
cia nostra conuocare fraternè properauimus, ubi locum Conuocationis elegimus.
Spes est autem, quod Diuinissimus hic expostulus non fulminibus (Jovis
tris licet dicatur filius) sed gratijs nos saciabit, dum Incolumes
Patres ædi Reverendos, Admodum Pudor, de cursore Venerabilis Definitorii
salutauimus, cæteraq; officia nostri temporis Apostolico Zelo Observantiæ
Regulæ exhorruimus, et perstrinxeramus. Quæ propter futurum Intermedium
Capitulum in Prænominato Conventu proximè celebrandum omnibus et sin
gulis, huius almæ Provinciæ nostræ Patribus ac Fratribus denuntiamus.
Quod autem actum hunc celebrare perdurmamus Liberum de Reperiendis eam
Reverendissimi Patris Vice Commissarij Generalis Superiorno nostri Collendissimi
videndam et legendam porrigimus, tenoris sequentis.

Fr LAVRENTIVS A S. LAVRENTIO
Ordinis Minorum Regularis Obseruantiæ S. P. Francisci
Lector Iubilatus, Discretus Perpetuus Ordinis, Sacræ Congrega:
tionis Indicis Consultor, Supremæ, atq Vniuersalis Sanctæ Roma:
næ Inquisitionis Qualificator, ex Sacri Montis Sion Guardianus,
et in hac Cismontana Familia.

VICECOMMISSARIVS GENERALIS
et Seruus.

Reuerende Pr Minister Nostræ Obseruantis Prouinciæ Poloniæ Maioris.

Vigore præsentium facultatem impartimur, quatenus accedente Consensu PP. Diffi:
nitorij, tempore opportuno cum eisdem Congregationem intermediam celebrare
ualeat. Volumus autem ut ad Regimen Conuentuum non nisi Religiosi fama,
uita, zeloq præstantiores promoueantur, et præsertim qui uitam Communem,
ac Regularem Obseruantiam prosequuntur. Seruetur iustitia distributiua, quæ
pacem in Prouincijs et Fraternam inter Religiosos Concordiam confirmat; Ante
electionem peragantur, quæ de Iure peragenda sunt, et præcipue Circa Obserua:
tionem Constitutionis Apostolicæ Nouissimè Sanctæ Memoriæ Innocentij XII.
de Celebratione Missarum, nec non circa exercitia Spiritualia, Sicut iam à Nostris
Prædecessoribus ordinatum fuit, et Nos iterum Ordinamus. Inculcamus in:
super in electione Guardianorum Obseruantiam Constitutionis Apostolicæ Fe:
licis Recordationis Vrbani VIII. Militantis Ecclesiæ quæ restituendo Candore
nuncupatur; et pro Conuentibus Recollectionis Obseruantiam pariter manda:
mus omnium, quæ in Constitutionibus Generalibus de Anno 1646 confirmato
in forma Specifica a S. mem: Innocentij X. Statuta sunt; Ac deniq cætera omnia
præmittantur, quæ de iure præmittenda sunt, ad Canonicam Electionem,
Patres uero Diffinitorij ipsa Congregatione Celebrata, teneantur ad Nos atte:
stationem, esse omnia et singula obseruata quæ hic Obseruanda iniunguntur.
Datum Romæ Ex Aracæli die 30 Mensis Decembris Anni 1719.

Fr Laurentius a S. Laurentio
Vice Commissarius Generalis
mppa

(L S)

De Mandato Suæ Pati Reuerendissimæ
Fr Bartholomæus de Vlsinio Secretarius Generalis
mppa

Obtenta igitur eiusmodi licentia Adm Reuerendos Ex Ministros ac
Prouinciæ Patres Adm Rndum P. Custodem Custodum, Adm Reuerendos PP.
Neo Iubilatos Adm Vndos PP. Diffinitores Actuales Fraternè ac humanissimè
inuitamus ad præfatum Conuentum Prasnensem, ut auxiliante Deo in bona
incolumitate, quam ijsdem Paterne exoptamus compareant, Die 29 Mensis
Iunij in festo Scilicet Petri et Pauli, hora non præfixa, utpote quaq eosdem
cum amico expectaturi amplexu: Monentes ac mandantes, omnibus Locorum
Superioribus ac eorum Vicarijs nec non præsidentibus, ut apud illos Adm Rndi
Adm Vndi PPri de Corpore V. Diffinitorij, ad destinatum Locum tendentes ac
redeuntes, ea qua par est charitate, reuerentia, et humanitate excepti, omnimodam
commoditatem reperiant et experiantur, omnia quæq necessaria pro itineris
commodo (prout obseruantiæ nostræ exigit pauperies) sine quibusuis excusa:
tionibus ijsdem prouideant. Mandamus etiam Locorum Superioribus et Mo:
nialium Confessarijs, ac Præsidentibus, quatenus omnes singuliq resignationem

Suorum Officiorum ad manus nostras et V. Diffinitorij in scripto transmittant
Simulq computum elemosynarum hoc anno perceptarum, expensarum, ac Restan-
tum fabricæ, tum Pannificinarum ubi extant. Computum quoq Missarum ab-
solutarum ac derelictarum sub suo regimine ad absoluendum, siue a suis Ante-
cessoribus, adquæ omnia obligantur etiam Præsidentiarum Nostrarum PP. Præsid.
Item testimonium PP. Discretorum uniuscuiusq respectiue Conuentus, manibus
proprijs subscriptum et sigillo Conuentus firmatum, de uita communi PP. Superio-
rum Localium, charitatiua morigerata, et boni Regiminis Capacitate. Nec non
Calculationis ad præscriptum Statutorum factæ, utrum præsentes eisdem semper
adfuerint Dni Syndici a quibus authenticum simul cum PP. discretis desidera-
mus testimonium, de factis exacte calculationibus. Specificent Superiores debita
ab Antecessoribus derelicta, tum quæ per D. Syndicos persoluta sunt tempore
sui Regiminis. Item debita personalia si quæ contraxerunt de præsenti.
Elemosynarum quoq quantitatem pro Panno conficiendo ad Pannificinas transmis-
sarum ac restaurationis Conuentuum, si quam fecerunt, uel facere curaue-
runt. Tum etiam, Instrumenta Artificialia, Mensatoria Fabrilia et eiusmo-
quæ in eorum conuentibus reperiuntur connotent et connotari faciant, per
specificam Polonico idiomate descriptionem ne pereant. Requirimus
testimonium, a Singulis Conuentibus ac Præsidentijs de peracto à Singulis
Patribus ac Fratribus Exercitijs Spiritualibus, ac de Obseruantia Statutorum
Generalium Conuentus Recollectionis attingentium. Insuper ex Nouiciatibus
Nomina et Cognomina Fratrum Professorum post Capitulum immediate Celebra-
tum, et Professandorum hactenus in proba permanentium, annotata die ingressus
et Professionis à PP. Adm Vndis Magistris conscripta desideramus. Item
Superiores Locales connotari faciant Supellectilem Infirmis, Hospitibusq
præparatam, siue per se siue per Antecessores suos, ac Prouisionem Annonæ,
quietationem familiæ, Charitatem erga Domesticos, ac Forenses in Suppeditandis
Necessarijs industriam: Ac etiam de transmissis habitibus ac numero
eorundem ad Nouiciatum à Singulis Conuentibus testimonium requiritur.
Vrgemus etiam ut habeamus in Augmentario Conuentus, quem Ecclesiæ
de Sacristiæ Superiorum diligentiam, super quo et omnibus punctis expressis
præcipimus PP. Discretis ut fide ac Conscientia recta cum appositione
Sigilli se se subscribant, specificando illa quæ Laude uel uituperio digna
sunt sineq ullo respectu mandata exprimant.
Adm Vndi PP. S. Theologiæ Lectores (exceptis Adm Rndis PP. Neoiubilatis
quorum solertia optime patet Almæ Prouinciæ Nostræ) ac M. V. Patres
Philosophiæ Lectores, de sua solertia, studij profectu ac Disputationibus
Publicis, tum Priuatis, testimonium transmittant, pariter et iudicia suorum
Discipulorum, quo ad speculationem et Prædicaturam, de uita et moribus quo-
rum Conscientias, ut sine partialitate id præstent oneramus. Pariter et
Patres Prædicatores idem testimonium authenticum, de uita et moribus ac
utilitate Auditoris exemplaritate in Choro, et Foro, diligentia transmittant.
Ac prout in Pastoralibus Literis Nostris serio Mandauimus. Omnium

Conuentuum Patribus Prædicatoribus, ut res scitu et memoria dignas in Archiuijs conscriberent, sic his præsentibus præcipimus, ut earundem rerum Roueter in Archiuijs Conuentus in tertiarum transumptum (quod serio præcipimus) transmittant quatenus ea ad R.P. Joanni Kamienski Ex Ministro Prouinciali, Custodi Cracouiensi, ac Patri ac Chronologo Prouinciæ Meritissimo inserenda Archiuio Generali tradere valeamus.

Aduertimus uisitando singulos Conuentus Sapinam (proh dolor) negligentiam Superiorum Localium et Deus auertat ne ei sit iuncta malitia, in transmittendis Curzonijs notificantibus obitum PP ac FFrum. Vt autem singuli Conuentus habeant notitiam eorum qui hoc anno obierunt seriem illorum hic apponimus.

In Conuentu Rotopoliensi A.V.P. Sigismundus Missionarius P.C. Costenski Relig. Fr Gabriel Suetcensis Clericus Perpetuus. Lancicensi Adm. V. P. Franciscus Obidowski C.E. acta Guardianus. Nouensi M.V.P. Andreas Gaikowski et Bernardus Posnaniensis. Lubauiensi Fr. Ivo Rogozinski Rotopoliensi Fr. Paulus Ecler Laicus. Plocensi A.V. Berardus Zawadzki Cra: dicensi Adm. V.P.S.T. L.D.H. Angelus Piarski acta Guardianus. Varsauiensi Fr. Paschalis Lowicianus Laicus. Posnaniensi M.V. Pater Bonauentura Ostrorogouius. Cobilinensi M.V.P. Casimirus Ostrzeszouius acta Guardianus. Bidgostiensi Rndus Dnus Stanislaus Slopanowski Tertiarius. Skempensi Rndus Dnus Josephus Orlowski Tertiarius. Adm. V. Pr. Hieronymus Bulgarinus, in sua Prouincia Bulgarensi. Cieriniacouiensi A.V. Pr. Daniel Rothowicz P.C. et M.V. Pater Augustinus Dominikowski. Gostanensi A.V.P. Petrus Vielunius. Ostrzeszouiensi Adm V. Pater Ladislaus Pudlecki P.C. Plocensi R.P. Paschalis Białobrzeski Laicus. quos Conuentuales suffragijs omnibus et singulis qui hactenus de eorum obitu notitiam non habuerunt recommendamus.

Prohibemus autem ne ulli Patrum ac Fratrum tam Superiorum quam Subditorum ad Locum Conuocationis liceat accedere sine expressa a Nobis licentia sub pœna Apostasiæ, ijs solum quos inuitauimus, ac quos speciali litera uocauimus, tum eis quos præsentibus inuitamus. Scilicet M.V.P. Plaidum Relicti Conuentus Skempensis Guardianum cum Obligatione Prædicandi In Festo SS. Apostolorum Petri et Pauli. Adm. V. P. Laurentium Jaroslauium P.C. Custodem et Guardianum Conuentus Varsauiensis cum onere Prædicandi 30. Junij Scilicet Dominica Octa post Pentecostes A.V.P. Joannem Capistranum Szyszecki P.C.D.H. Conuentus Posnaniensis Custodem et Guardianum cum munere prædicandi 2 Julij Scilicet in Festo Visitationis B.V.M.

Quod si autem aliquis casus (quem auertat Deus) euenerit in aliquo Conuentu sub tempus intermedij Capituli, tenebuntur PP. Superiores Locales qui erunt præsentes, ac PP. Discreti, per Epistolam et Fidelem

Nuntium de eiusmodi eventu praemonere, et certiores Nos totumq V. Diffinitorium reddere. Praecipimus etiam Locorum Superioribus, quibus Officium Guardianatus exspirat, ac etiam PP. Vicarijs quos praesentibus literis Praesidentes Constituimus in Absentia PP. Guardianorum, ad Locum Convocationis discessurorum, ut non Segniter neq otiosè procedant in suis Officijs, sed omnimodam adhibeant curam, circa aeconomiam, ac Cultum Divinum, ut Supervenientes PP. Guardiani, omnia optimè gesta ac disposita, illorum diligentia inveniant.

Ut vero praeintenti Intermedij Capitali Negotium Sub Omnipotentis Dei, Sub Sanctissimae Genitricis Dei auspicijs, utq Visitatio eius Custodiret Spiritum et Corda Nostra, Sub Beatissimi Patriarchae Nostri S. Francisci Patrocinio, ac Sub aliorum Divorum Indigetum Nostrorum tutella, Felicem assortiri eventum, Obsecramus Paternitates ac Charitates Vestras ut in Orationibus Vestris, tam Publicis, quàm privatis, Conatum Nostrum iuvetis. Tandem ut praesentium notitia faestina in unoquoq Conventu habeatur, mandamus Singulis Superioribus, Sub gravissimis poenis, ac in eorum absentia Patribus Vicarijs et Praesidentibus, quatenus praesentibus Invitatorijs in plena Communitate Capitulariter congregata perlectis et descriptis, cum annotatione diei receptionis, et transmissionis, easdem ad vicinorem Conventum, iuxta Cursoriam ad extra annotatam, sine ulla detentione et mora per fidelem Tabellarium transmittant. Valete Patres ac Fratres in Christo Jesu dilectissimi, Nostri in Sacris Orationibus Coram Altissimo non immemores. Dedimus ex hoc Nostro Conventu Prasnensi ad S. Jacobum Apostolum Anno Salutis 1720 die 30 Mensis Aprilis

Fr. Nicolaus Minister Provincialis mppa.

L. S.

Fr NICOLAVS BARANKIEWICZ

Ordis Minorum SPN Francisci Regularis Observanc.
Sacræ Theologiæ Lector Prædicator Generalis
Almæ Provinciæ Mai. Pol. S. Mariæ de Angelorū

MINISTER PROVINCIALIS
& SERVVS.

Adm Rndis Adm Vndis M Vndis Vndis Sāteris q̄ omnibus et sin
gulis Patribus ac Fratribus in Visenb̄ DNI Xti Dilectissimis

Salutem in eo qui est vera Salus

Sicut bonum Consilium, in omni Republica faustos consequit exitus ita inter Sora
phici gubernacula Gregio congregata nuper maturica Consilia multo utiliore
sortiri finem non dubitamꝰ, quæ regularem disciplinam corroborent, vir
tutum integritatem conservent bene exorientem Vitæ Sanctitatem ad aperio
ra ducant incrementa Salutis. Ipsemet Creator Omnium Deus postqm pulchro
ordine Universi huius Machinam nulla deliberatione præcedente effornavit ad
solius hominis fabricationem, cum quadam deliberatione ausus fuit Nam Naturæ
Nræ condidit velut instrum q̄dam Regno administrando idoneū quasi dice
ret Creatꝰ est homo cum Consilio ut cum Consilio viveret et cætera ordinaret
In huius finem et Nos Consultꝰ impromis Sāpmo Numine Interpedij Capitali
locavimꝰ Consilia in Conth. Nro Krasnen ad S Jacobum Maiore. ut hic tāqm Joni
træ filij Salvatoris ore nuncupatus a Minoritica Nra Republica Minus felices
dispiceret exitus Ipseq Divinorū arcanorum Abyssus Visitans Elizabetha
Maria (intra cuius festivitatē actꝰ interpedi Congreg. peragebat) deduc
cat in Montana Felicitatis, præintento opus, ascensionū quasi in corde
suo ēis posuit Vnble Desiderium Et nos Vobis Præsidibus in Visenb̄ DNI
dilectissimi hac Nra innotescentiali ac Pastorali litera ad Veniam
observantiam denuntiamus Et Quidem

Imo Compertum est et Auditorio fausang quod in aliqb̄ Conth̄ tam Superiores
q̄m Subditi non persolverint Spualia exercitia Proinde Vnble Diffini
torium pro tanto contemptu Summorum Pontificum Statutorum Gnalium
Ordinachm Superiorum Generalium ac Provinciālium pœnas eisdem et gradū gravis
simas a Pte Rdmo Prōlo in Canonica Visitatione infligendas
commisit. Quodsi autem Cōgntis annis non persolverint tam Superiores q̄m
Subditi in singulis Conth̄ exercitia Spualia unavice q̄libt Anno (exceptis
Conventib̄ Recoll. ubi bīpliciā eadm exercitia) vel absolverint quidem sed
perfunctorie et ad oculum tantum clandestine autem cum aliis confabulan
do (prout notatꝰ in hoc habemꝰ aliqos Superiores) a se a Divinis officijs
in choro persolvendis absentando à qb̄ nemo tempore recollectionis absolut

Sciant se Superiores Locales in futuro Deo dante capitulo voce activa priuan
Inferiores vero in Domo Disciplinæ & maturandos tam diu qm̃ diuinis ab
venint ac inhabitandos ad omnia officia cum dignitate coniuncta aut
Notabilioris dignitatis exhiberi per ctos Pr̃os Provinciæ graviter
ercendos iuxta qualitatem transgressionis.

2do Repertus est etiam in eodem Auditorio Sanctæ, quod aliqui Conventus sint gravati one
Missarum ideirco Vnbile Diffinitorium commisit ctis Pr̃is Provinciæ ut transmis
nem Eleemosinæ ad Conventus viciniores et ad absolvendum aptiores dispo nat
transmissionem injungat. Eidem quoq; placuit V. Diffinitorio quatenus obligatio
Annonæ et Sanctiam in Conventu Schotten practicatam, transferat Pannificium
et Eodem Conventu ad Conventum Brodicen una cum instrumentis in Conventu Schot
existentibus cum hoc tamen addito ne Conventus præfatus Brodicen pro hoc bienni
vel pluralitate Conventuum quo ad Satisfactionem consectandæ Panni.

3tio Ordinavit Idem Vnbile Diffinitorium ob quasdam novas circumstantias gen
gentes et potissimum quia Sartores nescientes scindere pannum latitudinis ulnæ
rum duarum plurimum de panno destruebant ut deinceps juxta antiquam mensu
suram volumina panni conficiant vidlt latitudinis semi duarum ulnarum
starum longitudinis vero ulnarum triginta trium. Quantum autem ad pretium
hoc determinandum dent a Pctis Pr̃is Provinciæ per literas circulares, per eundem
facta investigatione pretii tam in Visitatione Sanctæ Conventuum Pannificinarum.

4to Item Idem V. Diffinitorium Ordinavit ut Vestes Novitiorum sint sub cura et Adm
rum PP. Magistrorum Novitiatus ultimus de quibus Superiores Locales Capellanum N
vitiatus providere tenebuntur.

5to Dedit Nobis Compromissum V. Diffm deponendi Patres Guardianos inhabiles
acceptandi resignationes prævijs processibus et resignationis similiter Confes
sarios Monialium mutandi juxta exigentiam ac Pres Phil. Lectores de Cp
nendi inhabiles, vel Scandalosos, ac etiam PP. Prædicatores de novo institu
di quod si necessitas exigerit.

6to Proposuit ctis Pr̃is Provinciæ præmianda merita quorundam Patrum Et quidem
mo ctis VV. Sapistranis Elect. S. Jh. Cr̃i Gnalem Sexennalem ~~et Vi Lectoratus qui~~
qui li et Vi Lectoratus Sexennalis Gnalis gaudeat Privilegio Diffinitorii Habitus
quo ad præcedentiam quia in hoc a multis ignorat ideo propter sua merita
declarat eundem Vnbile Diffinitorii esse Diffinitorem per aggregationem con
formiter ad Statuta Gnalia 2do Eodem titulo Diffinitoris per aggregationem
condecoravit V. Diffm Adm Vdo Pres Sr Stanislaum Sobanski Gnlm Prædi
et Stephanum Germam Præd. Gnlm ac tandem PctV Sapistranum Socium
Confes. Em. et laudabiliter officio Magistri Novitiorum functum.

7mo Idem Vble Diffm cui proposuit ctis Pr̃is Provinciæ Patrum præmianda merita con
coravit titulo Præd Gnis Adm V. Pe Antonium Pininski et VP Bernardinum Gaz
ski et V P Plac̃idum Relicki et VP Rochum Sieputowski. Titulo vero Syste
sarij Emeriti condecoravit idem Vnbile Diffm et V P Joannem Sapistranum Ko
linium et Adm V. Jacobum Tyszka et Adm VP Vincentium Lovecium et V

thaum Burkicwicz et Thomam Liberacki Quodsi predicti Pres abutant prefatis
titulis Vnble Dyson dedit compromissum et RP Nostro Prli ijsdem eosdem privandi.

2do Sum autem notum Nobis fuerit ex canonica Visitatione primaria huj Alme Provincie
Super peracta Superiores Locales magis deditos fuisse curis temporalibz qm eternis
magisve ad rem curantes quam mentem cum detrimento cultus Divini more eo-
rum quorum Deus venter est, ausuq proprio creabant sibi Provisores eosdem mittendo
ad conventibus, et ob absentiam eorum, Divinum Offm non ad prescriptorum Statutorum
persolvebatur cum scandalo Benefactorum scientium modum peragendi cultu Divini
in Ecclesijs Nostris proinde mandam, eisdem Locorum Superiorib ut abstineant ab
eiusmodi Missionibus, Patrum ac Fratrum pro Questuatione ultra assignatos Pro
visores sed quærant primo Regnum Dei et iustitiam eius et omnia adjuvent eis,
et attendant Divino Officio debite in choro persolvendo, quodsi autem in hoc delin
quentes invenerint tanqm Transgressores Mandatorum Nostrorum noverint se
a Nobis puniendos. Renovat etiam Statum, iam pridem a Nostris Predecessoribus
latum ut RP Superiores Locales, egrediendes v discedentes ex conventib per diem Na
turalem commoraturi et non reversuri sacim a Stubella et officinis relinquant
Patribz Vicarijs qui sunt Legitimi Superiores in absentia RP Guardianorum
et non Secularibus vel Fratribz Laicis, Quodsi autem in aliquo infideles v dessi
pantes Eleemosinas notaverint, eosdem Nobis deferre tenebunt puniendos pro
qualitate delicti: ac etiam Patres ac Fratres Egressuri ex conventib petant bene
dictionem a Superiorib, eisq dent rationem probandam v reprobandam quo egre
diunt v cuius rei causa etiam in Studijs sub pœna Apostasiæ, quodsi autem contingat
eos non reversuros, itidem per diem Naturalem claves tam a Stubellis qm a cel
lis relinquant penes Superiores sub pœna proprietarij et gravioris pro contumacia
et ratione delicti, in his tamen qualificatarum Personarum habeat ratio.
Mandamus insup ut Nullus Patrum v Fratrum audeat in Stubella v cella aliqua de
posita Benefactorum fovere etiam cum licentia Superiorum suorum, quam si ali
qui ex Subditis postulaverint eam dare Superiores non præsumant, ob aliquas
emergendas turbationes nisi forte sint Benefactores Notabiles et Spectabiles, ex quibus præ
standus sit favor ex quibus nulla possit segui perturbatio id concedere possunt Supe
riores Locales cum tutu tamen suorum Discreterum in communi depositorio modis liuis
et descriptis ab Antecessoribus Nris.

3tio Visitata eadem Provincia ac singulis conventibus eius compertum Nobis erat Supe
riores Locales equos multiplicare in suis respective conventibus, tollendo hunc abusum
renovamus antiquum Statutum, de non multiplicando equorum et observandum manda
mus eidem ijsdem conventib in qb existant fabricæ incheat & continuandæ ad pre
scriptum Statutorum. Tum etiam prout in Pastorali Litera Nra post Capitulum Schoverse
ad observandum proposuim, et non observatum reperimus in aliqb conventibus
Iterum proponimus et observandum mandamus ut granaria in cellis et super cellas
vetita et interdicta non fovearnt sub pœnis inobedientium, Ne forte qui noverint Nos
Agnum mitem noverint Leonem fugientem tanqm contra Transgressores Mandati Nri
ac contemptores Vblis Diffinitorij.

4to Jamdiu per Predecessores Nostros ac per sanciones V Diffinitorij nostrq Mandata pugi
ad singularia servitia introduci cœpiati sunt, iterum eos eliminam, et fovendos ad servitia
inhibemus, ne private Personæ eosdem foveant et fovere præsumant sub pœnis in sta
tutis latis qb qui ausi fuerint contravenire noverint se a Nobis puniendos habitis
tamen rationib Personarum in dignitate constitutarum nec penitus ad servitia pueros conventus

11mo Et quoniam transgressores antiquorum Statutorum in Visitatione canonica reperiu
multis in scriptis quæ intuli curavi Superioribus Localibus, ut singulis duobus Mensibus
exactam facerent calculationem Eleemosinarum perceptarum tum expensarum in
sentia Dominorum Syndicorum, ideo ne velamine quodam obtutam Nostra cognitio
tis vexatum videre habere videamur id circo moneo, et mando eisdem Superio
Localibus, ut nullo modo ultra binesse præsumere audeant calculationes differre Syndic
ab eis excludere, sub pœnis Nobis a Deo per compromissum datis puniendis, qui
sedulo invigilare conabimur per investigationem et regestorum revisionem in san
ca Visitatione. Mandamus Insuper ut simul cum calculatione Eleemosinarum
fiat calculatio Missarum ut pateat singulis et Rct VV. Patribus Discretis singulorum respec
vè conventuum gravatum quoe conventus onere Missarum Nobisq deferant ut ordinate
ledamus, modis iuitis et faulionibus easdem Missas persolvere conantine transgredia
Decretum de celebratione Missarum, in quo consuetudinis Superiorum Localium et Patrum
Discretorum oneramq. Volumus quoq ut Eiam Patres Præsidentes Præsidentiarum
idem faciant, Ut consentant Eleemosinas perceptas et Expensas ac Missas per
lutas et persolvendas Nobis in canonica Visitatione calculum reddituri neq de
a præsidentijs simul ambo ubi sunt et Prædicatores absentent sed semper unus ex
eis Domo præsit ob vitandum aliquod periculum et scandalum populi congregati
ad Divina audienda. Mandamus quoq Eisdem PP Præsidentib et Rsp Laicis Præ
sidentiarum ut Recollectiones persolvant in conventib Proximiorq et non in
Præsidentijs testimoniumq in scripto habeant a Superiorib Localib de rite et
exacte persolutis non simul omnes recedentes a Præsidentijs sed consequenter
unus post alium. Quod si in eisdem Presidentijs fuerit aliquot inquietum capu
ve Laicus se se frequenter inebrians familiæ turbator nimio deditq conversa
tioni Secularium, cum eisdem Præsidentes descendant ad proximiorem con
ventum ibiq per Discretorium sententiandq et a Superiore puniendq dictam
qualitatem deducti et præscriptum Statutorum.

12mo In Studijs Moralib PP Lectores Superioribus Localibus præstolent nec quicq
ubi præsumant authoritatem. Sed humiliter obtemperent ubi et quotes rationis
edient, etiam diebq quibq tradunt Lectiones, qui tenebunq legere Lectiones, Sua
ter in septimana Ut 2da et 4ta et 6ta Feria facta conventione cum PP
Actuum Lectoribus S. Theologiæ Speculativæ, quos Liberos facimus ab Hy
bdomada exceptis Vacationibus, tenebunq tamen interesse Missis Cantatis
ac Vesperis et Orationi tam Mentali qm vocali quotidie prout alios etiam
Speculativos antiqua obligant Statuta, quos Nos quoq exhortamur in Dno
ut ea servent præsintq Juventuti Exemplo. Diebq Festivis et Dominicis
in Missis Cantatis, et Vesperis ac Votivis Immaculatæ Conceptionis Com
munem Vitam tenere et communi Mensæ ubiq adesse propter exemplarita
tem eisdem obligamq, habitis tamen rationibq tam Personarum qm negot
orum. Studentes vero S. Theol. Moralis tenebunq adesse omnibus chori
tam diurnis qm nocturnis, et Professores eorum diebq festivis et
disciplinis, ad quas negligentes compellant. omniaq idem Studentes
ricorum officia obire, cum qb PP Lectores, ut Seminarij Patres Circulos fa
ciant. mores corrigant, Virtutes Religiosas corroborent, Deo et Nobis
et rationem reddituri. Volumus quoq ut PP Prædicatores
servent

servent ordinationes primariæ Pastoralis literæ Nostræ inviolabiliter Archi
via scribant quibus impunè non evadet negligentia non scriptorum Archi
viorum reperta in Auditorio Causarum Mandamus eisdem etiam ut libros
alios Conventus concernentes seorsivè in Bibliothecis reponant repositos con
servent, ad nostram dispositionem.

13tio Advertimus in Capitulo nuper celebrato Vschovæ Superiores Pannificina
rum non satisfecisse Conventibus confectura Panni pro unoquoque Contu quibus se sa
tisfacere obligarunt, proinde obviando eiusmodi inconvenientijs assigna
mus Pannificinas Conventibus Sl. Pannificinam Conventus Vattemburgen
Conventui Varsavien, Prasnen Osbolecen, Skempensi Lubavien Ratovien
Czerniacovien Sprimbornen Cadinen. Pannificinam vo Conventus Cobilinen
Conventibus Posnaniensi Bidgoscien Gorcensi Gotanecensi Ostrzeszovien
ac Varthensi. Pannificinam autem Conventus Costnen Conventibus Sl.
Vschovensi Novensi Svetcensi Loviciensi Rotopoliensi. Ad Pannificinam
autem Conventus Cosminen spectare Conventum Petricovien Vidavien
Zloczoviensem Calissiensem. Tandem ad Pannificinam Conventus Grodicen
Conventum Lanciciensem Sieracoviensem Casimiriensem. Monemusque
Superiores Locales, præfatorum Conventuum ut tempestivè Eleemosinas
mittant, ad Dominos Syndicos Pannificinarum prædictarum quatenus eisdem
mediantibus valeant lanam præparare, ad eorundem satisfactionem, Man
damusq omnibus Locorum Superioribus ne audeant ex eodem Panno, familiam
vestire vel alio eiusdem coloris neq ex veteribus habitibus vel Pallijs aut Tu
nicellis, et eiusmodi neq cuidam donare mutare, per se v per alium etiam
sub specie pietatis, et misericordiæ erga pauperes, et Peregrinos, sed fideli
ter ad Novitiatus remittant Ne sacer Ordo Noster per profanos profaneq, tran
sgressores huius mandati Nostri noverint se officijs privandos subditi verò
gravissimè puniendos.

14to Iniungimus quoq Locorum Superioribus, qui habent in Conventibus suis
Patres v Fratres artifices, cuiusq artis, ut eosdem advertant ne audeant quidqm
Sæcularibus elaborare secundum artem suam absq licentia Superioris quod si
autem adverterint eadem re eos privent, et pœna proprietariorum puniant
secundum præscriptum Statutorum. Et quoniam advertimus multis in
Conventibus Sanctam Consuetudinem et Legem a S. PP. introductam et Sanci
tam, ut Scutellæ seu Orbes laventur a PPbus et Frbus abolitam esse Ideo man
damus eisdem Locorum Superioribus ut eam renovent quam etiam Nos re
novamus renovatam servent omnesq Patres ac Fratres, secundum Ordinem
ad publicam Mensam per Lectorem Mensæ legi faciant, Ad lavandos Or
bes exceptis tamen quos excipiunt Statuta Provincialia tenebuntur ta
men hanc legem servare etiam Patres Prædicatores Novelli ob pacita
tem Patrum et Familiam.

15to Iam toties mandavimus et obsecravimus Eosdem Superiores Locales, ut
Cursorias denuntiantes Obitum PP ac Frm Nostrorum in Dno mortuorum, ut
non detinerent, et spectarent iustitiam Divinam ne eis qua mensura Men
si fuerint remetiatur, attamen ex Auditorio Causarum patuit, Nobis eorum
negligentia

negligentia. Proinde praesentibus iterum mandamus et obsecramus ut quam
Cursoria litera obitum alicuius Patris ac Fratris denuntians ad eorum pro-
venerit Conventum quantocius sine mora eam expedire conentur.
Patres etiam ac Fratres cum Obedientialibus ad alios Conventus ordi-
natos detinere non praesumant ne Iidem Conventus ad quos ordina-
ti sunt patiantur detrimentum, et quod sibi facere nolint id aliis non
faciant, de quo seriam faciemus investigationem et delinquentes puniemus
Commendamus quoque Superioribus Localibus Conventuum Recollectionis praecipue
vero Conventus Ostrzeszoviensis ut Speciales Leges et Statuta sibi ad ob-
servandum tradita quolibet Mense semel ad mensam communem legi
faciant, eaque servent deviantes ab eisdem puniant, incorrigibiles No-
bis deferant. Pariter Obligamus et omnes Locorum Superiores
ut praesentes Ordinationes Nostras quam etiam V. Diffinitorij una cum
primaria Pastorali litera Nostra legi faciant, Statutis temporibus
in eis praescriptis.

16to Ultimo Loco quod est primum in intentione Nostra, non sit ultimum
in executione Vra, Mandamus et in Dno Obsecramus ut timorem et amo-
rem Dei Patres ac Fratres, in Xto Iesu dilectissimi semper praeoculis
habeatis. Combinationes Compotationes tollatis, Fraternam charita-
tem habeatis, ut unus alium sicut praevenire honore nulli dam-
aliquam offensam, ne quid mali dicatur de Vobis, rixantes et Fra-
ternam charitatem impedientes, Superiori deferatis, ab eo puniendos,
Superioribus in omnibus sitis obtemperantes, tanquam Filij charissimi
Patribus et Subditi Dominis suis, Superioresque Subditos suos, cha-
ritate Paterna prosequentes sitis exoptamus, Ne forte Superveni-
entes et in his delinquentes, cum invenerimus iustitiam distribu-
tivam adhibere cogamur. Valete PP et Fres in Visceribus
Iesu Xti Amantissimi Nostri in suis Orationibus non imme-
mores. Dedimus ex hoc Nro Conventu Prasnensi ad S. Iacobum
Maiorem Anno Dni 1720 Die 17 Mensis Julij

Fr Nicolaus Mnr Prlis
mpp

Locus Sigilli

FR. NICOLAVS BARANKIEWICZ

Ordinis Minorum S.P.N. FRANCISCI Regularis Obseruantiæ Sacræ Theologiæ Lector Prædicator Generalis

Almæ Prouinciæ Maioris Poloniæ S. MARIÆ Angelorum

MINISTER PROVINCIALIS

et SERVVS.

Admodum Reuerendis ~~Multum~~ Vndis Multum Vndis Cæterisq Omnibus et Singulis Patribus et Fratribus, in Visceribus IESV Christi Dilectissimis

Salutem in eo qui est uera Salus.

Iam nuper post Celebratum Intermedium Capitulum, Paternâ uos Patres ac Fratres corona mea et gaudium meum Pastorali conuenimus literâ, iterum ac iterum, intra Canonicam huius Almæ Prouinciæ Visitationem tum Personâ Nostrâ, tum Sæpia quoq uos, eo qui Nobis primò Cordi est affectu Singulis quam beatissimam exoptando incolumitatem uisitare conamur. Nam non Solum intra uiscera incliti Poloniarum Regni Nostri, sed etiam ubiq terrarum amaræ mortis diffunditur uirus, extenduntur uires, Sæuitia quoq exercetur, et licet mors affabilissimo nomine tituletur Parcæ, parcere tamen nemini nata, dum neq Sublimibus titulis, nec deniq altis honoribus placabilem se se demonstret prout Nobis ex Literis Reuerendissimi Patris Vice=Commisarij Superioris Nostri Colendissimi, quæ nuper ad manus Nostras peruenerunt constat de obitu Eminentissimi et Reuerendissimi Domini Dni Laurentij Sacræ Romanæ Ecclesiæ Cardinalis Seraphicæ Religionis Nostræ Vigilantissimi Protectoris, quas prout cum Summo animi Nostri mærore recepimus, ita etiam Lectas Vobis Charissimi in Visceribus Iesu Patres ac Fratres compatientibus Legendas porrigimus, et proponimus in Sequenti tenore.

FR. LAVRENTIVS A S. LAVRENTIO.

Ordinis Minorum Regularis Obseruantiæ

S. P. N. FRANCISCI

Lector Iubilatus. Discretus Perpetuus Ordinis Sacræ Congrę Indicis Consultor, Supremæ, atq Vniuersalis S. R. Inquisitionis Qualificator. Sacri Montis Sion exguardianus et in hac Cismontana Obseruantium Familia Vice=Commissarius Generalis et Seruus.

Dilectis plurimum in Christo Reuerendis Patribus et Fratribus, Superioribus et Subditis, Monialibus, Salutem in Domino Sempiternam.

Cum dudum mortalitatis debito persoluto, non sine ingenti bonorum
Luctu Eminentissimus et Reuerendissimus Dnus Dnus Laurentius
S. R. E. Presbiter Cardinalis Casonus Seraphici Ordinis Vigilantissimus
ac Amantissimus Protector, tertio decimo Kalendas Decembris, hora fer
tertia post mediam noctem Supremum diem clauserit, communibus uotis
ereptus, et in Longius aeuum ad publicam felicitatem optatus; Nos tanto
ictu perculsi, et inextinguibili prope modum animi maerore confecti, quam
tenemur cordis pressurâ dolorem Nostrum in Sinum Vestrum effundere urgemur
ut de tanti hominis transitu certiores effecti, pro Uestra Omnium Necessi
tudine communem doleatis Iacturam, et erga Uirum pietate, prudentia et Re
ligione insignem, ac de unoquoq Nostrum egregie meritum, grati animi Of
cia persoluatis. Quamuis enim pretiosam in Conspectu Dni. mortem
extitisse, Nobis Sperare fas sit qui uidimus illum, tanquam de Sua Con
entia Securum à terrenis uinculis emancipari festinantem, et contendentem
ad praemium Laborum, quos pro Apostolica Sede, pro Christiana Republica
pro Ordine Nostro, pro Nobis deniq omnibus Suae protectioni Commissis felicitas
ac Sedulo impendit; Altum tamen uulnus Solari non possumus, quod animis
nostris infixit amissio Piissimi Principis in Nostrum institutum Studiosi
simi, qui pusillum Minoriticum Gregem a SS. Domino Nostro tribus ab hinc
annis Sibi concreditum adeò peramanter excoluit, adeò fouit, et intenerrimas
Sui cordis delicias asciuit ut ad extremum usq Spiritum, oblitus licet Sui, et
Suorum, illius tantummodo Sollicitudine obstringeretur. At uerò quanto
amore Seraphicum Ordinem prosequutus sit, cuius decori et incolumitati
assiduè magis quam rebus propriis Studebat, uix à Nobis dici queat, uix
temperari à Lachrymis possit, cum uerba eius dulcissima in memoriam
uocamus, quibus in extremo uitae discrimine positus testatum uoluit, erga
unum quemq Nostrum amorem Suum. Enim uerò cum mortem diu Sibi
instantem inuictâ animi fortitudine exciperet, hoc unum tantum dolebat
hoc unum constantiam eius pulsabat ac pene frangebat, quod nimis
Serò Franciscanum Ordinem in Sinum Suum Suscepisset, et nimis cito
relinqueret, Sibiq mors non Suam, Sed uitam Francisci Filijs oppignu
ratam festinatus funere abriperet. Haec coram Nobis proferens, aliisq
in Romana Nostra Curia Patribus, et respectiue Superioribus, quos
ante agonem Suum coram se accersitos uoluit, ueniam insuper Nos
rogauit (rarum humilitatis, ac amoris in tanto Principe exemplum) Si quae
ex humana infirmitate in obeundo Protectoris munere omisisset uigi
lantiae, Sedulitatis et Curae. Haec autem ad aures Uestras peruenire
idcirco Nobis placuit, ut Sciatis quantum boni in unius Praestantissimi
Viri excessu amiserimus, Simulq humanitatis pietatisq Officijs Consu
tis. Quapropter ultra priuatas Orationes pro anima illius, Si quid
habet humani Luendum et peculiaria Suffragia quae ab uno quoq No

strum debitum exigit charitatis officium, quibus nos merito sanctæ obedientiæ
donamus, tenore præsentium Vobis mandamus et ordinamus, ut statim his uisis
Diuinam Misericordiam interpelletis per suffragia et sacrificia, quæ Nostra Statuta
pro Defuncto Ordinis Protectore præscribunt: Nempe primis tribus continuis die-
bus Ecclesiæ præcepta non impedientibus in omni Conuentu Solemnis Missa cantetur
accensis circa tumbam uisorticiis, prout iuxta uires licebit et singuli Sacerdo-
tes illis ipsis diebus pro eodem celebrent. Clerici uero Defunctorum officium; Laici
autem centies Orationem Dominicam cum Salutatione Angelica, et Requiem æ-
ternam singulis ijsdem diebus recitent. Idem faciant Omnes Moniales Nostræ
Curæ subiectæ, ut multiplicatis suffragijs transeat sine mora ad Celebritatem
Angelorum, qui humano circumdatus corpore custodiendo et protegendo Deiparæ
Sub Protectioni commissum tutelaris Angeli ministerium exercuit. Vos interim
Omnes et Singulos in Visceribus Jesu Christi benigne complectentes, Spiritum
Domini et exuberantiam benedictionis Cœlestis Vobis exoptamus et impertimur.
Datum etc. Romæ ex Nostro Conuentu de Ara Cœli die 23. Men-
sis Nouembris anno 1720

(Loco ✠ Sigilli)

Fr. Laurentius à S. Laurentio
Vice-Commissarius Gnalis
De Mandato Sui Rmi Rmi Fr. Bartholo-
mæus de Olsinio Secrij. Gnalis

Hac itaq; perrecta litera Reuerendissimi Patris Nostri Vice-Commissarij
Generalis huius Cismontanæ Familiæ Inferioris Cæterdissimi in uirtute
Salutaris Obedientiæ, mandamus omnibus Locorum Superioribus, ut in
singulis Nostris Conuentibus, pro anima pie defuncti Specificati Eminentissimi
Cardinalis, per tres dies non impeditas feretro exposito et cereis accensis
Missa de Requiem sub una Collecta, quæ dici solet in obitu decantetur et ter
totum officium Defunctorum plane dicatur Loco Corona, singuli autem Patres
tres Missas, Clerici tria Defunctorum officia integra, Laici uero ter cen-
tum Pater et Aue cum Uersu Requiem æternam ℣. dicant. Quod in plena
Communitate Superiores Locales unicuiq; statim post lectas præsentes
intimare tenebuntur. Pariter intimamus et districte mandamus omnibus
Monialium Confessoribus, ut illas, de ijsdem obligationibus et suffragijs
tam quo ad Commune, quam in particulari certiores reddant, ut nimirum
Tria Defunctorum officia integra in Choro dicant, quibus omnes Sorores
adesse tenebuntur, Tria quoq; Chorales Sorores particulariter integra
Officia, ac Conuersæ Ter centum Pater et Aue cum Requiem æternam ℣.
Persoluant.
Et cum in immediati Intermedio Capitulo Provinciæ celebrato pretium Panni
in Officinis Nostris, pro uestiario Prouinciæ conficiendi arbitrio Nostro

taxandum Commiserit Venerabile Diffinitorium; Proinde non minus aequi
quam et utilitati Singulorum Conventuum providere volentes, et capi
ex Nostris Pannificinis in Visitationibus eorum informatione ordinam
taxam uniuscuiusq; voluminis, videlicet Septuaginta Tynphonum mo
tes omnes et Singulos Superiores Locales (prout iam in Nostra Pastoral
literâ, ex Intermedio Capitulo monuimus) et eos potissimum qui necdu
eleemosynas ad Pannificinas sibi assignatas transmiserunt, quant
easdem procurent per amicos Spirituales, et procuratas transmittan
sub poenis privationis Officij, et alijs à Nobis infligendis, nam per re
tardationem transmissionis eiusdem eleemosynae magnum intulerunt
pannificinis damnum. Fratribus verò Pannificinarum Praefectis
serio mandamus, ut pannum benè confectum habeant, Lanam mel
rem procurent, non porcinam aut Caprinam; Volumina iuxta praef
xam mensuram, videlicet Triginta trium ulnarum Longitudinis, Semin
rum iustarum latitudinis parent, alias contrafacientes sciant se ultra
restitutionem defraudatis in Mensura Conventibus omnino faciendam
poena Carceris, et gravioribus pro qualitate suae negligentiae, ac defrau
dationis eleemosynae ex futuro Deodante Capitulo puniendos.

Et quoniam in praesenti Visitatione formali Conventuum notum Nobis sit
quod plures Superiores Locales non habeant attendentiam circa legen
das Nostras literas Circulares tam immediatè post Capitulum qu
post Convocationem nuper celebratam ordinatas, et consequenter circ
observationem expressorum in eis nullam curam adhibeant, ideo obligam
eosdem in Conscientia sub merito salutaris obedientiae, ut perlectis his
faciant legi praefatas binas per tres continuos dies, ut tam Superiores
quam Subditi, non sint ignorantes eorum, ad quae observanda obligant
ne forte dicant ut dum vapulabunt pluris tanquam ignari vapulent.

Item ut Deus avertere dignetur à Regno Nostro inclito pestem et grav
infirmitates quae multiplicantur intra Poloniarum viscera cum pe
riculo mortis multorum, iniungimus fieri Supplicationes post tertiam,
ac Completorium quotidie Polonico idiomate Sancte Deus etc. à Pe
fame, et bello etc: ac Monstra Te esse Matrem &. addita Antiphona
Da pacem cum Versu et oratione ut Deus Ter Optimus Maxim
placatus per has Piissimas Orationes sit Nobis Propitius et Clemen

Ut autem praesentes literae tum Nostrae, tum Reverendissimi Patris
Vice-Commissarij Generalis Superioris Nostri Colendissimi, quantos
cyus ad notitiam Singulorum Patrum ac Fratrum devenire valeant,

Serio mandamus omnibus Locorum Superioribus, ut eas in plena Communitate perlectas ac transscriptas ad uiciniores Conuentus, iuxta Cursoriam à tergo positam, annotata die receptionis, per aliquem Fratrem uel Nuntium Fidelem transmittant. Valete Patres ac Fratres in Visceribus Iesu Christi Dilectissimi, Deumq. pro incolumitate Reuerendissimi Patris Vice-Commissarij Generalis huius Cismontanæ Familiæ feruentissimè exorate. Nostri etiam in Suis Orationibus non immemores Dedimus ex Nostro Conuentu Custodiali Posnaniensi die 12 Mensis Februarij Anno Domini 1721

(Locus Sigilli)

Fr. Nicolaus Minister Prouinciæ mppa

FRATER NICOLAVS BARANKIEWICZ Ordinis Minorum Regularis Obseruantiæ Sacræ Theologiæ Lector Prædicator Generalis, Almæ Prouinciæ Maioris Poloniæ S. MARIÆ Angelorum MINISTER PROVINCIALIS et SERVVS.

Admodum Reuerendis, Adm. Venerandis, Multum Venerandis Venerandis, Cæterisq. omnibus et Singulis Patribus, ac Fratribus, in Visceribus IESV Christi Dilectissimis.

Salutem in eo, qui est uera Salus.

Iat Luctuosam auribus Nostris notitiam Reuerendissimus Pater Minister Generalis Superior Noster Colendissimus de obitu infrascripti Benefactoris totius Ordinis, proinde æquum est, ut dum in Amplissimo Orbe Seraphico Pastorale resonat Lamentum, etiam in hac Alma Prouincia Crebra cum infrascriptis Suffragijs ad Aras Domini personent pro Anima defuncti Suspiria, iuxta Mandatum eiusdem Reuerendissimi in Suis Literis expressum, cuius tenorem Paternitatibus ac Charitatibus Vestris in Visceribus Iesu Christi Dilectissimis legendum et Obseruandum mittimus.

Fr. IOSEPHVS GARCIA LECTOR IVBILATVS CATHOLICÆ MAIESTATIS PRO IMMACVLATÆ CONCEPTIONIS REGALI CONGRESSV THEOLOGVS AC TOTIVS ORDINIS S. P. N. FRANCISCI MINISTER GENERALIS et SERVVS.

Veni

Vniuersis et Singulis Ordinis eiusdem Prouinciarum Ministris, Cu
earundem in utraque Familia Patribus ac Fratribus aeque
perioribus ac Subditis, Salutem et Pacem â Domino Sempiterna

Gratitudinis debitum ijs quae alias ex humanis Legibus oriuntur, in
reputari non debere Satis cuiq perspicuum est: non minus, ac eam
grati animi memoriâ praestantiam Religiosos Viros (praesertim uero
noriticae Professionis et Altissimae Paupertatis Assectas) appri
concedere, ut quo munificentioribus Ordinis Benefactorum meritis
ciantur, eo propensius eorundem et habere gratiam, et quam plurim
agere, nec non et eam opportunè etiam referre, ex aequitatis naturali
compensatiua iustitia teneantur. Cum itaq Nobis (non sinè tenera
compassionis dolore) diebus hisce Luctuosa Satis allata sit notitia
quod Excellentissimus Dnus Dnus Petrus de Zuniga Dux de Nax
Marchio de Canete &. eiusdem totius Ordinis Nostri Munificen
simus Patronus, Diuina dispositione uirtutibus ac pietate insigni
uitam exemplari cum morte, die decimo tertio Julij praesentis Anni com
tauerit, uiam uniuersae Carnis ingressus. Nos igitur quibus una cu
cum Seraphicae Religionis Alumnis tot Excellentiae Suae eiusq Pr
clarissimae Domus Collatorum in ipsam munerum, in eisdem praecipue
Generalibus Ordinis Capitulis in Vltramontana et Congregationibus
itidem Generalibus in Cismontana Familia Celebratis, atq celebrae
egregie quidem hactenus ipsa de Religione meritae, ac deinceps merit
consenescere, ullatenusuè memoria deperire non poterit: Debitam Relig
nis ipsius gratitudinem Saeculo notam facere desiderantes. Deinde uero
Generalium Ordinis eiusdem Constitutionum in hac parte editarum prae
scriptum sequuti. Praesentium eapropter literarum uigore omnibus et
Singulis Ministris Prouincialibus et Custodibus Omnium Prouin
ciarum ac ab eis dependentium Custodiarum tam primi quam Tertij
Poenitentium Ordinis, ex utraq Familia Nobis Subiectarum iniungimus
et ordinamus, ut ijsdem acceptis pro Excellentissimi Patroni defuncti Anni
in Singulis Conuentibus Missam cum Vigilia decantari, a quolibet Sa
cerdote Missam unam Celebrari, et ab alijs Fratribus non Sacerdotibus
ad Deum T. O. M. preces effundi, prout in isdemmet Generalibus
Constitutionibus Sancitum est faciant. Quod quidem ut debitum Sortiatu
effectum, eisdem Cismontanae Nostrae Familiae Ministris Prouincialibus
in simul ordinamus ut per authenticam, atq Subscriptam cuiusq Pro
uinciae Secretarij attestationem (simplici tamen chartae folio confectam)
de harum receptione executioneq Nos certiores efficiant. Quod autem
ad Prouincias Vltramontanae Familiae attinet, Reuerendissimos
Patres Vice-Commissarios Gnales, et Prouinciales itidem, et Custodes

de præmissis certos reddere curabunt; Quæ omnia ut promptius ac Libentius adimpleantur Seraphici P. N. Francisci Nostramq Vobis Omnibus benedictionem elargimur. Valete in Domino, Nostri et totius Ordinis tot necessitatibus Laborantis Vestris Orationibus memores. Datum in hoc Nostro Regali S. Francisci Curiæ Matritensis Conuentu

Die 18 Mensis Julij Anni Domini 1421.

Fr. Joseph Garcia Minister Genl.

(Loco ✠ Sigilli)

De M. S. Rdismæ P.

Fr. Joa: Franciscus a Sorexina
Secretarius Generalis Ordinis

Regestr. Tit: Extrauagant.

Percepistis Paternitates ac Charitates Vestræ Sat Luculentam Luchiosam quamuis Reuerendissimi Patris Ministri Generalis Superioris Nostri Colendissimi uocem, Nostram quoq audite, qua mandamus in uirtute Salutaris Obedientiæ Omnibus Locorum Superioribus Singulorum Conuentuum, ut in Suis respectiue Conuentibus pro Anima piè defuncti Specificati Protectoris ac Benefactoris Feretro exposito accensisq Cereis unum nocturnum Defunctorum ac Missam de Requiem, quæ dici solet in obitu decantari faciant; Singuli Patres Missam unam, Fratres uerò Clerici unum Officium Defunctorum, Laici autem Centum Pater et Aue, cum uersu Requiem æternam dicere tenebuntur.

Similibus Suffragijs recommendamus animam Adm. Rndi Patris Pacifici Muszynski immediati quondam Visitatoris Generalis huius Almæ Prouinciæ, ac de eadem optimè meriti Patris, Mandantes iuxta Decretum Venerabilis Diffinitorij, ut in Singulis Conuentibus, Missa in Choro Cantata, et priuatim ab omnibus Patribus ac Fratribus talia peragantur officia ac Missæ, qualia pro Patribus ac Fratribus Nostræ Prouinciæ Professis peragi solent.

Quia uerò aduertimus in utroq Conuentu Nouiciatus exuberanti animi lætitia Diuina erga hanc Almam Prouinciam, ex Multiplicatione Fratrum ad eosdem Nouiciatus, Spiritus Sancti operante gratiâ Suauissimam Prouidentiam non minori tamen anxietate afficimur ex defectu Habituum pro induendis Nouicijs necessariorum, quo factum est ut pia desideria, aspirantium, tum differantur, tum ad alias Religiones conuertantur. Proinde mandamus in uirtute Sanctæ Obedientiæ Omnibus Locorum Superioribus (Maxime ijs qui ex officinis Pannificinarum uolumina Panni receperunt) ut quantocijus pro Sua Communitate respectiuè Habitus nouos conficere faciant, ueteres autem Secundum Ordinationes, tàm Statutorum Venerabilis Diffinitorij, quàm Antecessorum Nostrorum Nostri quoq mandati ad Specificatos Conuentus Nouiciatuum remittant, relictis in Conuentibus Custodialibus pro Commoditate Studij Theologici quinq Habitibus.

in Studiis Philosophicis Septem, in locis verò Particularibus duobus tantum modo; Volumus insuper, ut dum remiserint eosdem habitus veteres mittant simul et Tabulam Communitatis Sui Conventus Subscriptam manibus Patrum Discretorum, præsentandam Superiori Locali Conventus Novitiatus, ut secundum eandem tabulam numerum habituum recipere possint. Patres verò Guardiani Conventuum utriusq Noviciatûs tenebuntur in testimonijs, et quietationibus de receptis Habitibus exprimere an secundum Ordinationem Nostram et numerum Patrum ac Fratrum cuiuslibet Conventus in tabula expressorum habitus receperint, ne forte fingentes se habere paucam Communitatem in abusum et familiam convertere habitus, tum palia præsumant, quod omnino prout literis Nostris Pastoralibus inhibuimus, prohibemus, exprimendo quoq diem receptionis eorundem Habituum, ut patere valeat, in futuro Deo dante Capitulo Patrum Guardianorum vituperanda, vel Laudanda ac præmianda accurata mandati Nostri Solertia.

Et hanc vitiosam Consuetudinem advertimus in Patribus quibusdam Superioribus localibus, Statui Nostro Statutis Provincialibus et Regulæ Sanctæ (quæ non nisi duas tunicas permittit nos habere) repugnantem, non tunicellas, in Satisfactionem præbere sed aut pannum pro tunicella aut Cilicia præstare; proinde obviando huic Consuetudini pessimæ Mandamus, omnibus eisdem Locorum Superioribus, sub pœnis Deo dante in futuro Capitulo taxandis et infligendis, ne præsumant prænominata Cilicia aut pannum pro tunicellis, tam Patribus quàm Fratribus de Familia in Satisfactionem dare (exceptis Patribus graduatis et senio ac Laboribus in Sacra Religione confectis, quibus Statuta Provincialia Concedunt Cilicia) sed tunicellas de Panno, non tamen exiguo, confectas, veteres autem una cum habitibus et Palliis in rigore Superius expresso ad Noviciatus remittant, pro maiori et meliori commoditate suscipiendo et Conventuum dicti Noviciatus utriusq qui expendere cogunt cum detrimento Sui eleemosynas pro tunicellis induendorum.

Patres verò Guardianos Pannificinarum quarundam ultimatè monemus prout tam Pastorali literâ quàm privatis tum verbis in visitatione Conventuum eorundem monuimus, ut volumina Panni quantocyùs pro Conventibus sibi assignatis comparare curent in mensura et confectione bona, ad præscriptum Statutorum Venerabilis Diffinitorij et Fratribus Suarum Officinarum Præfectis invigilent, eosdemq admoneant de eis Pannis bene Conficiendis, ne forte in futuro Deo dante Capitulo pœnas præscriptas in Pastorali litera Nostrâ ex mente Venerabilis Diffinitorij uterq succumbat.

Supponimus tanquam granum in terram bonam, mandatum Nostrum, tam

ex Capitulo nuper Vschouæ Celebrato, ac ex Intermedia Congregatione ordinatum cecidisse in Corda et memoriam Patrum Prædicatorum quibus iniunximus, ut Archiuia respectiuè cuiuslibet Conuentus triennalia accuratè conscribant, et digna scitu connotent, reddenda Deo dante in Futuro Capitulo Adm Rndo Patri Custodi Actuali ac Prouinciæ Patri Dignissimo et eiusdem Chronologo, iterum ac iterum eisdem Patribus Prædicatoribus commemoramus, ac iniungimus ut diligentiam circa conscribenda eadem Archiuia adhibeant: diligentes hac in parte nouerint se præmiandos, negligentes uerò seuerè puniendos.

Et quia breui elapso tempore speramus in Nostra Alma Prouinciâ Futurum Adm Rndum Patrem Commissarium Visitatorem Generalem, Proinde mandamus Omnibus Locorum Superioribus, ut eidem Patri Adm Rndo. Omnimodam humanitatem paupertati Nostræ possibilem præstent Filiali affectu, qui eidem de condigno et Congruo debetur, ut omni Religiositate ueneretur, omnemq mutuam Charitatem Fraternam seruent, et seruandam in Sacra Communitate curent, ne quid animum eius offendat, tot incommodis itinerum fatigatum.

Vt autem hæc Luctuosa notitia Reuerendissimi Patris Ministri Generalis ac Ordinationes Nostræ quam primum patefiant Omnibus et Singulis Paternitatibus ac Charitatibus Vestris. Volumus ut præsentes literæ in plena Communitate perlectæ, et in libro seorsiuo descriptæ ad uiciniores Conuentus iuxta ordinem Curseriæ â tergo positæ transmittantur. Valete Patres ac Fratres in Visceribus Jesu Christi Dilectissimi Vestris in Orationibus Reuerendissimi Patris Ministri Generalis Superioris Nostri Colendissimi ac Totius Ordinis, Nostriq non immemores. Dedimus in Conuentu Nostro Vschouensi ad Sanctum Josephum die 29 Mensis Octobris Anni 1729.

Locus Sigilli

Fr Nicolaus Barantkiewicz
Minister Prouincialis
mppa

FRATER CAROLVS STRVS.

Ordinis Minorum S.P.N. Francisci Regularis Obseruantiæ Sacræ Theologiæ Lector Iubilatus, Prædicatorum Generalis Diffinitor Habitualis, Prouinciæ Minoris Poloniæ ac Magni Ducatus Lithuaniæ Pater, Conuentus Tarnouiensis Guardianus, et ad Almam Prouinciam Maioris Poloniæ cum plenitudine potestatis

COMMISSARIVS VISITATOR GENERALIS ET SERVVS.

Dilectis Nobis in Christo, Adm Rndis, Adm et Multum Vndis, Venerandis, Cæterisq Almæ huius Prouinciæ Patribus ac Fratribus Religiosissimis, Salutem in Dno Sempiternam

Supremus Moderator Vniuersi Deus, ita Suauissima Suâ Sapientiâ et Sapientissima Suauitate disponit uniuersa, ut quædam Superiora, quædam uelit esse inferiora, ea intentione, ut inferiora regantur â Superioribus, ac ut ex regimine Superiorum ad utilitatem et decorem Vniuersi uaria in inferioribus producantur bona. Hunc uel in ipsa Cælesti Hierarchia uult seruari Ordinem dum Cælestes illos Spiritus quos Altissimâ Suâ dispositione in inferioribus collocauit Ordinibus, uult ad commune Uniuersi emolumentum et ornamentum dirigi et illustrari â Superioribus. Hanc pariter methodum ab Authore naturæ sibi inditam, etiam ipsæ sensus et rationis expertes sequuntur Creaturæ dum omnia hæc Sublunaria prona quadam inclinatione Superiorum astrorum se subdunt moderamini et influxui; Unde quantum boni profluat Uniuerso, continuo per singula tot Sæculorum momenta, docet experientia. Simili uia etiam humanæ interns disponitur Genus, dum alij hominum subesse, alij uerò iubentur præesse idq eo fine ut qui in sublimiori ponuntur loco, cæterisq præponuntur, ex eminentiori Præfecturæ Loco, ueluti ex quadam Specula, Lustrent et illustrent Suorum Subditorum mentes, nec otiosè sed ut uberes uirtutum Christianæ perfectionis producant fructus. In amplissimo uno Seraphicæ Religionis hæmispærio, nempè in Cismontana Obseruantium Familia, Eadem Diuina dispositio et Prouidentia, ad profectum et decus Nostri Ordinis, posuit Supremum Moderatorem Reuerendissimum Patrem Franciscum ab Altamura uic Commissarium Generalem Superiorem Nostrum Dignissimum, qui huic Familiæ ex eminenti Suæ Prælaturæ Sede præluceret Sua exemplari uita, uitaliq exemplo et in illa Cultum Diuinum, ac Religiosæ Obseruantiæ perfectionem uigili Suâ Solertiâ propagaret, fructumq copiosum per incrementa uirtutum in Suis produceret

et augeret Subditis. Est quidem illi animus ad imitationem Principis Astrorum, singula Suae curae Commissa personaliter Lustrare, et illustrare Climata sed cum ob nimiam tot Regionum distantiam, et Familiae Suo Regimini Commissae amplitudinem ipse ubiq adesse non possit, pro Paterno Suo Zelo ad promouendum in Ordine Nostro Religiosae perfectionis augmentum, ut etiam in distans agat, intermedios adhibet Cooperatores. Vnde Nos quoq licet immeritos, nec de uitae idoneitatis ad tantum munus conscios ad partem Sui laboris assumpsit, Suas uices pro hac uice Nobis committendo, et ad hanc Almam Prouinciam Maioris Poloniae, pro Commissario et Visitatore Generali cum plenitudine potestatis destinando. Graue quidem, et tantae Sustinendae moli imparibus humeris Nostris impositum est onus; freti tamen auxilio Diuinae gratiae, et Suffulti uirtute Sanctae Obedientiae, Vestrisq confisi Precibus quibus Nos obnixe commendamus, onustum hoc, cum omni qua par est reuerentia Suscipimus pondus. Vt autem uoluntas et dispositio Reuerendissimi Patris Vice Commissarij Generalis, Superioris Nostri, Colendissimi, quâ ad hanc deputamur Commissionem Omnibus et Singulis Adm Rndis Adm et Multum Vndis, Vndis Caeterisq Almae huius Prouinciae Patribus ac Fratribus innotescat, Patentales illius Literas his inserimus quae Sunt tales.

FR. FRANCISCVS. AB. ALTAMVRA
Ordinis Minorum Regul: Observ: S. P. N. Francisci Lector Iubilatus et in hac Cismontana Obseruantium Familia Vice Commissarius Generalis et Seruus
Dilecto Nobis in Christo Rndo Patri Fratri Carolo Strus Nostrae Obseruantis Prouinciae Minoris Poloniae Lectori Iubilato Et Salutem

Pastoralis Nostri muneris uigilantia, eam inter alias Nobis curam ingerit Solicitam, ut in Prouinciarum Visitatoribus, Suis temporibus deputandis, Soters Studium adhibeamus. Propterea cum Prouinciae Nostrae Obseruantis Poloniae Maioris Capitulum celebrandum immineat. Te de cuius uitae integritate, doctrina Zelo et prudentia certi Sumus, dictae Prouinciae Commissarium Visitatorem instituere decreuimus, prout his Nostris Patentibus, cum Sanctae Obedientiae merito institutum, et destinatum declaramus, Vices Nostras omnemq Nostram authoritatem ad huiusmodi opus implendum necessariam Tibi committendo, quatenus cum Secretario, atq Socio tibi bene uiso, eius Singulos Conuentus et Fratres (Monasteria et Moniales si quae aderint, Nobis Super hoc Specialiter consultis â Te de rationabili motiuo) uisitare errantes corrigere, et punire, processus etiam formare, carceribusq mancipare Sententias, caeteraq omnia, ad morum reformationem ac Regularisq Obseruantiae, disciplinaeq instaurationem conseruationemq Spectantia, iuxta Regulae ac Constitutionum Nostri Ordinis Formam, mandare ac disponere ualeas: cunctaq quae pro Maiori Dei Obsequio Religionis augmento, atq animarum tibi creditarum Salute in hoc munere promouenda noueris, Fideliter Omniq conatu prosequaris, et ad optatum finem perducas, prout Nos Summopere concupiscimus. Et idcirco Tibi Serio iniungimus, et commendamus; praeci-

pientes in uirtute Sanctæ obedientiæ, nec non sub pœna priuationis perpetuæ Officiorum Ordinis singulis dictæ Prouinciæ Fratribus et Monialibus, ut Te tanquam Legitimum Superiorem recipiant, Tibiq in cunctis, quæ eorum Animabus et Regulæ Nostræ non repugnant, obedire teneantur. Vale. Datum Romæ ex Aracœli die 14 Januarij Anni 1422.

(L. S.)

Fr. Franciscus ab Altamura Vice Com. G.

De mandato Suæ Rndissimæ Paternitatis.

Fr. Michael de Monte Gargano Secretarius Gen.

Quoniam uero hanc Canonicam Visitationem, cum Cœlestis ope auxilij feliciter in Conuentu Cierniacouiensi inchoamus, ideo ut Grex Seraphicus suum agnoscat Pastorem, Præsentibus Nostris Literis innotescentialibus omnes et singulos huius Almæ Prouinciæ Patres ac Fratres Nostræ Iurisdictioni pro hac uice subiectos, obedientiâ Nobis pro nunc debitâ per Statuta Generalia Nostri Ordinis adstringimus mandando Locorum Superioribus sub pœna Excommunicationis, ut omnes Patres ac Fratres, siquos extra Conuentum habent, conuocent tempestiuè, ut in Actuali Visitatione omnes congregatos inueniamus.

Diuinam itaq Patres ac Fratres in Christo Dilectissimi orate pro Nobis Maiestatem, ut hoc munus, quod Diuina et Superiorum uoluntate debilibus Nostris imponitur humeris, cedat ad ipsius Dei gloriam Seraphicæ Obseruantiæ Splendorem, animarumq Nostrarum Salutem. Pro felici uero Nostræ Visitationis Successu ordinamus, ut post publicationem præsentium, in singulis Conuentibus una Missa de Sancto Josepho semel commodo die cantetur; singulis uero diebus post completorium sequentia in choro dicantur suffragia, scilicet Antiphonæ; Sub Tuum Præsidium, et Salue Sancte Pater cum Uersibus et Collectis de Immaculata Conceptione et Sancto Patre Nostro Francisco.

Vt autem præsentes Nostræ intimatoriæ omnibus innotescant, mandamus Locorum Superioribus, ut quam primum ad eorum manus deuenerint illas in Communitate Capitulariter congregata curent publicè legi et transcribi; trassumpto autem in Conuentu relicto, hoc Originale ad uiciniorem Conuentum transmitti. Valete Patres ac Fratres in Christo Amantissimi Nostriq coram Deo in Vestris Orationibus sitis memores. Datum in Conuentu Nostro Cierniacouiensi ad Sanctum Antonium Paduanum Anno Domini 1422 Die 23 Aprilis

Fr. Carolus idem qui supra Commi. Visitator Generalis

(L. S.)

M

FR: CAROLVS STRVS

Ordinis Min: S. P. N. Francisci Regulæ Obsæ. Sacræ Theolo. Lector Jubilatus. Prædicator Generalis Prouinciæ Minoris Poloniæ et Magni Ducatus Lithuaniæ Pater. Conuentus Tarnouiensis Guardianus, et Ad Almam Prouinciam Maioris Poloniæ cum plenitudine potestatis

COMMISSARIVS VISITATOR GENERALIS et Seruus

Dilectis Nobis in Christo Adm Rndis, Adm et Mltum Vndis, Vndis, Cæterisq Almæ huius Prouinciæ PP. ac Fratribus Religiosissimis Salutem in Dno Sempiterna

Quos Rationali Suo Gregi præficit Deus, eam ab illis exigit uigilantiam, quâ animas Suæ commissas curæ ad pietatis, Religionis, ac Sanctitatis Studia verbo et exemplo excitando, et inducendo, ad æternam tandem perducant Salutem. Vnde omnium alios secundum Dei voluntatem Gubernantium ea est continua Solicitudo et cura, ut huic Suo muneri et obligationi, quam exactissimè ab ipsis satisfiat, norunt enim Se debere uigilare tanquam rationem Deo reddituros pro animabus Suorum Subditorum. Hac de causa etiam Rndissimus Pr Franciscus ab Altamura Vice Commissarius Generalis Superior Noster Colendissimus, ad Supremum amplissimæ Cismontanæ Familiæ Obseruantium assumptus Regimen, unice de profectu et Salute animarum Sibi creditarum Solicitus, Paternum Zelum, Pastorali Sua litera uere Seraphico plena Spiritu, et compendiosa quadam Religiosæ perfectionis norma, nihilq aliud nisi Summum illius conatum et desiderium spirans, quo in uotis habet, ut Sui Subditi per exactam Legum et Puriorís Regularis Obseruantiæ custodiam ad quam Sublimissimum Solidæ perfectionis eluctentur Culmen. Pastoralium autem Illius Literarum hic tenor est.

FR FRANCISCVS Ab ALTAMVRA.

Ordinis Minorum Regul: Obseruantiæ S. P. N. Francisci Lector Jubilatus, et in hac Cismontanæ Familiæ Obseruantium Vice Commissarius Generalis et Seruus.

Adm Reuerendis Dilectis in Christo Superioribus et Subditis eiusdem Familiæ Salutem in Domino et pacem

DEVS qui in mirabili rationabilium Creaturarum Ordine, Suum Omnipotentis Brachij robur, quod earum regit imbecillitatem esse demonstrat per Summam Clementiam Illius, qui eius uices gerit in terris INNOCENTIJ Scilicet XIII Pont. Max. (cui Longæua Deus annorum Serie propitius adsit) Nos in Vice Commissarium Gnalem huius Cismontanæ Familiæ, uel propter Nostrorum Defectuum, erga ~~eximiam~~ eximiam illius bonitatis magnitudinem frequentiam, uel ut Nostri Cordis pro Matris Religionis incolumitate ut omnibus liquet, uictimam Sese offerre non pauentis capiditati arrideat eligere dignatus est. Vt igitur Cæleste Nostrumq uotum impleamus illustriorem grati animi beneuolentiam inuenire non ualemus, quam Nostrum Regimen iustitiæ et æquitati identificare, quarum ipse DEVS Suis imperijs molem hanc terrestrem subiciendo, quasi in speculo faciem Suam infigit amorq Suus ibi concelebrat. Iustus Dominus, et Iustitias dilexit, æquitatem uidit uultus eius. Idem amor, Iudicis

potestatem in terrarum orbe tenentes, admonere exoptans ait; Diligite Iustitiam, qui iudicatis terram. Aequitas profecto et Iustitia duae Faces existunt, quae Lumen arcaris noctis et diei incoruptioni, atq Regiminum necessitatibus exhibent, in Subditorum animis integritatem extollunt, q uitiorum petulantiam euellunt, obseruantiam immortalitati commendant. Ambas has uirtutes in dignitate Generalatus insignis expetebat Sanctus Patriarcha (illorum rubore, qui propter diu regnandi cupiditatem Iustitiam et Aequitatem offendunt) Superior talis esse debet, quod propter cupiditatem retinendi honorem, uirilem formam Iustitiae et aequitatis nullatenus inficiat uel relaxet. Ita ille; Acceptator Personarum a quo tum Pater Luminum abhorret atq ipse Patriarcha despicit, nec non uera pax a fundamentis erigitur, si tam Simplices et Idiotae, tam Scientes et Sapientes pares existimentur; Non debet esse acceptator Personarum, itaque non minus curet de Simplicibus et Idiotis, quam de Scientibus et Sapientibus. Statera Iuxta cuius Sententiam etiam Diuus Augustinus protulit Staterem in manibus pectoris inspiciemus ita pauperem sicut et Diuitem. Quapropter Paternitates ac Reuerentias Vestras, Nostrum Regimen a Iustitia et aequitate in munerum largitione ne Iota uno absuturum esse, certiores facimus, ut uerum concelebretur illud; feci Iudicium et iustitiam non tradas me calumniantibus me; dum qui illigatiorem rectitudinis uiam calcare peroptat, Iustitiae adherere oportet; Initium omnis uiae bonae est facere iustitiam, praefulgidum est Sancti Spiritus documentum. Ex quo Sanctus Augustinus accipit. Amota Iustitia quid aliud sunt Regna, nisi Latrocinia magna, ita in puniendo Iustitia et misericordia erunt Nobis Magistrae. Nam iuxta Praeceptoris Nostri Sublimissimi Sententiam, Iustitia et Misericordia in excessibus reprimendis semper associetur. Hinc Sane Nostrum pectus Caelestibus hisq Regalibus doctrinis imbutum magis ac magis inspicietis; Uoto quidem a Sancto Patriarcha tam euidenti et praeclara imagine praeostenso, Superiorem Generalem tunc Sane Deo ac ipsimet Matri plurimum Dilectum esse, cum ante aspectus eius Tribunal Religiosus multorum Criminum Saeditate inquinati accesserit, atq illorum ueniam consequatur et misericordiam, quam cum reiecerit illam Nobis praeferre tenetur; in hoc uolo cognoscere si tu diligis Dominum et me Seruum Suum et recte si feceris istud, uidelicet, quod non sit aliquis frater in mundo, qui peccauerit, quantumcunq uoluerit peccare, quod postquam uiderit oculos tuos, nunquam recedat sine misericordia Tua, et si non quaereret, tu quaeras ab eo, si uult misericordiam. Et si ille millies appareret postea coram oculis tuis, dilige eum plusquam me, ut trahas eum ad bonum. Et semper misereatis talibus. Tam Seraphica disciplina imbuti Paternarum Legum Phemis consurgere curabimus, ut digni in Iustitia et aequitate ad premia, indigni in Iustitia et misericordia ad poenas suscipiendas considant. Quamobrem Vestro in Regimine ut illibatam in exequendis Subnotatis punctis obseruantiam pro maiori Religionis utilitate seruetis innouamus et declaramus.

Amo. Iam omnibus patet commode Diuinum Cultum in Choro exercere tenemur, ut Nostrum Deum Laude et exaltatione, sicuti uerum et summum bonum, aeternamq Nostrorum felicitatem agnoscamus, ita ut Constitutiones Nostrae Cap. 3tio de Nostra Regula Statu eius a quo nullus, nec ipse Generalis immunis existat, nisi actu sui Officij functione suae impeditus. Et Felic. reor; Clementis VIII de Reformatione Regularium, nullus a Choro seruitio censeatur immunis. Itaq horum obseruantiam in omnibus Conuentibus, (nisi tam maligni aeris influxum experiantur, sicut ex ipsismet Ordinis Sanctionibus deducitur) ac Sententiae a Spiritu Sancto per os Regis Prophetae editae adhaerentiam; Media nocte

surgebam ad confitendum tibi super Judicia iustitiæ tuæ; indispensabiliter mandamus qualiter ut gratissimum Deo ac S. Patriarchæ opus, animarum Nostrarum Sanctificatio, Cœlestium auxiliorum brauium, in Matutinis meditabor in te quia fuisti adiutor meus; ferorum dæmonis astuum depressio; Anegotio perambulante in tenebris; Singulare Populi exemplum, fortissima deniq Franciscanæ Magnitudinis arx existat, at non sine animi dolore Nostris his temporibus noctem infrequentatam suspicimus, Patribus Prouincialibus ac Superioribus Localibus, præcipimus, ut adamussim prædicta media nox obseruetur, quod in paruis Conuentibus, propter exiguum chori Religiosorum numerum negligatur, dum Deo Nostro, ac Sancto Patri Francisco protunc uel duo Laudes decantare sufficiunt; Unde ut in prædictis paruuis Conuentibus Dei Seruitium excolatur, et ipsius S. Patris menti, publico exemplo, quod a media nocte deducitur arrideatur mandamus. Eandem frequentiam in Choris Canonicis innouamus et in psallendo omnino tollatur acedia, sed puncto in medio sensibiliter, sicuti Noster Seraphicus S. Bonauentura in sua disciplina nos admonet, præcipuè uerò propter Religiosam membrorum compositionem, atq pigritia illa, se se scamnis, tanquam si chorus stratum existeret affigere omnino deleatur sic etiam pulverem amicitiæ unus alteri præbere, otiosa loqui oculisq uagari, ac fugam capessere prohibemus. Nam maledictus homo qui facit opus Dei negligenter. Humili profundæq ueneratione ad Gloria Patri omnes intendant; quod si possibile esset ut quisq pronus in terra recitaret, oporteret, et ueluti S. Patriarchæ Sectatores, qui ante Diuini Officij solutionem in Omnibus horis Canonicis Seraphicas Laudes Trinitati, et Immaculatæ Genitrici Sanctus etc. Tu es Deus etc: Aue Domina Sancta etc: ut in Nostri Breuiarij initio leguntur præmittebant. Præcipimus itaq ut in Omnibus Horis Canonicis eadem præparatio exerceatur sub pœna omittentibus nobis reseruata. Superioribus pœnam arbitrariam, et statuariam pro negligentibus ad Chori frequentiam mandamus, ut illos qui serò ueniunt, genuflectere iubeant. post ultimum enim Campanæ signum, interdum autem post Officij initium accedunt, iuxta illorum mensuram, qui propriæ indulgentiæ assiduè indulgent.

7do Quam omnibus mentalis Oratio sit necessaria; a Diuo Nostro Patriarcha accipimus; Religiosus, illa despecta nullam Diuinæ Gratiæ messem colliget; gratia Orationis uero Religioso desideranda est, nullus enim sine ea in DEI seruitio fructus sperari poterit. Et in collatione 13tia addit, se per reuelationem à Deo accepisse, quod tunc Deus famulum suum agnoscebat, quando orationem mentalem exercebat; Ego uobis ait Confiteor, quod rogaui Dominum, ut mihi dignaretur ostendere, quod sum seruus Dei, ipse autem Dominus Benignissimus ostendit mihi, seruum meum ueraciter te esse cognosco, cum sancta cogitas, loqueris, et operaris. A cuius eloquio S. Bonauentura testatum reliquit de Progressu Religionis Cap: 7mo sine studio ait, mentalis Orationis Religio est arida, imperfecta, et ad ruinam promptior. Hinc ne Nostram Matrem Obseruantiam maioris suæ perfectionis deperdendæ discrimini obiciamus; præcipimus, ut tum post Matutini, tum Completorij solutionem orationi mentali per horam dimidiam uacandum sit, exclusis cantu, et oratione uocali: Et ut quælibet fraus tollatur, decernimus dimidiæ horæ signum publicæ esse exponendum expleta meditationis lectione. Nec ideo prædictum Orationis tempus, in 1mi et 2di Nouiciatus Conuentibus diminui intelligimus imo per integram horam, tam in matutino, quam in Completorio in eadem perseuerabunt. Et quia ab Oratione mentali Religiosus cum suo Creatore quodammodo associatur, nullus cuiuslibet Conditionis immunis censeatur, iuxta Ordinis Sanctiones, in qua Superiores subditis magis peruigiles se ostendant. Superiores Prouinciales et Locales studebunt ne quorundam Fratrum a mente deleatur, qui nocte dieq ab ea abhorrent. Idem etiam Fratribus Laicis

Superiorum Localium auiditate assiduo in rerum petitionibus exercitati Sancimus.

3tio De illorum Religiosorum miseremur egestatibus, qui cum uitae communis inediae adhuc non ualeant, illicitis acceptionibus, animarum suarum Iacturam patiuntur, et quod Nos dolori est propter ineuitabiles Regulae Nostrae praecipuorum Praeceptorum omissiones ac propter illarum rerum, quibus indigent carentiam, in tenebras inferiores Subditorum ac Secessiones negliguntur. Unde cum Nostrum munus exigat ut illorum animae in aeternum quiescant, pro quarum amore Verbum Incarnatum est, et humiliauit semetipsum usque ad mortem; Mandamus ut pro duorum mensium cursu Pannificium Lini et lanae erigatur in omnibus Conuentibus, sic etiam in omnibus communis uita seruetur, in refectione praecipue, ne Ciborum uarietatibus utantur, sed unum quodque os illis omnibus associetur, hinc Superiores Prouinciales, et Visitatores nec non disciplina S. Bonauenturae initiati, nec in singularitatibus Ciborumque pluralitatibus in eorum Visitationibus sub quouis hospitalitatis praetextu quandam uitae delitijs immixtae felicitatem non admittant. Praecipimus Superioribus Prouincialibus, ut si hanc uitam communem obseruare neglexerint, eorum electionem nullam esse mandabimus, iuxta Ordinis Nostri Sanctiones, ubi habetur hoc. Renouatur Statutum quo cauetur, quod nullus etiam inter Reformatos instituatur Minister Prouincialis, nec Guardianus nec Diffinitor, aut Custos, qui non sequatur uitam communem, qui Chorum non frequentet, omnibus non assistat, Refectorium Commonitatis non sequatur, ac Regulae Nostrae Zelator, ac Constitutionum obseruator non existat, et electio aliter facta sit ipso facto nulla; Praeter Sanctissimas Sanctiones in Bulla de restituendo candore emanatas, et Clementis VIII de Reformatione Regularium. Igitur Superiores Locales quibus egent Religiosi omnino prouidere studeant, certum quidem est, quidquid Fratrum egestati praebetur, in Conuentibus uberrias existit, nam talis experientia in Religione modo nequaquam innata. Cum S. P. N. Francisci prouidentia, usque a Deo magis uigeat, et uiuat, et propter illorum Superiorum duntaxat Diuinae Prouidentiae diffidentiam Iacturam patitur. Quare in uirtute Sanctae Obedientiae mandamus illis omnibus Religiosis, qui per Superiorum imprudentiam hanc uitam non sequuntur; Nos coadmoneant, ut huiusmodi excessus, pro eorum animarum salute in talia patrantes immones non existant. ac ita conqueri non poterunt, si Superiores Salutem negligunt Subditorum; Quibus ante Dei et S. P. N. Francisci Tribunal cum tanto defectu Nostram iuxta Sententiam indelebili diiudicato, non esse accessimus attestamur.

4to At quia sicuti Nos experientia docuit plerique PP. Localibus ad illius Dignitatis Culmen conscendisse se se conspiciunt despecti Sanis Consilijs, in eorum Regiminibus non Consilij indigere (heu: deploranda tantae uanitatis nota) existimant; Tale ita agressi, Conuentus pauperimos relinquunt; Ipsis itaque praecipimus, ne (praemissa prius Religiosorum uitam ducendi necessitate) ubi Superiores Locales adsunt, cum Uerissimum praedicetur illud, quod plus uident oculi, quam oculus ne inquam propter ampliorem Conuentuum munificentiam decem Nummos absque facultate a PP. Diffinitorum Prouinciae inscriptis accepta excedant, sub poena priuationis suorum Officiorum.

5to Praecipimus PP. Lectoribus Generalibus, ut deinceps in eorum Lectionibus ac Scriptis, praefulgidam postremi Elenchi in Lucem editi normam sectentur taliter, uerum ne Praeclarissimus Subtilissimi Doctoris Nostri textus destruatur inermis, imo probationes eiusdem rationis in quaestionibus magis ac magis reintegrentur, quibus mandamus, ne unquam alienis interpretationibus, quae magis confusionem patiunt, quam germanas eius Sententias ab Antiquis et Doctissimis Viris approbatas diluciden Sancimus insuper eisdem PP. Lectoribus ne a praeclarissimis Sententijs, concelebratis Ornatissimi Praeceptoris doctrinis, propter leuem subtilis ingenij ostentationem omnino degeneres recedant, cum notum sit omnibus illud Sorbonae prolatum; qui scit satum scit totum, ne palliata quouis praetextu eorum excusatio Nos decipiat caueant diligentia Nostra, in eorum scripta obtinendo, ut bene diligenter ue, tum in praestanti, tum in qualitate

munenis sui Functione, ipsa purgemus. Prælipue uerò ſi parientes Labori aliorum Lectorum Scripta dictare susceperint, ut in nonnullis clare deducitur, sublimem Dignitatem Jubilationis conscendisse, et eandem modo potiantur præmio absq; illis ingenij sui arte præmissa. Eodem sonos P. Philosophiæ Lectoribus committimus, ut in Functione sui muneris Ordinis Statutis sus. in trigennio obtemperent, in tam graui Officij sui inmixione, non tantum propter quæstiones ex Alto Sententiarum deductas, sed etiam ex subtilissimis Doctrinis, quas in Logica Metaphisica aliisq; Operibus ingenio suo elaboratis, ac ab antiquis fidelibusq; Discipulis expositis et inuocatis Præ. stantissimus Doctor habet inuigilabimus. Ipsas Regulas ut P. Provinciales suis Theologiæ Lectoribus ac Philosophiæ Studiorum Provincialium exercant, cupido mihi incessit, manentes eos sub Conscientia damus cimus si Provinciarum ac Religionis detrimenti ad Lectoratum inlipi. endum interfuit.

Oth Decernimus etiam ne Superiores extra Conuentus Sacerdotes celebraturos mittant, ut Studio ac maiori Cultui Diuino, quo poterunt seruore uacent, prout Constitutiones Generales Ordinis nostri mandant, ad euitandas illorum excusationes, qui asserunt perfectam Studij uiam, se non celebre propter temporis angustias, a frequentia enim Diuini Cultus et Literarum in mixione Nostræ Religionis Decus oritur et Splendor, hoc enim despecto Superiores Locales ac ipsi Studio uacantes iram experientur iracundiam: Ad puriorem huius Decreti Obseruantiam ad Cellas suas præcipue hoc respectiue intendant, et omnino tollatur excusatio eorum qui dicant se in cubili diu commorasse, sed ut dictum, ad quietem capessendam currant, ut liberius Diuino Seruitio ac Studio uacare possint.

Sexto Præcipimus ne in Provincijs Nobis subiectis, diuersis speciebus pannificij deinceps elaborentur, sed in colore et bonitate adquirantur: nec Lanificiorum Præfecti ad lucra acquirenda perfectionem Lanam uenundare eludeant, sed publico beneficio simul cum eisq; Pannificijs communicatur, ne uectium disparitas in nullo admittatur, et tam P. aliqua Dignitate fulgentes quam quilibet Religiosus, optimam istorum formam participes adæquatè efficiantur, dum omnes simul F. P. Franciscj filij uocemur; imo maiores humilitate bonoq; exemplo minoribus præeminere debent. Et si Provinciales ab his sanctionibus recesserint in pœnas Nostro arbitrio et Ordinis Constitutionibus reseruatas incurrent, ne Pannificiorum Præfecti, ipsi non immunes præcisè se se existiment, quod non nullos pecuniam pertractare propter inieustitiam, quâ in Pannificijs utuntur occasionem præbent, ut se pinguiores ac ditiores efficiant.

Septimo Cum accepimus in quibusdam Provincijs quorundam Patrum Graduum et Dignitatum Præpotentiam, suo arbitrio in Capitulis et Congregationibus honores subiectis ad placitum dispensantium, neglectis Apostolicis Ordinisq; Sanctionibus, interdum etiam ad Diffinitoratus Culmen quoslibet deferendo (cuius munus provincia exposcit iudicare, condemnare ac diffinire) expertes, non sine magno ipsarum Provinciarum detrimento, ideo Patribus Visitatoribus, ipsos gradus idoneis ac illustribus uiris committere admonemus; si aliter euenerit, eorum electiones nullas declarabimus, in quibus omnia quæ Ordinis Constitutiones exposcunt in Capitulo exprimatur: Dudum de Electionibus, idest in quibus respiciat culpa punitas. Dei timor, Literarum peritia et prudentia; aliter electio est irrita, ipso iure nulla, et eligentes mortaliter peccant.

Octo Ministri Provinciales ac Superiores Locales, ex ui muneris quo fungantur præclarum uirtutum omnium Specimen exhibere reconditur, nulli parientes Labori ut spiritualiter et temporaliter reuerentur. Maxima S. Patriarchæ exhortatio, sint Ministri et Serui omnium Fratrum. Et licèt crimina patrantes arguere Superiorum est, ita etiam excessus pietate et prudentia, ipsis remittere tenentur, prout S. Pater præcipit: ex delicto Fratris non inuocatur in Fratrem, sed omni patientia, pietate, et humilitate ipsum benignè corrigat, moneat et Sapperet, exploret igitur hoc consilio Superiores apostasias, spiritus debilitari, et uagationes modo huc, modo illuc, non sine magno Religionis detrimento minime negligant.

Et ideo Seraphicus Pater talia effatus est; Si aliquis Frater peccaueret, a facie non ruerit
Sine misericordia Tua, et correctione. In omnibus quae facis, plurimum Tibi commendo cha-
ritatem et patientiam; multos enim tollerare oportet, qui sane Nostrae uoluntatis sensus
quaquam est Patres Prouinciales, et Superiores Locales inuigilantes non esse, ne Subditi
ta excessuum contra Regulam Nostram patratorum mensuram arguantur et puniantur. Ad
hoc autem diligentissime exequendum, Superioritates, non pro eorum utilitate sed pro Reli-
gionis augmento, et ad repellendos abusus, concessas esse recordentur. Vbi uero (quod
non ~~faciunt~~ faciant Superi,) aliquis proprietarius, aut pecuniae contrectator inueniri
possit, omni Nostrarum Legum iustitia, in eo tale crimen redarguere oportet. Ideo Su-
periores curabunt, ut Subditorum cellae rebus ad Nostram conditionem tantum spectantibus
adornatae, omni Scriniorum abundantia, Stratorumq mollicie quod D. Francisci Filios Sum-
mopere dedecet, tantum uero Crucifixi Imagine, Breuiario, alijsq libellis, pro animarum
Suarum progressu inseruientibus circumfultae resplendeant.

10mo Mandamus Patribus Ministris Prouincialibus, Commissarijs, Visitatoribus ac Lo-
calibus Superioribus, Bullarum Apostolicarum Obseruantiam, praecipue Decreta Pontifi-
de Celebratione Missarum, cum Innocentij XII Sanctae Memoriae Constitutione, ut cum-
libet speciei munera, pro animarum purgantium leuamine, omnino adimpleantur, ad-
monentes eos, si id neglexerint, et ad nos peruenerit, poenas in ipsa Constitutione et
Decretis Apostolicis contentas experientur. Caueant ergo ne hoc munus dulcedine
mixtum omittant, sed librorum exactae Satisfactionis onera confecta et munera suscepta
adnotentur, si Eleemosinae ultra uires susceptae, si Patres Sacerdotes proprio Chara-
ctere subscripti, si Legatorum Tabellae, omnia circa ea retinentium publicae notae exposita
extiterunt. Deniq tanti oneris obseruantiam diligenter examinent, ne piae Benefacto-
rum intentiones pro maiori animarum purgantium suffragio per Superiorum im-
prudentiam ac negligentiam euadant imperitae.

11mo Vt omnibus pateat, Nos ad imitationem Seraphici Patris Nostri Francisci
misericordiam erga delinquentes et Apostatas exercere, de quibus locutus est; ad refugi-
Ordinis, uelut ad oues, quae perierunt uiscera pietatis expandant et nunquam mise-
ricordiam negent illis, sciendo, tentationes illas perualidas, quae ad tantum casum possunt
impellere animam; quas si ipsum Dominus permiserit experiri, forte in maius prae-
cipitium laberetur. Hinc omnes Apostatas, ut ad eorum Matres Prouincias iter ag-
grediantur, trimestre temporis spatium destinamus, omnes poenas quas per eorum
Apostasias acquisiere remittentes adhortamur, cum illius patientiae simus compotes
quam in Nobis S. Patriarcha exigit; Patientiam in omnibus operibus tuis mi Frater
Tibi commendo, in tantum, quod quicunq Tibi impedimentum fecerit, siue Fratres siue
alij, etiam si te uerberent, omnia debes habere pro gratia, et ita uelis et non aliud,
et dilige eos qui ista Tibi faciunt, et non uelis aliud de eis, nisi quod Dominus
dederit tibi. Ideoq Religiosorum quempiam compatimur, feruentioriq amore prose-
quimur, si in Nos ingrate processerit, quilibet enim amorem, misericordiam, iustitiam
aequitatem, patientiam, ac Veniam Nostro in Regimine reperiet.

12mo Postremo ut Nostri Muneris strictissima pars exigit Nostris in precibus plenas
grates Catholicis Principatibus reddere, qui Nostram Religionem in decoris ac Honoris
amplitudinem, magis ac magis restituunt; mandamus cuilibet Superiorum Localium
ut in eorum Conuentu, post Vesperas uel Completorium, sequentes Antiphonae cum
suis Versiculis et oratione cantentur, uel recitentur, scilicet Antiphona Sanctissimae
Trinitatis. Te Deum Patrem Ingenitum etc. Immaculatae Conceptionis. Tota pulchra
Seraphici P. N. Francisci. Salue Sancte Pater etc. Praedicta suffragia explen-

orationes Pietate tua etc: Observate tamen ipsarum sequentis ordine. Dominica Salutis ac felicitatis Dñi Nostri Innocentij XXII felicitèr regnantis ac totius Nobilissimi ac Religiosissimi de Comitibus Sacro, sub cuius auspicijs ab initio, maxuero fortunatissimo progressu fratrum Minorum familia; et ideo Orationi Pietate tua etc: Oratio pro Papa permittenda erit. Feria Secunda Pro Invictissimi ac Augustissimi Caroli Imperatoris incolumitate, ut Deus desiderij sui voluptati, quemodo S. Francisci filijs faueat arrideat. Superius enim tam diu expectatam Pacem, eternamq eius salutem Nostris votis optinere conari tenemur; ideoq post Orationem Pietate Qua etc: Collectam pro Imperatore dicendam esse sancimus. Feria Tertia Pro Eminentissimo Corsinio S.R. Ecclesiæ Cardinali Amplissimo, qui ad augendam Ordinis Nostri dilectionem pro uiribus intendit. Feria Quarta Pro Sanctissimo et Apostolici Collegij Consessu. Feria Quinta Pro Communi, Principum, Catholicorumq Potestatum concordia. Feria Sexta Pro Singulis Monarchis, Principibus, eorum subalternis Ministris gerentibus Imperio quibuscumq Conventus respectiui subiacet. Sabbatho. Denique pro Nostri uiciniorum tate, ac felicitate; multum enim in Vestris precibus pro accepti muneris integritate ac rectitudine, speramus, ut Iustitia et Aequitas, in Munerum Largitione iustitia, in Penarum impositione misericordia Vobis, quasi faces prelucent ut potestatis Summa illius gloria laureo circumdare possimus, qua Eximius Ordinis Nostri ille Generalis Beatus Conditatus circumornatus existit, quia seruauit Iustitiam in Religione. Hinc Vobis spondemus, ut magis Religionis splendor enitescat, nulli parcemus Labori, eorum subditorum obsequij ambitum, eorum contemptionis hostem fortissimum etiam Iustitiæ uincula eos dejicere nihil uerentes, uos experiemini, sub felicissimo Sanctissimi Patris, qui nos de suscepto Regimine confirmat auspicio; ac demum Summi eius tutantis, Aterni Patris potentia, Aterni Verbi Sapientia Aterni Spiritus S. Lumini adhærentes, in eorum Nomine Celestem Benedictionem Vobis impertimur. Porrò cum autem Litera postquam dato Cappi sigillo ad omnes Vobis subiectos perueneri exemplar conficiatur, postea per quemlibet istorum Conventus demandetur, acceptionis et dimissionis diem superiores subsignent postremo uero in manibus sui Ministri Provincialis representare facere teneantur. Datum Romæ in Nostro Ultramontano Conuentu die Martij 28 anno Dni 1422 Paternitatum Vestrarum Reuerendarum.

(L S) Indignissimus in Domino seruus
Fr Franciscus de Altamura
Commissarius Generalis

De mandato Patris Sui Reuerendissimi
Fr Michael de Monte Gargano Secr Cralis

Audiosis Patres ac Fratres, in Christo Dilectissimi, Seraphico Zelo plenam Pastoris Vestri Vigilantissimi uocem, cui exacte prout par est, et obligatio exigit, obtemperantes, si quid ille pro Paterna sua solicitudine tam attenter optat, opere implerimus, tum demum Paterna illius presentia, gaudio et exultatione repletibis. Audiosis Epistolam uere a Patre Luminum dictatam, cui attendentes, tanquam fulgentissimæ Lucernæ, Vobis ad uiam perfectionis in caligine seculi, loco perlucenti, optime ad Dei Gloriam, ad profectum et Salutem Vestram facietis. Valete interim et Nostri in Vestris orationibus filij memores. Datum in Conventu Nostro Cesenæ quinto ad S. Antonium Paduanum. Anno Dni 1422 Die 26 Mensis Aprilis

(L S) Fr Carolus idem qui supra
Commiss. Visitator Generalis
mppa

FR. CAROLVS STRVS.

Ordinis Minorum S. P. N. Francisci Regularis Obseruantiæ, Sacræ Theologiæ Lector, Iubilatus, Prædicator Generalis, Prouinciæ Minoris Poloniæ et Magni Ducatus Lithuaniæ Pater, Conuentus Tarnouiensis Guardianus, et ad Almam Prouinciam Maioris Poloniæ cum plenitudine Potestatis.

COMMISSARIVS VISITATOR GENERALIS et Seruus.

Dilectis Nobis in Christo. Adm̃ Rndis, Adm̃ et Mltum̃ Vndis Vndis. Cæterisq Almæ huius Prouinciæ PP. ac FFribus Salutem à Domino Sempiternam.

Sacrarum decus et Ordo Religionum, in quo nam principalius consistat; quid illas præcipuè sustentet; quid-uè illarum Atlantem, uel Alcidem agat: adeo uiris probis est obuium, ut res hæc nulla uideatur egere subtiliori indagine. Ab omnibus enim recte sentientibus concordi decidatur consensu, pulchrum ordinem et ordinatam pulchritudinem Sacrarum Ascessum et Ascetarum ab eo pene totaliter pendere, ut in primis quam diligentissimè, per Canonicas Visitationes Religiosorum interna cognoscatur facies; deinde ut nociua quæq gladio charitatiuæ et fraternæ correctionis amputentur corrupta, salutaribus sanentur monitis; ad corruptionem uergentia congruis præseruentur à corruptela remedijs, ac tandem ut diligenti Maiorum curâ Zelosi et Vigilantes prouideantur Superiores. Et uerum est, quâ nec Delphi, cum uerius quis promere ualuisset oraculum; tolle namq hæc et animam simul ac uitam abstulisti Religionibus, quâ sublata, quid demum aliud futuras credas Religiones, nisi deformia, fœda, et grauem spirantia mephitim cadauera. Ad uisitandam Almam hanc Prouinciam Maioris Poloniæ Zelo Seraphicæ Obseruantiæ florentem Superiorum Nostræ Religionis nutu ac uoluntate destinati, susceptum ex obedientia Commissariatus Generalis Officium explendo, cum iam pro potiori parte Almam hanc Prouinciam cum auxilij Diuini assistentia canonicè uisitauerimus, et ad optatam Coronidem eadem Canonicam uisitationem perducere quantocius cum Dei auxilio optemus, implendo interim totum id, quod Muneris Nostri Obligatio pro ratione Circumstantiarum à Nobis exigit. Unicum reliquum est Nobis, ut nempe iam exspirante præteritorum Almæ huius Prouinciæ Prælatorum Regimine, nouos illi prouideamus Superiores. Quod cum iuxta Sedis Apostolicæ Sancitæ, Nostriq Ordinis Statuta non nisi in Prouincialibus debeat fieri Comitijs, ideo pro celebrando Prouinciali Capitulo Almæ huius Prouinciæ diem Undecimum mensis Julij, anni Currentis 1722 in Conuentu Costensi ad S. Mariam Angelorum eligimus et assignamus, ut illuc Adm̃ Rndæ Adm̃ et Mltum̃ Vndæ Paternitatis uestræ, ad quos de iure pertinet, conueniant, ibiq cum assistentia Sancti Spiritus

de electione futuri Almæ huius Provinciæ Capitis, ac Principaliorum membrorum futuri Venerabilis Diffinitorij Patrum, aliorumq Prælatorum deliberent et agant. Itaq in primis Adm Rndum Patrem Ministrum Provincialem, Superiorem huius Almæ Provinciæ Dignissimum Adm Rndum Patrem Custodem Custodum, Adm Rndos PP. Provinciæ, Adm Vndos PP. Diffinitores Actuales, omnesq alios de Corpore Vnibilis Diffinitorij pro die 8va eiusdem mensis Julij Patres vero Adm et Mltum Vndos Guardianos, uti Capitularis actus Vocales pro die 10ma prædicti mensis, Summo mane. Adm Vndos PP. Lectores Sacræ Theologiæ et M. Vndos PP. Lectores Philosophiæ, qui primi tantum sunt, pro ipso die electionis Præsentibus Nostris Literis invitamus et evocamus, ut ad præfatum Almi Capituli Locum, cum merito Sanctæ Obedientiæ, sine equorum tamen et curruum multiplicatione personaliter conveniant, monendo ut in itinere modeste et exemplariter se gerant. Monemus autem, et simul in virtute Sanctæ Obedientiæ, ac sub pœna privationis vocis activæ et passivæ præcipimus, ut omnes Locorum Superiores, iuxta præscriptum Statutorum Generalium Nostri Ordinis, omnia Ecclesiarum, Bibliothecarum et Officinarum inventaria diligenter conscripta, et à PP. Discretis subscripta; item regestra Eleemosynarum sub tempus administrationis suorum officiorum perceptarum et expensarum; testimonia item Communitatum et Singulorum PP. ac Fratrum, de data ipsis statui singulorum competenti sufficientia, de cura infirmorum habita; de reparatione Conventuum; de non relictis in Conventibus debitis actuis pecuniarijs; de numero Missarum relictarum authenticè scripta, et omnia a PP. Discretis Conventuum subscripta, secum ad Capitulum afferant. Item testimonia persolutarum Recollectionum in Conventibus Recollectis, ac etiam testimonium de Summis apud DD. Syndicos Locatis. Et ne aliqua etiam fraus committatur in Pannificinis ideo serio iniungimus Superioribus illorum Conventuum, in quibus Pannificinæ reperiuntur ut habeant testimonia à Fratribus Pannificibus Professis, quot pondera Lanæ pro quolibet volumine panni eis tradiderint; quod testimonium scribatur in præsentia Dni Syndici et PPrum Discretorum. Regestra autem perceptarum et expensarum Eleemosynarum pro pannificinis, seorsivè subscripta a DD. Syndicis, à PP. Discretis et à FF. Pannificibus Professis adferant. Præcipimus item ut omnes et singuli Locorum Superiores numerum PP. ac Fratrum in suis respective Conventibus, post Nostram Visitationem manentium, ad Cancellariam futuri Almi Capituli deferant. Item notata triennalia ad Archivum Provinciæ comportent. PP. item Adm Vndi Lectores Sacræ Theologiæ, et PP. Multum Vndi Lectores Philosophiæ Actuales testimonia de diligenti Lectura, et de persolutis publicis disputationibus à PP. Discretis subscripta in futuro Capitulo demonstrent, vel per suos Superiores Locales transmittant.

Ne vero Locus Almi Capituli impertinentium Personarum obruatur copiâ ideo omnibus illis Patribus, qui non sunt de numero vocalium, vel quibus non est data per præsentes copia, adeundi præfatum locum aut qui à Nobis non obtinuerunt specialem ad hoc in scripto licentiam, accessum illuc omnino prohibemus et interdicimus. Patribus item Adm Vndis Mltumq Vndis Conventuum Præsidentibus serio prohibemus, ne sub tempus sui Regiminis audeant contrahere debita, futuro Superiori relinquenda; simulq mandamus, ut adventum Patrum Guardianorum ex Capitulo designandorum præstolentur et illis omnia fideliter resignent.

Ut autem omnes Nostræ actiones in futuro almo Capitulo, à Deo incipiant et per ipsum cœptæ, prospere finiantur, ideo ordinamus et præcipimus, ut supplicationes seu suffragia secundum Consuetudinem Provinciæ, tam post laudes quam post vesperas persolvantur incipiendo station à die receptionis præsentium. Scilicet Antiphonæ de Spiritu Sancto, de Beata Maria Virgine de Sancto Patre N. S. Francisco et de Sancto Bernardino, cum suis versiculis et Collectis. Ipso vero die electionis pro felici

eiusdem Successu, in Singulis Conventibus Summo mane Missa Solemnis de Spiritu Sancto cantetur in qua Fratres Clerici ac Laici confessi Sacra reficiantur Syrum Singuli etiam Presbyteri, ad eandem intentionem Missam eodem die itidem de Spiritu Sancto legant; Fratres vero Clerici et Laici Sacram Communionem Deo Offerant. Patres autem Adm' et Multum Venerandi Confessarij Monialium resignationes Suorum Officiorum ad Capitulum mittant.

Vniversis demum ac Singulis Locorum Superioribus Serio mandamus, ut quam primum has Nostras innotatorias Literas receperint statim eas iuxta morem Patribus ac Fratribus per Sonum Campanae Refectorij Capitulariter convocatis faciant Legi, et manu propria à tergo, ut moris est Subscriptas, quantocius et sine ulla mora, ob angustias temporis, per fidum et expeditum Cursorem ad viciniorem Conventum, iuxta ordinem Curseriae transmittant, Sub poenis Nostro arbitrio in loco Capituli infligendis; multorum enim vel Superiorum negligentiâ, vel Cursorum Socordiâ et ignaviâ Pastorales Literae Solent retardari, cum ingenti rerum agendarum perturbatione, et Confusione. Vltimo mandamus, ut habitus veteres ad Novitatus deferantur, et testimonium de hoc in Capitulo exhibeatur.

Valeant itaq Patres ac Fratres in Christo Dilectissimi, et Nostri coram Divina Maiestate in Suis Sacris Orationibus Sint memores. Dabantur in Conventu Nostro Lanciciensi ad Beatissimam Virginem MARIAM Immaculatè conceptam. Anno Domini Millesimo Septingentissimo vigesimo Secundo, die 8va mensis Junij

Fr Carolus idem qui
Supra Commi: Visita: Gen: Imppr

L. S.

Fr Seraphinus Samalski Ordinis Minorum S.P.N.J Regularis Observantiæ S. Theclæ Lector Jubilatus Praedicator Generalis Almæ Provinciæ Majoris Poloniæ S. Mariæ Angelorum Minister Provincialis et Servus

Admodum Rdis Admᵒ Vrsfrancis, Multum Venfrandis Verfrandis ceteris q̃ omnibus et singulis Patribus ac Fratribus in Visceribus J.C. Christi Dilectissimis

Evocatus è Ebdomensi in Majoris Poloniæ Polum Solo e Sancto Mariano deserto in deserta Poloniæ montana ad unos anunciante anunciantes Angelo ad immensos Reginæ Angelorum choros minimus Seraphinus Seraphici Doctoris Divi Bonaventuræ ultra spem et meritum Regia in Costenti civitate electus in Pastorem qui Seraphicam in Sanctas Recollectionis Eremo ambiebam agere vitam ut potè abstractam aeternis Cœlestibus inserta[m] re motam a mundi motibus Summa in Contemplatione intimam Deo Creatori coruptivis carente qualitatibus Continuis amoris in Deum ferventis actualem flammis Angelicè formatam et in Deum transformatam eam qui adhæret Deo unus Spiritus est cum eo Hanc imitando Seraphicum Patriarcham aggressi Crucifixo configi vivebant illi iam non ille vivebant vero in illis Christus horum Affectuum si non adeptus certè apicem et culmen Saltim Seyui et Imitatorium Coram et obtabam. Subesseq̃ praxi ipsorum in praelectis semper animo erat Sed quia dextera Domini fecit virtutem dextera Domini exaltavit me, fecitq̃ minimis magna qui potens est qui et nuchile subjecti et meritorum almos huic Provinciæ Creare et præficere ac in locum Ministerij huius Cui lecteralibus Votis assumere dignatus est. Suppedanei itaq̃ altissimo Dei dispositioni licet Conscij imbecillitatis propriæ tanto officio et Ministerio humeros et suavi jugo Submisimus quamvis Onere impares nos sentimus nisi a Deo Vires et robur accipiamus aequo Omnipotatum Optimum venit a Deo ter optimo Maximo, Porro præstabitis Nobis præstantissimum in pius modi Onere quamque si Sanctæ Religionis Jugum per Christi gratiam Suave et leve quod Singuli per professionem voluntarie assumpsistis fideliter tolatis Si Singuli in propriis muris Sedulis et frugiles imitatorum Charismatum æmulatores effecti Coram Deo Omnium Operum nostrorum Arbitro Angelis et hominibus gloriosi fieri Nitebatis Si Seraphicam instar Seraphinorum ad invicem Charitatem habueritis Si Statuta Generalia et Provincialia Constitutiones q̃ ac Ordinationes Dignissimorum Antecessorum Nostrorum ac moderni Obitus Definitory (ut infra patebit) Observaveritis bona Cuncta nobis et Almæ Provinciæ Venturæ adventitio (in cujus Solemnitate possessionem Jurisdictionis Nostræ assumpsimus) præstolabimur Bonaventura qui nostræ militiæ (ut Antiphona intonat) pastor et Charitas Divinis Ardoribus transformatus est actibus, quem Christi Spiritus vexit Charitas Ejusdem Charitatis æmulator Seraphico flagrans amore arga Seraphicam publicum Gregem nempe Ordinem Nostrum feliciter regens et regens Urbem et Orbem Pontifex hujus Nominis Innocentius XIII. Papa qui Ordinem liberæ electionis jure proprio toto quod cat Orbe ad libertatem sui Prælati et Pastoris Electionem minimos sed liberos vult habere fratres Famulatur gaudens nec amantissimus huic inestinguibile etiam affectu et respectu Eminentissimus Cardinalis protector q̃ totius Ordinis Nostri Seraphici Sacræ Sanctissimi intentioni has dirigens et nos Suas literas quarum tenor sic sequitur

Adum Rdi Pater

Benedictus Deus et Dominus Jesu noster Christi Pater Misericordiarum et Deus totius Consolationis qui a quod ad Seraphici Ordinis instaurationem Regularis disciplinæ reparationem necessarium erat, Domino donorum nobis ampridem expetitum fecit, ut generalis Capitulum haberetur, id demum hoc tempore quo nos Eiusdem Ordinis præfecerunt functionem

mirabili Coelesti Coelestis gratiae beneficio largimur. Etenim Sanctus Dominus Noster Innocentius XIII. de Apostolicae potestatis plenitudine Sanctum Capitulum non modo indicere, sed etiam eidem per se praesse dignati atque adeo non alibi, quam in hac alma urbe Collegii voluit, quod Constitutum Sanctitati Suae divinitus inspiratum, nec magis ad dignitatem, quam ad Concordiam ipsius Capituli rerumque in eo gerendarum felicioren exitum magnopere profuturum. Tibi exanimo gratulamur. Et igitur Paternitas tua Caeteris in Provincia tibi Commissa quibus juxta Constitutiones Ordinis Jus est ferendi Suffragium in Capitulo Generali Apostolicis jussionibus obtemperantes oportuno tempore huc possit accurere, Convocatorii brevis exemplum, his Literis annexum Tibi transmittimus, ut ejus noticiam et ipse habeas, et ad alios quorum interest facias deferri. Et interim omne bonum a Deo Paternitati Tuae deprecamur. Paternitatis Tuae Amantissimus Semper Cardinalis Corsinus Protector

Romae 25 Aprilis 1722

Literae Verius Bullae Supra. Quae Sequitur

Innocentius Papa XIII.

Dilectis Filiis Ministro Generali Vicecomissariis Generalibus Provincialibus Custodibus aliis Fratribus totius ordinis Minorum tam de Observantia quam Reformatorum, Excalceatorum Recollectorum Seu quocumque alio nomine nuncupatorum Salutem et apostolicam benedictionem

Religiosis Ordines, quos tanquam fertilia Agri Dominici plantaria Circumspecta Romanorum Pontificum Praedecessorum Nostrorum providentia instituit invisibus Paterne gerentes Charitatis Ordinem vestrum viris Sanctitate, pietate, Religione sacrarum quoque ancillarumque bonarum literarum Sapientia ac propria abnegatione Seraphicis studio eximie praeditis fulgentem Singularibusque in hanc Sanctam Sedem meritis Conspicuum peculiari Apostolicae dilectionis affectu Complectimur, ac provisionis remedium ubi illud exigere dignoscitur, adhibemus sicut Omnibus mature Considerantibus equitati ac rationi Consentaneum esse in Domino arbitramur cumque sicut accepimus Capitulum Generale Ordinis Vestri quod juxta illius Constitutiones Seu Statuta authoritate Apostolica Confirmata Singulis Sexennijs ultra et Subinde citra montes alternis Vicibus Celebrari debet propter Satis temporum Calamitates et desolationes ruentis de Causis felicis recordationis Clementi Papae XI. Praedecessori Nostro probe perspectis Viginti duobus fere ab hinc Annis Congregari nequiverit. Ita multiplicibus incommodis quae universo Ordini Vestro non sine Regularis disciplinae detrimento contigere posset. Ejusdem Capituli Celebratio diutius protrahi reteretur occurrere Cupientes ac recentis memoriae Gregorii IX Alexandri IV Romanorum Pontificum de Sanguine et Familia Nostra pariter Praedecessorum Nostrorum quo Capitulo Generali per Seipsos olim praesidentes Collapsa in Ordine Vestro reformarunt felicesque illius progressus non mediocriter juvarunt Vestigiis insistentes Coram nobis Capitulum Generale hujusmodi Convocandum duximus, ut quod ad rectum Ordinis Vestri praedicti Regimen decus et utilitatem pertinere prius cognosceremus ejusque statum ac valitudinem Consulere possimus. Quo circa motu proprio et ex certa Sciencia ac maturae Deliberationis Nostris deque Apostolicae potestatis plenitudine renovando alternative prorogantes Capitulum Generale Ordinis Fratrum Minorum tam de Observantia quam Reformatorum Excalceatorum Recollectorum aliorumque quorumcumque Nuncupatorum in alma Urbe Nostra et Conventu S. Mariae de Aracoeli Coram Nobis pro Vigilia Festi Pentecostes Anni proxime venturi 1723 nostra more inchoandum et celebrandum tenore praesentium indicimus et convocamus indictumque et convocatum denunciamus Vobisque propterea Seu Ministro Vicecomissariis Generalibus

Provincialibus alijsq Fratribus quomodolibet Municipatis qui iusta morem et Constitucionys Ordinis in Capitulo Gelé jus ferendi Votum siue Suffragium habentis eiq interesse et Terminj in Virtute S. Obedientiae atq sub penis in Constitucionibus Vestris Contentis alijsq nobis bene visis mandamus quatenus ad ipsum Capitulum legitimo tempore impedimento opportuno tempore accedere curetis et die Sabbati post Festum Ascensionis Dñi Nostri proxime Anni proximi futuri pro Capitulario Acta inchoabuntur et non antea Conuentum Capitulorum ingrediamini et Vestris Fratribus Definitorij Gelis quibus aliquod ante diebus ingredi liceat ut autem Constitutioni quae et Patrum Multitudine Obviari potest Occuramus Statutis Generalibus Ordinis Vestri ad hoc erentes Sub pena privationis Suffragij precipimus quod Minister seu Pro minister et Custos uniuscq Provincie Sibi ad Capitulum Gelen iter faciant Cum unico tantum Socio Religioso prouterq et si expensae alicui in itinere ex necessitate faciendae fiant adducant Secum fere decem qui Vices Syndyci Apostolici gerat et ipsius Nomine expensas predictas in eundo Laicant, Supradictosq Omnes hortamur in Domino ut in itinere suntes et redeuntes graviter, Modeste Religiose ac decenter incedant non litigent nec contendant Verbis, Sed sint mites pacifici Mansueti et humiles Sicut decet Seruos Dei et institutum Euangelicum quod profitentur maxime postulat; praeter vero predictos et illos quibus literarum Patentium et Concionibus peragendis Ministro Gelí fuerit Concessa licentia Specialis nemo prorsus ad hoc comitia Veniat audeat Sub Pena Apostasiae eo ipso incurenda quam etiam indicimus Vocalibus ipsis qui Curiositatis aut negotiorum causa a via recta ad Capitularem Conuentum praefatum notabiliter deflectent nihil interim in Provincijs iusta Ordinis Statuta prorsus innouetur donec ad propria Ministri et Custodes reuersi fuerint Sinecus fiat id nullius Valoris aut momenti habeatur. Provinciarum Custodes Sui muneris debito respondeant iusta antiquam Fratrum Vestrorum laudabilem et Constitutionem nec non Ordinis Statuta Conventuum tam Fratrum qui Monialium nomine eorundem inuentium et apostemo Gelá. Capitulo Defunctorum Numerum probasse qui Specialis exemplaritatis Nota Vitam cum signo Sanctitatis Vel ducunt Vel claus sunt, vtrum Nomina et qualitates Fratrum interfidelis Vel ad Seruitium Terrae Sanctae acti degentium, aut pro transitu Cupientium, Operum quae Vel nuper impressa fuerit, Vel typis Committenda parantur Notabilium quorumq cum laudabili memoria diu rum quae nouissimo Capitulo Gelá in propria cuiusq Provincia portentatem adhibitam diligentiam, accedisse Compertum fuerit ac tandem Cultorum Omnium quae de iure ac Constitutione ad Capitula Gelia deferi solent fidele testimonium aut hentica quae fidem Secum habere intenderit. Similiter Sub pena privationis Officij Omnibus qui Computa Eleemosinarum iusta Constitutiones reddere debenter iniungimus, ut eidem Computa et fidelis huius Modi Eleemosynarum administrationis documenta ad Statuto rum praescriptum per eosdem Custodes respective transmittant. Inreligiosis vero Omnibus ad Generale Capitulum quomodocunq pertinentibus quae his literis adsunt expressa Gles Ordinis Constitutiones Omnino Seruari volumus Demum Praesentibus Nostris Literis publicatis sicut prout moris est fieri mandamus precesq Sinceras Deo Optimo Maximo offerentur pro felici huius Gls Capituli Successu ut Seruorum et Literatorum Domini prospicerum Omnium Agendorum Expeditum Concipere ci gretur. Quo propter a Paschate Resurrectionis Dni usq ad diem Festum Pentecostes Quinta Feria Cuiuslibet hebdomadae Solemni Festo non impedita in Singulis Con ventibus Missa de Spiritu S. decantetur et a cunctis Sacerdotibus privatis de eodem Collecta recitetur. in Choro autem post matutinas et Vesperas horas ac Missam Con ventualem quotidie recitetur pariter Himnus Veni Creator Spiritus) Cum Antiphonis et orationibus de Spiritu S. de Conceptione B. M. V. Immaculatae ac de S. Francisco.

Ab Ascensione in Super Dni Solemnes Supplicationes seu Processiones, per Ecclesias et claustra, Litanias Sanctorum decantando peragantur

In ipsa autem

In ipsa autem Vigilia Pentecostes Omnes peccata sua Confiteantur Sacerdotes Missas celebrent alij Spiritum Sancti Sacramentum Altaq; munda recipiant quibus gratiam Omnium Peccatorum suorum Indulgentiam et remissionem percipiat Missam caeteraq; Diuina Officia Deuotius in Domino Confidimus et Elargimur. Indemq; pariter diu Sacrum Officium Spiritu Sancto et processio ut Supra fiant. Omnesq; ad Dominum humiliter recurrant ipsum deprecantes, ut quae agenda sunt ad suis Laudem et honorem Vestraq; Religionis incrementum, Animarum Salutem totiusq; Ecclesiae Militantis Utilitatem prospiciendo inspiret, et adiuvando prosequatur. Decernentes praesentes Literas etiam et eo quod quicunq; in praemissis interesse habentes Seu habere quomodolibet praetendentes illis non consenserit nec ad ea vocati et auditi fuerint nullo unquam tempore de Subreptionis obreptionis et nullitatis vitio aut intentionis Nostrae et alio quovis quantumlibet substantiali defectu notari redargui et impugnari. Et adversus eas aperitionem Oris restitutionis in integrum aut aliud quodcunq; Juris facti et gratiae remedium impetrari Seu impetrato quempiam in Judicio et extra illud uti posse sicq; et non aliter in praemissis per quoscunq; Judices ordinarios et delegatos etiam Causarum Palatij Apostolici Auditores et S. Romanae Ecclesiae Cardinales etiam de Latere legatos et dictae Sedis Nuncios Sublata eis et eorum cuilibet quavis aliter iudicandi et interpretandi facultate et auctoritate iudicari et definiri debere ac irritum et inane si secus super his aquam quavis auctoritate scienter et ignoranter contigerit attentari, Non obstantibus Constitutionibus et Ordinationibus Apostolicis ac quibuscunq; Ordinis praedicti etiam juramento Confirmatione Apostolica et quavis firmitate alia roboratis, Statutis et Consuetudinibus etiam immemorabilibus Privilegijs quoq; indultis et Literis Apostolicis eidem Ordini eiusq; Superioribus et Fratribus per quascunq; Romanos Pontifices Praedecessores Nostros et Sedem Apostolicam etiam motu scientia et potestatis plenitudine Simulibus, ac cum quibuscunq; etiam derogatoriarum derogatorijs aliisq; efficacioribus efficacissimis et insolitis Clausulis irritatibusq; et aliis Decretis in genere et in specie, ac alias in contrarium quomodolibet concessis approbatis et innovatis. Quibus Omnibus et Singulis etiamsi pro illorum sufficienti derogatione de illis eorumq; totis tenoribus Specialis, Specifica et expressa et individua ac de Verbo ad Verbum, non autem per Clausulas Illis idem importantes mentio Seu quaevis alia expressio habenda aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores huiusmodi ac si de Verbo ad Verbum, nihil penitus Omisso et forma in illis tradita observata exprimerentur et insererentur, praesentibus pro plene et sufficienter expressis et insertis habentes illis alias in suo robore permansuris ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat Specialiter et expresse derogamus, Caeterisq; contrariis quibuscunq; Caeterum quia difficile foret praesentes Nostras Literas ad singulas Provincias deferri Volumus ut earum exemplis in Romana Curia Authoritate Nostra impressis, Manu alicujus notarij publici subscriptis et Sigillo Personae in Ecclesiastica dignitate Constitutae munitis eadem prorsus fides in Judicio et extra adhibeatur quae praesentibus ipsis adhiberetur si forent et exhibitae et ostensae Datum Romae ad S. Mariam Majorem Sub Annulo Piscatoris die 20 Martij 1722 Pontificatus Nostri Anno 3to

Romae Registrata S. Cancellariae Apostolicae MDCCXXII.

Sequuntur Tertio

Constitutiones Totius Venerabilis Definitorij.

Venerabile Diffinitorum Actus providendo necessitatibus itinerantium pro Capitulo Gli. Ministro Anno futuro 1723tio celebrando Scilicet A. R. Patris Ministri Provincialis et A. R. Custodis Provinciduti Vocalium Ordinavit taxam a singulis Conventibus Subministrandam videlicet

1mo

Pro Custodia Posnaniensis			Pro Custodia Varsaviensi		
Ex Conventu	Posnaniensi	Ari 95	Ex Con	Varsa	Ari 20
Ex Conventu	Costensi	Ari 5	Ex Con	Xonici	Ari 3
Ex Con	Wschowen	Ari 2	Ex Con	Stempen	Ari 10
Ex Con	Kobyli	Ari 13	Ex Con	Luba	Ari 3
Ex Con	Calisi	Ari 5	Ex Con	Prad	Ari 3
Ex Con	Rotopo	Ari 3	Ex Con	Vatebur	Ari 20
Ex Con	Varten	Ari 10	Ex Con	Stadg	Ari 8
Ex Con	Lydge	Ari 20	Ex Con	Petri	Ari 8
Ex Con	Casimi	Ari 3	Ex Con	Lanici	Ari 4
Ex Con	Noveli	Ari 3	Ex Con	Ostro	Ari 3
Ex Con	Lipnic	Ari 2	Ex Con	Sprem	Ari 6
Ex Con	Szrcen	Ari 3	Ex Con	Cadi	Ari 5
Ex Con	Cosminen	Ari 13	Ex Con	Rato	Ari 3
Ex Con	Gorcen	Ari 20	Ex Con	Czerni	Ari 5
Ex Con	Ostrzelsk	Ari 2	Ex Prad	Lobsk	Ari 3
Ex Con	Gradicen	Ari 8	Ex Prad	Stroco	Ari 3
Ex Con	Golucens	Ari 5	Ex Prad	Vicen	Ari 3

2do

Decretavit Vlle Diffinitorium Frem Felicem Sanctii Laicum Professum ob multa et enormia Scandala varijs in locis cum Scandalo Secularium etiam Ataetheo eorum ad formam Carceres in Conventi Cosminensi introducendum et in ultimo porcione singulis dietis ac Cerevisia Secundaria Pacho Cellendrysi macerandum per annum integrum flagellatus quinquies diebus inter potatis post matutinum de nocte Virgis per Fratres Singulis Vicibus per triginta plagas Idem Sanctum est pro Fratribus Victorino Vmnesti et Fratre Didaco Locher Laicis professis ob fuga et apostasias recidivantes Mandatur Superioribus Localibus ut curent Captivari Frem Antonium Stebinski Laicum Professum (quem ubicumque locorum esse resciverint) et traui ad subito Secularj habitu qui captus deducatur Varsaviam ad Carceres de quo significari teneb[itur] p[rae]s loci Superior Nobis

3tio

Ex quo multi Fratres apostatent de uno Conventu ad alium, ideo providimus Locorum Superioribus absolutionem ab apostasia facta, profugos pro Salutari penitencia Virgis ad quinquaginta plagas flagellari et occlusos per tres dies ultimo porcionem macerari nobis significando literaliter informandos de qualitate delicti quod in suis Conventibus perpetraverint. Quod et aliarum Provinciarum profugi Fratres ubicumque reperti absolutionem habebitur in plena Comunitate ab Apostasia et per tres dies inclusi ac in ultimo porcionem macerari insuper Sextim unanimi flagellari et sic flagellati ad Proprias Provincias cum literis testimonialibus et Patris Guardiani et Discretorum Subscriptis ac Sigillo Conventus Munitis remittant. Sub pena depositionis ab officio mandatur Locorum Superioribus a Nobis exigenda

4to

Cavetur ne Patres Vicarij absentent se a choro potissimum a matutino et i absen
Patrum Guardianorum Elemosynas ne distrahant neq. Suripiant ultra pœnas in
habilitatis ad Officia, gravius ad nostrum arbitrium puniendi. Item sub pe
na depositionis, in jungitur Patribus Lectoribus Theologiæ et Philosophiæ ut
in dandis et explicandis suis Lectionibus bonum publicum totius Provinciæ
et non privatum respectum ad Personas sui idiomatis respective præ occu
habeant æqualiterq. Omnes suos Discipulos foveant charitative et sine Verbis
sivis ac Scommaticis ad amorem Literarum et profectum in Studio allician
Serventq. hæc et in Circulis. Idem tenebuntur Observare PP. Guardiani erga
os Subditos

5to

Ad coercendam ignaviam Patrum Confessariorum qui requisiti nolunt
audire Confessiones Sæcularium V. etiam ex industria se subtrahunt ab illis
excipiendis Graduati Adm. et Multum Venerandorum titulis pro discretorium
locale priventur et si Discreti sint non admittantur ad Discretorium Juniores
vero Pœna disciplinæ et Jejunio ad æmulda Charismata Meliora Compelantur
Easdem Pœnas et graviores extendamus infligendas ad quocunq. Patres pro
prietarios et Elemosynæ interceptores promissis, ac insimoniacos, qui in
Confesionalibus non horrent extorquere a pœnitentibus pecuniam Vel alia
monuscula

6to

Renouantur Statuta tam Gtia quam Provincialia de Patribus prædicato
ribus unius Concionis etiam Gelibus tam Ordinarijs quam quibusq. alijs qua
obligant eosdem ad Hebdomodam tenendam ad Horum frequentandum pro
matutino exceptis diebus quibus prædicant et ante juxta obluyentiam
Statutorum ad utramq. metalem Orationem ad Votiuas Cantandas ad omnes
missas per se non per Subditos legendas negligentes Careant Specialiter
Cione Carnium V piscium quæ pro Comoni datur

7mo

Toties iam determinatum erat et inculcatum Patribus Guar
anis Panificinarum V maxime Fratribus Panificijs Laicis ut duc pondere
vulgo dva Xamenie Lanæ pro uno volumine ad Panificinam dentur et non plus
Lanam etiam pr Fratres Comparatam ipsimet Superiores reuideant similiter
Singula Volumina si sint bene Confecta quo ad qualitatem facturæ Panis
quantitatem Vlnarum præscriptarum sub pœnis prescriptis irremissibiliter ex
yendis, tam in illos quam in Fratres Panifices. Item obligantur Patres Guar
diani ut attendant ne Fratres provisores mendicatim ad Civitates emissi pro
petenda Eleemosina pecunias quæstuent petendo his Verbis peto pro Pane V pro
candelis, sed speciose petant V Panem V Candelam et dum panis petitur,
Fratres Cum biecsacis lineis Omnino in Cedant sub pœnis nobis arbitrarijs
infligendis. Pariter strictè prohibetur. Sacristianis ne in Missis funera
libus Nobilium Personarum pro offertorio exponant pelvim V aliquod aliud
vas pro Coligendis pecunijs, nec in Maiori Hebdomada ad S. Crucis de osca
lationem Similia Vasa exponantur sub pœnis proprietariorum

Fidelissimi ac Compendiosissimi GW eternitati laborantem M.R. Patrem Joannem Kamenski S.T. et P.G. et Ministrum et Custodem Patrem et Chronologum Provinciae Faventissime absolvimus ab Oneribus Officiis dantem pro bono publico Provinciae Item liberavimus Conventum Vschowensem a Contributionibus Annualibus pro Reces sitatibus Provinciae debitis in Vim et persarum pro Charta introligatore et alijs Ne cessarijs ad Scripturam Archivij requisitis Stante labore praefati M.R. Patris

GW

Precipimus Omnibus Patribus Praedicatoribus Sermanorum Sicut et alijs qui ha bent licentias absolvendi ab Hereses, ut curent ab antecedentibus omnis conversi numerum Acatholicorum ad fidem Orthodoxam Romanam Conversi et per eos Operata os antecessores absolutorum quam Confessionem in Visitationibus futuris temporibus nobis representabunt Similiter et Sacristianis ut in Catalogo Mortuorum Ordi nario in Sacristia appendatur Patres Graduatos et qualificatos, item Exemplares ac Virtute Conspicuos de hoc mundo decedentes cum Omnibus epithetis hetis laudi bus Scribant potissimum in illis Conventibus ubi decedunt his invigilabunt Lo ci Superiores. Deinde ut sit firma pax inter promotores Confraternitatum et Patres Superiores Locales determinabunt nobis in ana Visitatione juxta qualitatem Locorum et temporum quot et quando debeant subministrari Candelae et Missa Confraternitatum quolibet Quartali cum Lenoribus in praesentia Superiorum localium

AO

Recompensando Labores et Omnimodam Paternam affectus exhibitionem in Visitanda hac Alma Provincia A.R.P. Strus S.T. Jubilatus P.G. Con Tarnoviensis Guardiano Commissario et Visitatori Sti Almae Provinciae Majoris Poloniae ac Praesidi Capituli moderni submittit et obligat se tota Alma Provincia post fera utinam fata ejusdem A.R. Patris ellissas per singulos Conventus a sa cerdotibus officia Defunctorum a Clericis Pater et a Laicis triplica ta more solito ut sit post obitum R.R.P. Provinciae persolutum Ne etiam post fata utinam Sera A.R. Patris Christophori Rozvalenij P. Gis D. Hosti. Patris Provinciae Meritissimi circa Suffragia pro Animae ejus aliquod dubium oriatur, vide decernimus et declaramus eundem post mortem suam ejusdem adjuvari Suffragis quae habent Patres R.R. Ex Ministri et Lectores Jubilati. Item pensando affectu et benefacta munifica erga hanc Almam Provinciam Illustrissi Dominorum et Benefactorum nempe Vladislai Radomicki Castellani Posnaniensis et Stani slai Vrinski Venatoris Vschovensi ad Conservata post Mortem eorum Suffragia quod aliis Benefactoribus et antecedentibus Capitulis et promissa

AA

Adm Vdis Patribus Benigno Srodcie et Constantino Chetnicki Pre dicatoribus Celebus Ditti Habiti ob Monumin aeternitatis Concedy Socius fratus. Patri autem A.V. Benigno lumine Occulorum Abbato assignatur alcon veatu Casimiriensi Habitatio usq ad fata ipsius et Concedy Stubella in dormitorio Conventus Vicinior gradibus

AZ

Premiando labores Patrum infrascriptorum Concedimus titulum A.V.d tris Praedicatoris Glis sibi qet A.V.P. Bernardino Sutkowski

Adm V.P. Casimiro Volstinio
Adm V.P. Antonio Corbicki
Adm V.P. Caspar Sadowski
Adm V.P. Ladislao Antecki

H

Adm V.P. Francisco Maszewski
Adm V.P. Antonio Mostowski Cum Ordine praedi

Titulum Vero Adm V Patris Confessarij Emeriti Concedimus Seyentibus

Adm V.P. Nicolao Braun
Adm V.P. Antonio Virvinski
Adm V.P. Vincentio Matern
Adm V.P. Petro Dubrowicz
Adm V.P. Josepho Crotosinio
Adm V.P. Caietano Folckman
Adm V.P. Petro Muorie

Inculcat tamen Vbile Diffinitorium Supra Specificatis Patribus ut Sciant bene uti titulis in eorum praerogativam si delinquerint dat idem V Diff compromissum Nobis his titulis eos privandi similiter deponendi Patres Guardianos Confessores Monialium Praedicatores Lectores Philosophiae praevio pro Cessu V libera resignatione, aliosq Substituendi

Sat fuse Sat Sapienter et ardenter Apostolico Spirita duodecem Venerabile proposuit Vobis Diffinitorum Articulos Sic curite ut Comprehendatis. Ego autem Seraphico vos Amantissimi Patres ac Fratres amplector Corde haec solum quae ducunt ad polum infero pectoribus Servate pure Regulam quam solemniter professi estis figite ad amussim recenti memoriae Beatorum Ladislai et Raphaelis Provinciae P. Patrum Monita ac Statuta dignissimorum Antecessorum meorum Constitutiones Ordinatoresq haec quae audistis Vidistis legistis Vobistis Servate et Deus pacis et Consolationis erit Vobiscum Nostriq in Oratiobus Vestris non immemores Valete in Visceribus Jesu Christi Datum in Conventu Nostro Costensi ad S. Mariam Angelorum die 29

Julij Anno 1722

Idem qui Supra
M. P.

Fr. SERARHINUS GAMALSKI

Ordinis Minorum S.P.N. Francisci Regularis Observ:
S. Theologiæ Lector Jubilatus Præd: Generalis.

Almæ Provinciæ Majoris Poloniæ S: Mariæ.

Angelorum
Minister Provincialis & servus.

Dilectis Nobis in CHRISTO.

Adm Rendis Adm & Multum Vdis PP ac Fratribus Jesu Christi

Salutem in Domino sempiternam.

Immensas non pridem nostro statim inhoato Officio percepit Almaimo totus Seraphicus Orbis Provincia a SSmo Domino Nostro Innocentio XIII nunc feliciter regnante, dum Pusillum sub Gentilicias Aquilæ recepit Alas Franciscanum Gregem, pristinam restituendo libertatem ac activitatem. Et nunc easdem tam per Rndmum Generalem totius Ordinis quam etiam per Rndmum V Commissarium Glem hujus Cismontanæ Familiæ nos pro Generalibus ad Aram Cæli Convocando Comitiis appromittit Vere Sanctos vere providos ac Vigiles prospicimus Rectores ac Pastores ut patebit ex episcopis sequentibus.

Fr. Franciscus ab Altamura Ord: Min: Reg:
Obsef S.P.N. Francisci Lector Jubilatus et in hac Obsr: Cismontanæ Familia ac Discalceatorum V: Comissarius Glis et servus Adm Dilectis in Christo Superioribus ac subditis suis Almæ Prov: Poloniæ Majoris Salutem et pacem in Domino.

Cum tempus Celebrandi Gle Capitulum appropinquarit motu proprio SSmi Dni nostri Innocentij Papæ XIII. Noster Rmus Pater Minister Glis Zelo, virtutibus, Pietate, et Obedientia Sanctæ Seraphinus ut pote vivo Imago S.P.N. Francisci Nobis Comisit Pastoralem in qua quoque et Breve Pontificium Convocaturus reperitur ut eam vobis mitteremus, sicut facimus et cum hac nostra annexam transmittimus ut curam habeatis eumque pro tota hac Provincia publicari et publicatam ab omnibus respective superioribus Localibus et subditis observari faciatis, necnon deca pro quolibet Cœnclio suum exemplar percipiatur.

Nos autem ob merita sacti Nostri Patriarchæ omnibus Vobis veram felicitatem a Deo deprecamur Valete Dast. ex Aracæli Die. xima Mensis Augu: 1722.

Studiosissimus in Dno Servus
Fr. Franciscus Adm
V Comissarius

Fr. Josephus Garcia, Totius Ordinis S. P. N. Francisci Minister Generalis et Servus.

Universis in Christo Jesu Dilectissimis Patribus ac Fratribus in eode ordine.
Deo famulantibus, tam Prælatis, quam Subditis Salutem et pacem in Domino Sempiternam.

Exultate Deo Adjutori Nostro, dilectissimi Fratres qui postquam probuit nos ad aquam Contradictionis diuq; nec diem nec locum dici Generalibus Nostris Comitijs passus est, amplo domum cum fœnore misericordiam suam adhibuit rebus nostris non enim ut cunq; edit agere nos Conventum tot annis desideratum, verum disposuit in hanc nostram Solemnitatem adeo insignem diem, ut non modo albo Curi ajunct) lapillo anubis mensibus Annj Signandus fit. Sed monumentes etiam marmorum solidiorum in æternitatem perpetuos referendos, quippe Summi Pontificis felicitor nunc Regnantis Innocentij XIII. Prudentia et Sanctitia plenissimè illustrandus. Excelsa igitur Comitum Stirps nemer in hoc Innocentio Congregationis Nostræ ac Suos quam ipsum posuit ab initio dum per Innocentium alterum eam fundavit et approbavit non fefellit Satis Charitati Suæ, atq; erga Institutum nostrum si per nobilissimi sui Stemmatis Aquilam alas inspeciem agitantem nec pullos suos visceris quodam modo liberales per niis duntaxat ad offerendum voluntarium impulsu provido ac strenuo provocasset ausi et addidisset materno recusa instinctu, illam memoria temporum dignam sedulitatem, ut nempe indicerit simul ipsum ad nidum suum in vertice positum mentium Romanorum quo si necessitas ferret, mas prolem, et potens adsset ad portandum, atq; illam alteri faceret, sed duceret atq; dirigeret per seipsam, quo scilicet tutius posset ubilancium cursus fo isteri per providentiam suam, ubi juventus Ordinis Nostri per eandem amanter adhibetur addictam, ut Aquilæ renovetur. Proinde nos æquanimi animo respicientes præteritas Nostras Calamitates, ut potè per felicitatem istam eximiam præcipiendas abunde et pro curandas. Fatemur ingenuè vobis Omnibus quotquot pro annis quibus vidimus nascia, lætati sumus, quod reparandæ exitium Monstrum in maximum bonum, ut rogabamus, Conversa sint simulq; concipientes parem hilaritatis et Spei sensum, nobis similiter futurum esse si Creatores efficacioris quo sublimis progressu Beatissimus Pr. imperderit nobis Semitam suam: Intimeris aggrediamur quod primum ad nos privata te dedit pro sua in Caput vestrum Paterna benignitate quæ subinde ad omnes nos Diplomate publico emanavit. Itaq; per Eminentissimum D. Cardinalem ab eo tyo Status suum primarium ad Ministrum placuit renuntiari nobis quam digna retur præstare in Fidelitatem Nostrum egregiam voluntatem hujus Seriem Epistolæ ad nostris præcipuis Fastibus in Serpenda ideo faciendam censuimus juris nostri, ut Sicuti nobis Vestrum ipsius atq; adeo nobis Sequestribus ea nobis cum primis Conexa ita nobis cum ad gratiam Dei ne apud Deum et homines habendam perpetuo et referendam in ultimis Loquatis

Epistola Igitur sunt Verbis hæc. Reverendissimo Pr. Comiba Creandis Vestris Supremis Magistratibus, temporum asperitate iam alibi interrupta, ubi primum San et Sanctus Pr. Apostolicam dignitatem est consecutus in animo habuit renovare ut febat paterna pietas Solicita, ne cum tot annis Certet inter nos de rebus Vestris Coelicia nonpetuellet, aliquod ab optimis institutis alienum inter Sodales vestros

irrepsisset

ac S. R. E. Cardinales etiam de latere Legatos et alios quoslibet quacunq; auctoritate et potestate
fungentes et functuros sub latæ ejus et eorum cuilibet aliter judicandi ac interpretandi facultate
et auctoritate ubiq; Judicari et definiri debere ac irritum et inane si secus super his quoquam
uis auctoritate scienter uel ignoranter attentari contigerit decernimus. Eo circa uenerabilibus
Ll. Patriarchis Archiepiscopis Episcopis et dilectis filiis Locorum Ordinarijs per præsentes motu
similimandamus quatenus ipsi uel eorum quilibet per se uel per alium seu alios ubi et quando opus
fuerit et quoties pro parte dictorum FF. de Obseruantia fuerint requisiti eis efficacius defensionis
præsidijs assistentes faciant auctoritate Nostra præmissa, juxta præsentium continentiam et
dispositionem Obseruantiam. Contradictores quoslibet et rebelles ac præmissis non parentes per
sententias, censuras et pœnas Ecclesiasticas aliasq; opportuna juris et facti remedia, appella
tione postposita compescendo inuocato etiam ad hoc si opus fuerit auxilio brachij Secularis
Non obstantibus dictis Gregorij prædecessoris Editoris ac Nostra et Cancellariæ Apostolicæ regula
de jure quæsito non tollendo, aliisque quibuscunq; Constitutionibus et ordinationibus Apostolicis
rei non ordinis ac FF. Reformatorum prædictorum illorumq; Conuentuum Domorum et Locorū
etiam Juramento Confirmatione Apostolica uel quauis firmitate alia roboratis Statutis
et Consuetudinibus etiam immemorabilibus priuilegijs quoq; Indultis et Literis Apostolicis
sub quibuscunq; uerborum tenoribus et formis ac cum quibuscunq; derogatoriarum derogatoriis aliisq; efficacioribus et insolitis clausulis irritantibusq;

et alijs Decretis etiam per modum Statuti perpetui etiam motu Scientia et potestatis plenitudine
Similibus etiam Iteratis uicibus concessis approbatis et innouatis. Cuibus omnibg et singulis etiam si pro
eorum sufficienti derogatione de illis eorumg totis tenoribg specialis, specifica individua et expressa
ac de uerbo ad uerbum non autem per clausulas generales idem importantes mentio seu qualitatis
et presens habenda aut aliqua alia exquisita forma ad hoc seruanda foret tenores huiusmodi
ac si de uerbo ad uerbum nil penitus omisso et forma illis tradita obseruata exprimerentur et inserti
forent presentibus pro plene et sufficienter expressis, et inseritis habentes illis alias in suo robore
permansuris ad premissorum effectum hac uice dumtaxat specialiter et expresse derogamus. Cateris
contrarijs quibuscumg aut si alicuibus Communiter uel diuisim ab eadem Sede Indultum quod inter
dicti suspendi, uel et communicari non possint per litteras Apostolicas non facientes plenam et expressam
et ad uerbum de Indulto huiusmodi mentionem. Volumus autem quod presentium Litterarum transumptis
etiam impressis manu alicuius Notarij publici subscriptis et sigillo personae in Ecclesiastica Dignitate
tate constitutae munitis, eadem prorsus ubicumg fides tam in Iudicio quam extra illud adhibeatur
quae presentibus ipsis adhiberetur si forent et exhibitae uel ostensae. Datum Romae apud S. Petrum
Sub Annulo Piscatoris die 14 Februarij Millesimo Septingentesimo Vigesimo sexto Pontificatus nostri

Locus + Annuli pisca toris — Anno Secundo — Ita Cardinalis Oliverius Ita est Antonius Olivus pub

Det et Apostolice Sedis gratia Notarius:

Frater Joannes Capistranus Szyszecki Ordinis Minorum Regularis Observantiae
S. Patris Nostri Francisci Almae Provinciae Poloniae Majoris S.M. Angelorum
Minister Provincialis et Servus:

Dilectis Nobis in Xsto Admodum Reverendis Adm et Illustrum Venerandis Aliisque Patribus ac Fratribus
Salutem in Eo qui est vera Salus:

Operante Super Nos Speciali Supremi Numinis dextera Patrocinante Augustissima Angelorum Domina
auxilio, Suffragantibus Sanctorum Patriarchae Francisci Antonij Bernardini Aliorumq Ordinis Nostri
norum Sanctis Sidijs nec non Suffragantibus Admodum Reverendis Patribus Patrum de Provincia
Charissimorum suspirijs et orationibus per Capitulum ac Reverendissimi et officij nostri munere decen
uisitauimus hanc Almam Provinciam Vestram ad quam gubernandam a prima statim Electionis Nostrae
agnouimus protectricem manum Coelestissimae quasi triennalis Bullalae etiam Virginis, ut qua Mater
suis voluit de esse sub Sidijs, ut pote Sicut Thaumaturgo Stipes sit Virtus Memoriae ultra vires nostras. Ad
indignos profligere dignatus est. Hujus Almae Provinciae Ministrum. Ita Ejusdem S. Patris Dei opt
gratia ad suum fauentissimum [illegible] Nomine amenissimumq Gorcensi pineti convocat inuita
Eremiterium. Vere auspicatissimum sicq etiam Nomina non sine felicissimorum progressuum au
tissimo Stipes Virginis promontorio electi praeunte praeeuntis Domini Joannis Gratia gratissima
primum functionis et officij Nostri Ministerialis transegimus ac finiuimus cursum. Et motu secundis aus
uentura bona inauguramus omnia quando ad festiuam Magni in Ecclesia Dei Doctoris Seraphici Patris
tura diem exoptamq Intermedij Capituli Nostri praefigimus Dum Coeum non Alium Hujus Nostri longe
consignare exoptauimus, quam in paramo Gorcensi conualle ubi Lilium Convalium Mater pulchrae dilectionis
et Sancta Spei suum sibi quid acceptabile reposuit domicilium. Itaq desideratissimo corde plenis voris et
fectibus inuitamus Adm Rndos et Illustres Provinciae Patres Diffinitores Actuales ad Conventum Nostrum
Gorcensem ut pro die 23 Julij de mane compareant pro hujus modi celebrando Intermedio Capitulo
ut vero singulis Hujus Almae Provinciae Patribus ac Fratribus authentice Super hacce celebrando
Convocatione habeat notitia apponimus hic patentalem Licentiam Admodum Patris Nostri Generalis
Superioris Nri Colendissimi Cujus tenor est talis:

Fr. Laurentius A. S. Laurentio Lector Jubilatus S. Congregationis Indicis Consultor
Supremae Universalis Inquisitionis Qualificator Examinator Cleri Romani Sacri mandatorum
sionis et Guardianus et Totius Ordinis S. P. Francisci Ministri Generalis et Servus

Dilecto Nobis in Xsto

Modo Patri Ministro Nostro Provinciae Poloniae Majoris vigore praesentium facultatem impar
timur quatenus accidente Consensu Patrum Diffinitorum tempore opportuno, cum eosdem congre
gationem primam intermediam celebrare valeat. Volumus autem ut ad Regimen Conventuum
non nisi Religiosi fama vita zelo praestantiores promoueantur et praesertim qui vitam communem
ac Regulam Observantiam prosequi Seruaq Justicia distributiua quae in pacem in Provinciis et Claustris
intra Religiosos [illegible] confirmat auctoritatem Electionem pervogari quae de jure peragenda sunt, et praecipue Decreta
Observationis Constitutionis Apostolicae nouissimae S. Memoriae Innocentij XII de celebratione Capitulorum
nec non civica et exteriora Spiritualia Sicut jam a nostris praedecessoribus ordinatum fuit et nos
remodo ordinamus. Inculcamus in Super in Electione Guardianorum Observantiam Constitutionis
Apostolicae fel: recordationis Urbani 8 militantis Ecclesiae quae de rectificandi Capitoli non
cogag et pro Conventibus vocationis Observantiam pariter mandamus omnium quae in Constitutione

ut Generalibus de Anno 1646. confirmata in forma Specifica a S. Mem: Innocentio XI statuta sima
dency cetera omnia prædictanq quæ de jure præmittenda sunt ad Canonicam electionem: Patres vero Diffi
toris ipsa congregatione celebrata teneanq ad nos transmittere attestationem esse omnia et singula observata
hic observanda injungunt. Datum Romæ et Anno ut supra die 28 Mensis Martij Anni 1726.

Fr Laurentius à S. Laurentio Min. Gen. De mandato Rmi Fr. Raverdi
Fr Josephus ab Ebora Secret. Gralis mp

Accepta igit facultate Rndissimi Patris Gralis aliquæ hic observanda proponimus:

Mandamus omnibus locorum Superioribus sive Vicarijs et Præsidentibus ut in suis respectivis Conventibus Adm Rndos Patres
Ministros Adm Rndos Patres Provinciales Adm Rndos Patres Definitores apud se et itinere hospitanter transeuntes
redeuntes omnibus fraterna Charitatis prosequanq. Officijs omniq necessaria prout sancta permittit paupertas
commode ministrari provideant

Monemus et obsecramus eos locorum Superiores maxime sinenter suum officiorum ut necessaria suis respe
tive conventibus provideant beneq provisos Successoribus suis fideliter reddant. Item omnes et singuli Superiores
(confessarij) S. Monialium sacrorum officiorum religionem in scripto ad manus nostras Totius Venerabilis
Definitorij transmittant. Simulq computum Eleemosynarum sub tuo Regimine perceptarum et personarum ac rerum
cum effectarum tam sub tuo gubernio quam a tuis antecessoribus absolutarum et derelictarum fideliter iurata
in Seventia Patrum Discretorum conscribant. Item omnem supellectilem relictam ad per te procuratam in firmis
Spiritibus quod sedulo præcipimus ut sit omnis honesta et Religiosa commoditas. Item annuam provisionem quæ
tionem familiæ Artificum: Ecclesiæ Sacristiæ Bibliothecæ ac aliarum officiarum augmentum connotarij sunt
locandi ac pariter transmittant pro quo obligamus Patrum Discretorum conscientias ut fideliter revideant seq subscri
Juratum etiam requirimus testimonium a singulis communitatibus de peracto a singulis patribus ac fratribus
recollectione.

Volumus ut singuli Superiores Eleemosynarum quantitatem pro panno conficiendo ad pannificinari transmissorum
præficient debita siqud ab antecessoribus sunt relicta et nondum est soluta et quid est solutum sub tempus sui gu
erni. Item debita sua personalia si quid contraxerunt de præsenti connotent ac pariter transmittant.

Ito Legimus Juratum testimonium a Rpo Patre Discretorum singillatim obsignatorum de Adm Rendorum Rpo
Lectorum S. Theologiæ et Utr Rendorum Rpo Philosophiæ ac Retroactæ professorum diligentia solertia in stu
dijs de vita et moribus ac exemplaritate tam domi quam foris de publicis et privatis disputationibus. Idem exijmus
de Rpo Prædicatorum vita moribus et religiositate domi et foris de diligenti scriptione sui partus et Archivorum
connotatione de concionibus publicis et privatis ex empla enim Prædicatorum pia devota religiosa magis populum
movent quam elevati et minus utiles concepti.

Ito De Studentium disciplina religiosa doctrina sufficienti an magis sint claustrales quam seculares sobrij an
ebrij humiles religiosi an dissoluti victoriosi crationosi. De his dabunt Admodum et electi Patres professores
Cum suis Superioribus iuxta Deum et Conscientiam nobis et toti Ordini Definitorio peculiaria testimonia efficacius
est enim S. Religioni paucos habere electos et selectos quam multos irreligiosos vocatos.

Et quia ultra invitatos statutum Generalia alios accedere ad locum Consiliorum Regularium non permittunt
ea circo mandamus omnibus et singulis Patribus ac Fratribus ut nemo illorum ultra specificatos vocales ac alios
qui specialem a Nobis obtinebunt, vel obtinuerunt licentiam ad locum præfixum accedere audeat sub pœna
Apostasiæ. Quod si autem aliquis talis quem avertant Superiores evenerint in aliquo Conventu tenebuntur Rpi
Discreti per Epistolam et fidelem nunciam de ejusmodi eventu præmonere ac certiores reddere. Non tetimo
Venerabile Definitorium. Volumus autem ut præsentes ad canonicam perlegantur mensam ac suis de more
in Scriptis libris ad ulteriorem transmittantur Conventum.

Valete Patres ac Fratres in corde lata Dilectissimi nostri ac totus boni publici in suis peculiaribus orationibus
non immemores ut nostri suffragijs ea stabiscentur ac ordinentur quod ad Majorem Dei Gloriam et observan
tiæ sanctæ nitorem. Cum in culmitate vitæ singulorum Patrum Provinciæ ac malorum propulsione a Tota
Provincia in servitum Dabamq in Conventu Nostro Thorunensi Anno Dñi 1726 die 24 Mensis Octobris etatis

Fr Joannes Ed[mundus] Strzyżecki
Idem qui Supra
Ordinis Minorum Regularis Observantiæ S. Patris Nostri Francisci
Alme Provinciæ Majoris Poloniæ S. MARIÆ Angelorum Custodis Provincialis
Dilectis nobis in christo Rdis Rpis Patribus et cæteris Patribus ac Fratribus
Salutem in eo qui est vera Salus

Tametsi Illustrissima Dominationum Vestrarum felicissimum non exigimus sine dubio diligentiam
cum primis Stella illa Magis ducem ductum Convocationis nostræ ad Thaumaturgæ Sorcensis Virginis Limina
provehi Convocatorij congressus nostri posuimus stationes. Stetimus ex optato cursu post
decursum annuæ singularum Conventuum Visitationis nostræ ad Urbem Thorunensem Sanctæ
Dei Matrem sub cujus portentoso Nomine curat Rpus Felicissimorum Successuum hæreditati
Convocatorij Congressus nostri Actum terminarent eligua lite ex communi Totius Rpi Definitorij
nitorij consensu determinata Sancta et Stabilita in vicibitis ad omnibus observandum annu
simus. et præscribimus.

1mo Jure naturæ totiès commendatam ab Antecessoribus Nostris et Nos deuotionem
et diligentiam in Ecclesia ac omnem eruditionem sanctamq; consuetudinem antiquam S. A
Thaumaturgum Paduanum post omnem Missam qualibet Feria 2da Lectæ cantatam cantu
Miracula cum versu et Oratione per exeuntes ad eius Altare Patres et Fratres omnes vbi s
festitates S. Antonij v. vbi vigent hac deuotio ac deuig Zelum Observantiæ serio veneremur
fatemq; mutuam ad invicem Superioribus reuerentiam debitam stricte prædiximus in his eminus
Religiositatis fundamentum totaq; lex pendet diligere Deum et proximum Statuta Pietatis in vtro latis
Sub pœnis ibidem expressis inducimus

2do Declaramus Studium Posnaniense ejusmodi Capitis quo ad Jubilationem exmittit Reverendus Pater
Definitorius Hic expletorio immediate Capitulo Romano ac deinq ad quod habet Studium Generale
nempe Posnaniense et Varsaviense regunti per duos Lectores Jubilatos cum his privilegiis
Patres Provinciæ communiter Patris ac Fratribus Studii Rotum Prem. Stephanum Kaminski
3tio Inualescunt obq et singuli Patris ac Fratribus Studii Rotum Prem. Stephanum Kaminski
Jubilatum P. Rotum Provinciæ Patribus Annumeratim accepisse Lauream Jubilationis pattiuer
sum sine interpellatione decennij Lectoratus Theologici

4to Lequo multa in commoda ac perturbationes damnaq; orientes ex donis curialibus propter Conventus nostros
et Conventus ab aliquo obtinere conniteres ad statutum ad decretorum Sanctissimum potissimum
Benedicti XIII non sine emanata decernit Vtile Definitorium vt Domus prædictæ Jubilationis
domibus et fundis confraternitatem omnino tollant ac deinceps relicto vano fundo Domus vero
remotius Conventibus maneant absq; vllo impedimento eorundem Conventuum per Syndicos tenendas
semel q; semp et in perpetuum

5to Propter malitiam irreliabilitatem incorrigibilitatem Patrum ac Fratrum assignant Vtile Diffi
Judices in ordine ad diiudicandas causas eorum decernit ejiciendos incorrigibiles Patres ac Fra
iuxta tenorem et obligationem decretorum Apostolicorum Sciant itaq; tales incorrigibiles Patres
ac Fratres immediate ipso facto expellendos vt Rebellionis scilicet omnis Religionis Sanctæ
fundos Tertiarias peregrinos Seducentes et Scandalizantes homines quorumpiam personas
se et intus sunt lupi rapaces proinde et tales ejiciendos et habitibus Sacris spoliandos
tamen satis vel ad nostram dispositionem detinendos aut proximioris Patris Provinciæ
mandamus per tales enim multa Scandala fiunt in opprobrium Religionis nostræ totaq; fi

6to Ad administrandam justitiam distributivam non per aliquas respectus sed affectus constituit Vtile
Ordinem debitum qualis est inter Patres Lectores ne ampliùs intitulent ac decorent titulo
Prædicatoris Hic nisi qui primum in Majoribus Conventibus prædicet et post gradum
2dum et sunt Hactenus ordinem aptiores et applicationes juxta ordinationem Capitulo
Bidgostiensis Conventus autem sunt Hactenus hi Posnaniensis Varsaviensis Thorunensis Po
soniensis Culmensis Lovicensis 2do vero Classis hi Gnesnensis Colbergensis Varthensis
danensis Lancicensis Stupensis Ludanensis Vatheburgensis Strinoviensis Mielecensis
Bidgostiensis Rovensis et hoc per novem Annos non congruendo alia officia ad qu
pro interim eos assumi contigerit Item nullus Patrum ad hunc titulum constituen
Emeriti condecorati potuit nisi gesserit laudabiliter Guardianatum completerit vel per
Sexennium Magister Novitiorum vel Lector per decennium extiterit

7mo Semel in anno prædicamus vt Fratres procuratores Patres potissimum in Conventibus
Majoribus Posnaniensi Varsaviensi Thorunensi Culmensi Lovicensi inco et in ejus
omnibus Obligandis tabellionem habeant ac omnino in Conventu Specialiter Thorunensi
prædicat Vtile Definitorium Superioribus hic nunc et pro tempore existentibus non permittat
Fratres Provisores pecunias per limitatem pulsare sed panem in propria specie vel alia
legumina sub pœna depositionis ex officio Fratribus autem pecunias recipientibus sub
proprietatis Reuocant et alteri Provisores seu Questuarijs in nundinis ad proprios usus
minus pecuniam sed habeant substitutos vel procuratores sub eisdem pœnis

8us Obligamus per Vitæ Jesu Cut prohibeatur Rusticorum habitus sub pœnis gravissimis
vigore Canonum et procurent pannum bene confectum pro tunicis Cadisanti enim Summus ex
Fratribus et debitus Patribus Religiosis de panno tantum portant tunicellas sub
Deo auxiliante Tertia visitatione visitabimus in omnibus Conventibus nostris Cisalpinis
pœna depositionis ex officio. Alteri Patres ac Fratres non pretendant amplius ultra Superiores
Superiores locales reparari faciant Clemensinas ad Sacristias tempestive subtiles Posnaniensi
cinam Colbergensem Conventus Varsaviensis Thorunensis Vilnensis Culmensis Lovicensis

Ostrucensis Ad Pannificiam Cosminensem Conuentus Varthensis Prdsidentia Strzegomiensis
Cieriensis Conicensis Lowicensis Lancicensis Petricouiensis Ad Pannificiam Prodicensem Conuentus
Bidgostiensis Swetcensis Gorcensis cum Prdsidentia Lubsiensis Rotopolensis Sieracensis
Ad Pannificiam Costensem Conuentus Posnaniensis Calisiensis Nouensis Casimiriensis Vscensis
Ad Pannificiam Vethebergensem Conuentus Szrimbergensis Cadinensis Ostrolecensis Prasnensis
Skzpensis Rothomiensis Lubawiensis Insungimus autem Patribus Superioribus Pannificiarum
vt quanto cius aurent confici volumina bene compacta et confecta sub pena depositionis ab officio
et priuatione titulorum Fratribus autem Pannificibus sub pena incarcerationis
Ino Reuelantes Secreta Religionis et Conuentus aut diffamatores Patrum aliorumque com-
potatores siue cum Barbaris siue cum alijs Sciant se esse seuere puniendos sandis
non tantum iuxta Statuta et Decreta sed etiam sub priuatione titulorum imo tales pro
infamibus reputandi
Nomo Prdmiando merita Patrum iure remisa et considerata pro Quo Conuento Quinq; Pro-
vincia laborantium alios ad eadem animando tribuit Vbile Diffinitorium Titulum Ado Vo
Patris Prdicatoris Skis Actum Vo Patri Nicolao Braun Titulum autem Confessarij
Quondam Ado Vo Patri Thomd Wgrowiecki Alteri emulenti charismata meliora
Item recompensando benefacta Per Illustri ac Dno Adalberto de Brin Brinski Exercitus
SR Maiestatis Cancellario ac Colonello vti moderni Congressus ac Conuentus Gorcensis spe-
cialissimi Benefactori approbauit Vbile Diffinitorium post sera eiusdem facta suffragia
con sueta per totam Prouinciam qua pro Fratribus nostris Professis absolutis qui vicissim
pro Fratribus nostris approbauit pro ijsdem suffragijs debita Stipendia dare
Sciant etiam Paternitates ac Charitates Vre nostre à Vbili Diffinitorio Congressum
Guardianos indeuotos negligentes ad Diuina bibulosos Compotatores in Economicis tepidos
Item Confessarios PP Lectores Philosophis Prdicatores iuxta exigentiam peccatorum debi-
nendi priuio processu v resignatione Insuper priuandi titulo Actiuum negligentes in officijs
Suis v delinquentes qua seuerissime obseruabimus Volumus autem vt Prouentes nostri
literd iuxta cursoriam a tergo positam per singulas transmittant Conuentus ac publica
in Communitate capitulariter congregata perlecta Archiuijs Conuentuum ingrossentq; et
in Scribarum Valde in Dno Patres ac Fratres amantissimi et pro me Deum exorate Ete

Fr Joannes Capistranus Szysiecki
Almæ Ordinis Minorum S. P. N. Francisci de Observantia
Provinciæ Majoris Poloniæ S. Mariæ Angelorum
Minister Provincialis et Servus

Fr Joannes Capistranus Seyszecki Ordinis Minorum
Regularis Obs: S.P.N. Francisci Provinciæ Majoris Poloniæ Sellarius
rum Minister Provincialis et Servus
Dilectis nobis in Christo Nobb Rdis et Vdis et Multis Vdis Patribus Gardianis
tibusq; Salutem in eo qui est vera Salus

Etiam e cineribus maturos excrescere flores citra dubium est quos cælestis excultor Divinus Spiritus
vitæ clementissimâ suâ aburde irrigavit gratiâ Talem in vinea Seraphica inumeris gladam persiarum
quam ipsa altissimi Dei ex prima fundatione sua cultura ita solicite fovaneret dextera ut flores
alios gigneret nisi qui pleham Sanctitatis polleverent maturitate Nonnimoy elegantiâ allios
cus Ordo recentissimum ex Clarissarum Ordine Clarissimum lyit collegit Florentiacum Thomam B Scti
nuiter Beatorum fastis ad scripsem Hyacinthum de Mare Sacris Sertij Ordinis S.P.N. Francisci cuius
vitæ et Sanctitas super terram repere nescuit qui terris erepta Seraphicæ sese affixit ut alacrius
inter cælestium agminum assessores suum diffunderet odorem Disputandem Flora Hyacintha et inter
Reginam Sforum Benedictæ 13 vere in cælestibus benedictionibus esse probaretur reagnatus est
in Sanctorum Hyacinthum ex merita Sanctitatis Sanctorum ad scribi fastis prout in decreto ad id concesso
sis et per singulos Conventus transmittendis patet
Vis vero contenta Decretorum melius innotescant penetralia Signatum damus in forma nra Pro Conventu
1mo Quidem diem unam sibi statuendos ad Illustrissimo Loci Ordinario assignatum eligant qua Missa
de SS Trinitate cum Te Deum laudamus celebrent pro gratiarum actione de solemnibus dubiis
Beatificatione prefatæ B Hyacinthæ ac Beati Francisci Solani pro quadie Sanctus Omnibus Xti fidelibus
concesserit indulgentiam plenariam quam publicari faciant Populo per suos Prædicatores ex ambo
cum effixione Chartarum ad valvas Ecclesiæ
2do Concessit Sanctus modernus Benedictus 13 plenariam indulgentiam per tres continuos dies ritus
Beatificationis adventus et celebratis B Hyacinthæ et B Francisci Solani qua dies itidem sibi assignatus
ab Illustrissimo Loci Ordinario observandus Sequentes Sibiat 25 26 24 Decembris festum gaudij ex
amborum publicatione solemniter celebrandum ana autem die cancedit officium recitandum et Missa
De eodem B Hyacinthæ sub ritu duplici de Communi Virginum cum Oratione pro gaudio quod in hac
eadem autem die festi B Hyacinthæ assignati 30 Januarij
3tio Item Sanctus volens emplere in tenore nostro in deferam ac irrefractam devotionem et Zelum
Immaculatæ Conceptæ Conceptæ pro cultu Xti Fidelibus indulgentiæ plenariam prout Sanctus Seraphicus
4to Ex occasione Canonizationis futuræ B Jacobi de Marchia qui ob magnas etiam impertibiles
fatis Ateapo stand expensas suum Sortiri effectum non potest demandavit Sanctus Papa Benedictus
Ministro Sti Superiori nostro Colendissimo quatenus omnibus suis Sotijs Ordinis Provinciis tam observan
quam Reformatis moderatum pro hac negotij assignet contributionem Cujus dem Ritus a nemini
Dato Sanctus Papa sub pœna Suspensionis et depositionis Sti Guardianorum cujus pœnis sub Sanctitatis
in plenaria serio demandet ut singuli Conventus Provinciæ nostræ per duos vigiles cæsq; pondus
contribuant Præsidentes vero Stregonienses et Lubicenses item Monasteries per unum
à quibus Superiores Locales exquirant et recipiant Huius autem contributionis declarationis tabellam facimus
vtramus Conventus ad quem præfatus cursorius devenerit præfatam Declarationem unacum cursoria per
vel Fratrem transmittat ad alium Conventum hic deinceps prout via Cursoris requirit
vltimus autem Conventus cursoris resumpti declarationem retineat ut in Conventu Cracoviensi reponat
Diffinitorem Actualem Superiorem autem Conventuum propria manu scripsit cursoria subscribant cum expressione
et annotatione quod reddiderit ac transmiserint huius modi contributionem Deque vigore sanctæ
tionem Ab Sanctissima contributione Liberos declaramus Conventus Sequentes Posnanien Leopolien Vrbo
stro numerosum pyler Expensas quas pro nostri exponere debent Item excipimus Conventum
ognitionem Archivii Provinciæ Ostera autem Conventus Seniorissimæ actus pœnæ Supra oppositis
gotiginus ut fidelissime transmittat faciat pro ut immediate ordinarium secundum viam Cursoris
5to Mandamus etiam Patribus Guardianis Sacerdotibus ut tempestive ac solute pœnam
tum in instat et debita mensura tam pro habitis quam futuris Patris actus contra exactat Sanctissimam
Guardianis temporibus ad assignatos sibi Conventus Sanctissimæ Domo sinam comportari faciat ab omnes
ysta habeat excusati et Ritus inimicis de hac etiam Seniorissimæ ingremio
dimanum ac plurimum condolemus quod aliqui Custodes a nobis ordinati per inaniam Superiorum
cubium pervenerit ac tempestive executi fuerint Statuimus ac Sanctissime præcipimus ut Guardianis
Cursorias per fidelissimos ipsos fidelissime ac citissime Superiores Locales ad Vicinos
rem Conventum unam viam Cursoris transmitti faciant cum annotatione dicti et præsentis
Easq; ad Cracoviam mearum perlegi ac suis demum inscribi libris pro cuncti
Valete itaq; Fratres ac Filios in visceribus Xti dilectos Vestros nostrig apud Altissimum in votis
Orationibus non immemores Datum in Conventu nostro Vidaviensi die 28 Julii Anno

Fr. Joannes Capistranus Szysiecki
Ordinis Minorum Regularis Obs. S. P. N. FRANCISCI
Provinciae Majoris Poloniae Sanctae Mariae Angelorum
Minister Provincialis et Servus.
Dilectis nobis in Christo Adm Rndis Adm et Multum Vndis
Caeterisque Patribus ac Fratribus Dilectissimis
Salutem in Eo qui est Vera Salus.

Clementissima Excelsi dextera in exhaustis semper caelestium influentiarum imbribus, Seraphicam non cessat irrigare Vineam, in qua de recenti, irrorante Divinissimi Pneumatis gratiâ, Florentissimae laurus in praegrandes excrevere Cedros. Talem Vinea nostra ex merito Virtutis in eminenti prospicit Rndissimum Prem Laurentium à S. Laurentio Totius Ordinis Minorum Generalem Superiorem Nostrum immediatum Colendissimum, qui ex moderni feliciter Regnantis Benedicti Papae XIII benignitate, à Totius Ordinis Superioratûs Ministerio, ad Supremam Cardinalatus Augem evectus, pro vili Religiosae paupertatis vestitu, eminentissimam Nactus est purpuram. In cujus Ministerij Generalatûs locum per faventissimum Sedis Aplicae breve, ac ex Sanctissimi feliciter Regnantis Benedicti Papae XIII indulto, nec non Secundissimis Rndissimi Diffinitorij Generalis votis, insignitus est ac electus in Ministrum Generalem Totius Ordinis, Rndissimus Pr Matthaeus à Paretta. S. T. L. Jubilatus immediatus Procurator Generalis Totius Ordinis de quo ut melius singulis Jurisdictioni nostrae Subjectis Patribus ac Fratribus innotescat, et quid à nobis specialiter observandum exigat, praesentes uti authenticas Moderni Neoelecti Rndissimi Superioris Nostri Colendissimi proponimus literas, quarum tenor sequitur.

Fr. Matthaeus à Pareta
Lector Jubilatus SS. Congregationum Indicis et Rituum Consultor, Supremus et Universalis Inquisitionis Qualificator ac Totius Ordinis Minorum S. P. N. Francisci Minister Generalis et Servus.

Universis et Singulis Superioribus et Subditis Nostrae Curae Subjectis tam Observantibus quam Reformatis, Recollectis Excalceatis Tertij Ordinis vel alio quocunque Nomine nuncupatis, Textum Regulae Seraphicae sub uno Capite profitentibus Salutem et Seraphicam benedictionem.

Ad amplissimam Purpuratorum Patrum dignitatem, ad quam praeclaris Virtutibus, egregijsque pro Catholica Ecclesia laboribus iter sibi muniverat, dudum evectum esse Eminentissimum et Rndmum Dominum Fratrem Laurentium Cozza, Idum Supremâ Totius Ordinis Nostri praefecturâ, ingenti cum sui Nominis laude fungebatur, ac tenuitatem nostram in locum ejus non aequa licet comparatione suffectam suffragantibus Familiae nostrae Fratribus unâ cum duobus S. R. E. Cardinalibus Corseno et Cozza, altero Instituti Nostri Moderatore, Protectore altero,

ac —

ac deinde Pontifice Maximo titulum Nobis Glis Ministri liberaliter indulgente, ad aures Vestras pervenisse putantes, nihil aliud his nostris literis Nobis agendum esse duximus, quam vos de Paternae nostrae in Universum Ordinem et unumquemque vestrum Sollicitudinis affectu commonere, deque fragranti desiderio nostro, erga commune decus, ac singulorum utilittem certiores reddere ut mitius adempti vobis Optimi Praesulis doleatis amissionem, faciliusque exilittem nostram de Vobis bene mereri cupientem ferre consvescatis. Quanquam enim scimus tam amplo Regimini nos impares esse, illudque nobis difficilius reddi, ex recenti Antecessoris Nostri laude. Attamen cum Vestram in nos Voluntatem, quam in proxime anteactis Romanis Commitijs, studijsque vestris comprobastis, sedulo cogitamus, alacriter demandatum nobis onus exequimur, existimantes electionem nostram accidere vobis ingratam atque injucundam non potuisse, quam pridem placuisse Vobis n̄ unico argumento indicastis. Verumtamen haec ipsa Vestra de Nobis concepta opinio, graviorem animo nostro injicit curam impendendi, scilicet omnes Virium nostrarum nervos, ut nosmetipsos dignos aestimatione Vestra probemus, et ne aliquando Vos desiderij vestri piguisse contingat. Sed cum ingenti renovandae in Cordibus vestris laetitiae tempestiva nobis succurrat occasio, paululum ab hac cura levamur quasi fausto quodam omine, hae nostrae primae literae ad Vos dirigantur gaudium Vobis allaturae. Quippe ut bene noritis relatis in Sanctorum Album ac publicis aris admotis à Ssmo Dno Benedicto Papa XIII duobus praeclarissimis Ordinis Nri Luminibus Jacobo Piceno et Francisco Solano, uberem Vobis exultandi Materiam ex ejs nos suppeditare posse arbitramur, cum eximium egregiumque decus, quod in totum Ordinem nobis commissum ex illorum in Ecclesia manifesta gloria redundat, ad memoriam Vestram revocamus. Quemadmodum vero ab unoquoque vestrum in singulis Conventibus pro locorum ac temporum ratione celebritt Ipsorum diu optatae Canonizationis, solemni ritu recoli jubemus, sic illustra eorumdem exempla, vos pro viribus aemulari vehementer optamus, ut nunquam nos de Regimine nostro tristari possimus. Id autem facile nos consecuturos esse confidimus, si quae pro communi uniuscujusque Vestrum utilitte hic breviter suggerenda judicavimus, fideliter à vobis ac Religiose custodiantur.

Imprimis autem meminisse vos oportet Sanctissimae Regulae, quam amplexi estis, ut abnegantes impiettem et saecularia desideria, sobrie, juste ac pie vivatis in hoc saeculo, super omnia autem charittem habentes, quae est vinculum perfectionis. Hanc autem charittem maxime in eorum pectore hospitari decet, quibus praeesse alijs a Dno datum est, ut non tanquam in servos et mancipia imperium se habere putent, sed paternam in filios sollicitudinem sibi concreditam esse recogitent, formam ejs se praebentes, in ostensione bonorum operum atque ita correctionis Virgae non parcentes, ut ad iracundiam non provocent filios suos, sic enim subditi promptius ac libentius dicto obedientes esse discent, si eorum praesides blandae ac suaviter imperare noverint. Meminerintque se à Seraphico Patriarcha nostro constitutos esse Ministros non Dominos. Sed quoniam non raro accidit quosdam contumaci ingenio superiorum benignitte abutentes, non nisi efficatioribus remedijs in officio contineri posse, in eos potissimum severae animadversionis exempla praeberi volumus

Volumus, qui vel gravem Scandali occasionem Sæcularibus hominibus ingerentes institutum et Nomen nostrum infamant, vel cæca angitione acti, per Sæculi potestates ad honores et dignitates Ordinis irrepere tentantes, Religiosam quietem perturbant. Istorum enim impijs conatibus, pro virili parte obsistere nitemur, caventes ne in gregem nobis divina miseratione commissum, fures et latrones, non intrantes per ostium sed ascendentes aliunde ad mactandum et perdendum irruant. Cum verò pro nostri instituti ratione, Ssmo Patriarcha Nostro monente, nobis satis non sit proprio profectui vacare, nisi et proximorum saluti solicitè studeamus, atque ad tam præclarum opus veluti instrumenta, ac necessaria præsidia, literarum studia merito censeatur: Superiores omnes potestati nostræ subjectos in Domino hortamur et monemus, ut ad hæc animum adijcientes bonarum artium, ac disciplinarum præsertim Divinarum in religiosis juvenibus desiderium excitent, eosque ad illas perdiscendas adigant, provide curantes ne præcipuum Nostri Ordinis ornamentum, Patrum Nostrorum Sapientia ac laboribus comparatum, Prælatorum desidia ac negligentia magno cum nostro dedecore intereat. Ijs autem quibus docendi munus injunctum est, districte præcipimus, ut doctrinam sanam et irreprehensibilem, quam a Majoribus nostris probatissimisque Magistris accepimus, discipulos suos edoceant, profanarum vocum novitates omnino devitantes. Neque verò eorum studia reprobantes, qui in rebus Theologicis scholasticam subtilitatem Ecclesiastica eruditione mitigant, asperimumque disputandi genus planioribus leniunt dogmatum controversijs, oportuno loco discussis, quinimò temperatum illud ac mistum scribendi modum, quo inter nostros præsertim usus est, et quidem feliciter Pater Claudius Frassen, recens atque eruditus Scriptor, plurimum commendamus, imitandumque vobis proponimus, ut neque methodum jam diu in Scholis receptam deseratis, neque semper in molestis jejunisque difficultatibus labore improbo mentes vestras sine fructu fatigetis, languentes assiduo inter quæstiones et pugnas verborum.

Attamen Dilectissimi ita à Vobis litteras coli volumus ut moniti S. P. N. Francisci memores sanctæ orationis ac devotionis in vobis spiritum non extinguatis sed illis tum ad animæ Vestræ saginationem, tum ad fidelis populi instructionem incumbatis, ut in his temporum difficultatibus, quibus plerique hominum sanam doctrinam non substinentes quarunt sibi Magistros prurientes auribus, potentes sitis exhortari in doctrina sana et eos, qui contradicunt arguere, de cætero fratres, lubeat mihi vos cum Apostolo alloqui, quæcunque sunt vera, quæcunque pudica, quæcunque justa, quæcunque sancta, quæcunque amabilia, quæcunque bonæ famæ, si qua virtus, si qua laus disciplinæ, hæc cogitate, hæc agite et Deus pacis erit vobiscum, à quo vobis abundantiam Cælestis gratiæ precamur. Interea verò crebras ad Deum preces fundite pro longæva prosperaque Ssmi Dni Nostri incolumitate et hospitate, pro Xstianorum Principum pace et concordia, pro Eminentissimo Cardinali Protectore Nostro, et pro Nobis tandem, qui Seraphicam Nobis impartimur benedictionem.

Datum Romæ ex Aracæli die 25 Mensis Januarij An. 1727

Fr Matthæus à Paretto Mr Gl.

Audistis Patres ac Fratres Dilectissimi miram et ineffabilem circa Ordinem Nostrum Minorennem Altissimi Dei Virtutem: audistis et faventissimum Supremi Ecclesiæ Pastoris erga pusillum Seraphici Francisci gregem, propensionem, quâ et Moderatorem Nrum Colendissimum ad Cardinalatûs apicem evehere, et in locum Ministerij ejus, alterum

alterum totius Ordinis Gl̃em ac Superiorem Nostrum Colendissimum præfigere ac consignare dignatus est. Exultate itaq̃ Patres ac Fratres Dilectissimi in Spiritu, præcordiali gaudio, Divinam exorantes Clementiam, pro Sanctæ ac divina Sñi inculumitte: pro felicissimo Reginimis Successu Rñdum Nñdum Superioris ut dextera Dej faciat cum eo virtutem, assistricemq̃ ipsi præstet Sapientiam ad fortiter suaviterq̃ gubernandam totiq̃ Seraphici Ordinis Familiam.

Hoc verò ex præfatis Rñdmi Pastoralibq̃, pro Regñis vitæ emolumento specialiter percipite, prout et Nos per Viscera Christi obsecramus, ut veram adinvicem foveant charitatem, non in commessationibq̃ et ebrietatibq̃ (quæ non charitas sed Dei idolorum servitus est.) sed in observantia Regulæ S. Religiosiq̃ Nominis sese adinvicem diligentes non dilaniantes, quæ non sine gravi cordis Nostri mœrore exprimere cogimur, qualiter nostri unus contra alium frater adversus Fratrem cum summo observantiæ nostræ dispendio ac Religiosi Nñis vilipensione, inter Seculares insurgant, calumnientq̃, diffament, seseq̃ Religionis prodant; vix oculos levare possumus inter Benefactores ad quos Nñi divertere contingit, ob exprobrationes a Benefactoribq̃ contra Patres ac Fratres nostros, dare horrent quidnam de Nostris audire cogimur: non aliam ob rationem nisi quod Nostri post mandum abeuntes inter Benefactores linguâ irrefrenati, totam evomant, quidquid fraterna charitas intra Clausuræ terminos contegere deberet. Prænonemus itaq̃ singulos Patres ac Fratres ac sub interminatione judicij obsecramus, ut tam intùs quàm foris omnes modestiam et Religiositatem habeant, cum Regñis disciplinâ ac Religiosi Nñis honore sese adinvicem diligant, ac prosequantur; recalcitrantes verò ac coram Benefactoribus sese inhonore dilaniantes, severissimè tum per Locorum Superiores, tùm per Nos ipsos puniendos decernimus ac præcipimus.

Innuimus etiã Patribq̃ locorum Superioribq̃ sub pœna depositionis ab officio ut festivè præter volumina habituum, etiam alia volumina pro tunicellis de Nostris parrificinis comparari faciant ac procurent, ut pro omnibq̃ et singulis Patribus ac Fratribq̃ paratas tunicellas pro tertia nostra visitatione distribuendas inveniamq̃, quod rigidissime inquirimus.

Et quoniam Deo auxiliante ex Nuperrima Convocatione Nostra processum Publicis servi Dej Ladislaj de Gielnicow Romam ad sacram Congregationem Orginavimus supplicaturi hujusmodi servi Dej Beatificationem, ut tigit pro gloria gentis Nostræ exoptatum sortiri possit effectum, ad intentionem hujus ac alterig Negotij Provinciã præcipimus, ut quotidiè omnes Patres ac Fratres ad id congregati decantent ad S. Antonium Padvanum, si quidvis miraculi cum oratione.

Præsentes verò literæ ad Canonicam Mensam perlectæ ac de more suis libris

suis libris inscriptæ ad proximiorem, juxta viam Cursoriæ per fidelem Tabelarium remittant Conventum.

Valete itaq; Patres ac Fratres in Visceribus Christi Dilectissimi, Vestris in orationibus Nostri non immemores. Dedimus in Conventu Nostro Schovensi ad Sanctum Josephum Die 25 Februarij. Anno 1727

Idem qui supra Mnr Prlis

Fr Joannes Capistranus Szysiecki
Ordinis Minorum S. P. N. Francisci de Observantia
Almæ Provinciæ Majoris Poloniæ Sanctæ Mariæ Angelorum
Minister Provincialis et Servus.
Dilectis nobis in Christo Adm Rndis, Adm et Multum Vndis, caterisq;
Patribus ac Fratribus Observandissimis
Salutem in eo qui est vera Salus.

Citra inopinatum naturalis cursûs ordinem, quo ipse Author naturæ unicum tantum solem Cælesti orbitæ præfixisse creditur: In nostro tamen Seraphici Orbis hæmisphærio binos neo exoriri soles prospicimus. Si scrutari libuerit: non obscuram quisq; de his neo luminaribus concipiet veritatis claritatem. Gemina scilicet insolito astrorum prodigio, an prodigioso Cælestium influentiarum favore, in Seraphici Orbis circulo concurrisse luminaria, nempe Sanctum Jacobum de Marchia et Sanctum Franciscum de Solano: Unum in ipso mediterraneo Hyspaniarum Cynthio inextinctum prælucens, Alterum in orientalibus Indiarum oris exortum præfulgens. Vtrumq; verò ex clarissimis meritorum Virtutumq; splendoribus, a Sanctissimo Dño feliciter in Ecclesia Dei Regnante Benedicto Papa XIII in albo Sanctorum, consitum atq; inscriptum. Hæc bina Sanctitatis luminaria (. quæ ex altissimi Dei ordinatione, cælesti lumine gloriæ jam illustrata, in ipso æternæ Beatitudinis centro, suam felicitatis fixêre stationem .) ut magis cuiq; innotescant, sequentem præscribimus declarationem.

1mo. Significamus officium horum duorum Sanctorum, abhinc celebrari debere sub ritu duplici 2dæ Classis cum octava. Horum verò Neo Canonizatorum introductionem solennem ad Ecclesias nostras, ut moris est singulis Conventuum Nostrorum superioribus demandamus, cui introductioni ex indulto S. Sedis Aplicæ annexa est Indulgentia plenaria respective ad quemlibet Sanctum per octiduum, prouti decreta sonant, quæ ad singulos Conventus seorsivè, reimpressa, atq; authoritte Celsissimi et Illustrissimi Archi Episcopi Gnesnensis Primatis Regni corroborata, ordinamus: sub hoc actu solenni poterint etiam absolvere introductionem Beatæ Hyacinthæ de Marescottis. Tempus verò et diem introductionis sicut nobis desuper assignatum non habemus, ita et Nos non assignamus sed liberæ dispositioni Patrum Superiorum Localium committimus, quò aptiùs et ꝯmodius potuerint, executioni omnino mandare curabunt facta prius promulgatione per Patres Prædicatores ex Ambonis, cum affixione chartarum ad valvas Ecclrum.

2do. Notificamus, in favorem Totius Ordinis Nostri, præstitam eâ gratiâ a S. Sede Aplica nempe in Conventu Nostro Ara Cælitano noviter erectam ac locatam esse Archi Confraternitatem Rssmæ Virginis Mariæ immaculatæ conceptæ, ad quam quisq; tum ordinis Nostri, tùm alterius cujusq; Statûs, pro obtinenda Confraternitte confluere potest.

3tio. Cum ex Dei gratia, in essentialibz Alma Provincia nostra munda maneat, uti nobis per Visitationes Canonicas notum est in ceremonialibz tamen corrigenda tam domi in choro, quam foris advertimus enim in aliquibz ministrantibz, tum Diaconis tum Subdiaconis quam Laicis, summum disordinem nec sciunt forse quomodo procedendum ad altare et in choro, ideo pia memoria Adm Rndi Patris Joannis Capistrani Jankowski Ex Muri Orlis ceremoniale recommendavimus legendum, quod suis temporibz legunt statuta et constitutiones Provinciales ad Mensam Canonicam cum explicatione paterni idiomatis pro Laicis, quomodo in Sacta Choro, tum domi tum foris, se gerere debeant, erroresq omnino corrigendos committimus Patribz locorum Superioribz, et Vicarijs. Item librum pie defuncti Adm Rndi Patris Stanislaj Grodicij Viri Religiosissimi legendum demandamq. (alias Zwierciadło.) ad Mensam de Vespere, qualibet feria 2da, 4ta, et Sabbatho pro reformatione vitæ et informatione morum. Aliis autem diebz vz die Dominico feria 3tia et 5ta Vitæ Sanctorum ut moris est in Provincia legant. Quod si hos libellos non habuerint in suis Conventibz recurrant ad nos. Deinde pro meliore commodo chori, et ne breviaria lacerentur curavimq typo imprimi Psalterium diurnum quod transmittimq per Conventz religiosorum alijs. Propter conformitatem meditationes impressas, singulis Deo favente Conventibz transmittemus. Advertimq etiam magnam dissolutionem et vuditatem in servitoribz mensæ, maxime fratribz Laicis qui per conniventiam Patrum Vicariorum tempore mensæ per Refectorium divagantes, nullam modestiam, nullasq inclinationes Crucifixo faciant; injungimus ergo Patribz locorum Superioribz et eorum Vicarijs, ut serpiam habeant attendentiam circa servitores Mensæ, ut scilicet Clerici et Laici more solito, prouti in Noviciatibz didicerant; cum omni compositione et modestia Patribz ac Fratribz inserviant, portiones pro pauperibz studiosè colligant, cerevisiam et fragmenta de mensa, bini et bini in humilitate congregent, ac suis locis collocent. Negligentes inhis serio Patres Vicarij comprehendant ac corrigant.

4to. Ex quo vestitura pro futura hyeme debet singulis Patribz ac Fratribz dari, (quod serio mandamus, quia ob carentiam habituum et tunicellarum, Fratres Novitij indui nequeunt.) sic ergo ordinamus, pro commoditate majore Conventuum, ut incipientes et necdum bene periti Sartores juvenes discant habitus aliaq necessaria debite suere, et non monstrose.

Insuper mandamq superioribz localibz in virtute S. obedientiæ, ut mittant Sartores ad alios Conventus Nempe ex Custodia Posnaniensi mittat Fr Antonig Konarski Sartor ad Conventum Costenscm, Wschowensem, Cobilinensem, Cosminensem. Ex Conventu Sieracoviensi Fr Januarig ad Conventum Grodicensem. Ex Conventu Goreensi Fr Petrus Morawski ad Conventum Golanecensem, Bidgostiensem. Ex Conventu Calisiensi Fr Jacobz Cobilinius ad Conventum Ostrzeszoviensem, Zlaczoviensem, Pidaviensem, Varthensem. Fr Petrus Hoffman, ad Conventum Rotopoliensem, Ex Conventu Casimiriensi Varsaviensi Fr Angelus Podliczewski ad Conventum Lanciciensem. Ex Custodia Lovicionsem Petricoviensem. Ex Conventu Skepensi Fr Paschalis Pokiwalski ad Conventum Lubaviensem, Ratoviensem, Prasnensem et Ostrolencensem. Ex Conventu Thorunensi Fr Simeon Pluchariski, ad Conventum Svetcensem. Clovensem.

Fratres juniores Sartores etiamsi fuerint in alijs officijs, serio monemus ut a Senioribz discant Sartoribz. Patres autem Superiores locales invigilent

investigent a vicinioribus Superioribus locorum quandonam faciant fratres sartores seum laborem; ne in vanum pro illis equos turbent. Sed consequenter Conventus post Conventum curet consuere habitus, pallia, tunicellas, (quod esse debent ex panno Cordelacco, de quibus serio inquiremus.) Veteres autem habitus tunicellas et pallia sub merito S. Obedientia transmittant ad Noviciatus quam citissime; Nempe ad Posnaniensem Noviciatum, Conventus Sieracoviensis, Grodicensis, Costensis, Vschovensis, Cobilinensis, Cosminensis, Varthensis, Calissiensis, Golanecensis, Gorcensis, cum Præsidentia Lobsynensi.

Ad Noviciatum Varsaviensem. Conventy Cierniacoviensis, Loviciensis, Lanciciensis, Petricoviensis, Vidaviensis, Zlacoviensis, Ostrzeszoviensis, Casimiriensis, Kotopoliensis et Præsidentia Strzegocinensis.

Ad Noviciatum Kepensem. Conventus Thorunensis, Svetcensis, Kovensis, Cadinensis, Corinbornensis, Partemburgensis, Lubaviensis, Ratoviensis, Brasnensis Ostrolecensis; Excipimy Conventum Bidgostiensem qui ad nullum Noviciatum habity comportare tenebiz. propter novellos Rectores.

In singulis autem Conventibz duotantum remineant habity pro necessitate Patrum ac Fratrum. Novos vero habity pallia et maxime tunicellas chordelacas in Visitatione hac, serio lustrabimy, quas vero revidere non poterimus, supplicabimus Rmo Fratri Petri Commissario et Visitatori Gali Superiori Nostro Colendissimo futuro, revidendas, sub pœnis Patribz Guardianis, à Vbli Diffinitorio taxandas.

Accessit insuper de recenti singularissima sanctæ Dei solicitudine in Ecclesia Dei regnantis Benedicti Papæ XIII gratia quando universum Ordinem Nostrum Seraphicum, ex inexhausto Meritorum Christi et Eccl. Sanctæ thesauro, amplissimis spiritualium divitiarum dapibus ditare dignatus est Nempe Idem Sanctmus ex occasione Nostrorum Neo Canonizatarum sanctorum S. Jacobi de Marchia et S. Francisci de Solano gratiosissime concedit pro unoquoq Sancto Indulgentias Christi fidelibz distribuendas, ad instar indulgentiarum concessarum ex occasione Sanctæ Catharinæ Bonoiensis.

1mo. Rdissimo Ministro Gali totiq Ordinis pro unoquoq Sancto quinquies mille. 2do Commissario Gali Ordinis Ultramontani familiæ pro quolibet Sancto ter mille. 3tio Procuratori Gali ordinis pro unoquoq Sancto mille. 4to Officialibz Curiæ Diffinitoribz Generalibz ac Secretarijs Generalibz. Ordinis pro quolibet Sancto quingentas. 5to Singulis Ministris, aut Custodibz Provincialibz pro unoquoq Sancto Sexcentas. 6to Singulis nostrorum Conventuum Superioribz localibz pro quolibet Sancto trecentas. 7mo Singulis Fratribz et Sororibz in Familia Cismontana (in qua et nostra Provincia est) pro unoquoq Sancto centum. In ultramontana verò ducentas. 8vo Comprehendimy sub eadem concessione Tertiarij Regulares Ministro Gali subjecti tam viri quam Mulieres, sive in Monasterijs sive in Conservatorijs degentes. 9no Singulis Tertijarijs non Regularibz Sed dependentibz ab Ordine pro quolibet Sancto viginti quinq. 10 Singulis Confratribz vulgo de Cordone Immaculatæ Conceptionis, Sacratum Stignatum aut cujuscunq alterius instituti, Ordini quomodocunq aggregatis, dummodo existant sub directione observantium pro unoquoq Sancto. Vltimam. 11 Singulis ex Ordine Nostro Parochis, v. Missionarijs in partibz infidelium, aut hæreticorum degentibz unam unicuiq fideli ad fidem converso, vel deinceps convertendo distribuendam. Tenorem istarum Specialium Indulgentiarum hic et nunc non transmittimus, sed quam primum reimpressum habuerimus eandem ad singulos Conventy curabimus transmittere.

De rigore —

Ad majorem Altissimi Dei gloriam, ac Religionis Sanctæ accrementum, curavimus reimprimi libellos pro Tertiarijs utriusque Status et Sexûs, etiam in Statu Matrimoniali existentibus, et hoc ex consilio et affectatione Prælatorum ac aliorum Benefactorum, concedimus itaque plenam facultatem omnibus locorum Superioribus hujusmodi Tertiarios (extra tamen Conventus manentes aut mansuros) aggregandi ac incorporandi, pro meliori verò informatione præfatos libellos, per singulos Conventus distribuemus.

Valete itaque Patres ac Fratres in Visceribus Christi dilectissimi ac pro tantis a S. Sede Romana præstitis gratijs, crebras ad Deum preces fundite pro longa ac diuturna SSimi Papæ Benedicti XIII incolumitte ac sospitate, nostrique in Vestris Sacris orationibus non immemores.

Præsentes verò de solito more, ad Canonicam Mensam perlegendum, suisque libris inscribendum, atque juxta viam Cursoriæ ad viciniorem Conventum transmittendum committimus, omnibus locorum Superioribus, cum annotatione consueta.

Dabantur in Conventu nostro Custodiali Varsaviensi ad S. Annam
Die 30 Julij Anno 1727.

29 7bris 1727

Idem qui supra Mnr Prlis.

Fr Joannes Capistranus Szysiecki
Ordinis Minorum Regularis Observantiæ, S. P. N.
Francisci
Almæ Provinciæ Majoris Poloniæ S. Mariæ Angelorum
Minister Provincialis et Servus.
Dilectis nobis in Christo
Adm Rndis, Adm et Multum Vndis Cæterisque Patribus ac Fratribus
Dilectissimis
Salutem in eo qui est vera Salus.

Geminos nuper in Seraphico exortos Cælo repræsentavimus Soles, quos Divina dextera in ipso æternæ felicitatis centro collocarat, atque SSimus Dnus Noster Benedictus Papa XIII in Numerum Sanctorum conscripserat. Scilicet S. Jacobum de Marchia, et S. Franciscum de Solano, quorum solemnem introductionem singulis locorum Superioribus seriò demandavimus. Nunc denuò mirò disponentis Dei, ac nunc semper Sanctorum Splendoribus Seraphicam Religionem Nostram illustrantis ordine eluxere rutilantes, seu verius proprio Sanguine purpurascentes Stellæ; duo scilicet Ordinis nostri Seraphici Martyres Beatus Joannes de Perusio sacerdos, et Beatus Petrus de Saxo ferrato Laicus, ex Diœcesi Perusiana oriundi; ambo constanti animo pro fide Christi decertantes, ac pro eadem vita cum Sanguine fundentes, in Diœcesi Valentinæ palmas Martyrij meruêre. Horum duorum nec Beatorum Martyrum Natalitia martyrij dies ex decreto mensis SSimi feliciter in Ecclesia Dei regnantis Benedicti XIII determinata est pro die 29 Augusti, officiumque de Ipsis de Communi Martyrum sub ritu duplici minori, per universum Ordinem ab unoquoque recitandum, est demandatum.

Ut verò hæ binæ in Seraphico noviter exortæ Cælo, Stellæ, ad geminos præfatos Sanctorum Soles, geminatâ quoque lætitiâ, toti illucescant orbi, demandamus singulis locorum Superioribus, sub uno eodemque actu cum præfatis Sanctis, etiam

Etiam horum Beatorum Martyrum solennem introductionem: Pateant Populo Seraphici Ordinis Nostri decora, ut in Sanctis suis glorificetur Nomen Majestatis Ejus qui est super omnia Deus. Ai verò duo Martyres, sicut simul Martyrium subierunt, sic in una eademq Imagine pingi possunt.

Hoc etiam non sine intimo Cordis nostri maerore singulis Conventuum Nostrorum Patribus ac Fratribus notificamus, inter hujusmodi exoptatas Cordium Nostrorum laetitias, lugubrem auribus nostris insonuisse nuncium, Nempe fulcrum Reipublicae potentissimum Religionis Orthodoxae Defensorem strenuissimum Nostraeq Almae Provinciae Protectorem ac Tutorem singularissimum cecidisse scilicet Illustrissimum ac Excellentissimum Dnum Georgium Lubomierski. S. R. I. Principem Palatinum Cracoviensem, vitam hanc temporalem cum aeterna commutasse, atq in frequenti Religiosorum etiam Nostrorum assistentia, profusis lachrymantium suspirijs, die 27 Augusti anni currentis Ipso Translationis festo Sancti Casimiri Illustrissimae Gentis Polonae Patroni Peculiarissimi, fatis cessisse, utinam anima Illustrissimi Domini, ad festivam Translationis tanti Patroni memoriam, de terreno hoc Regno ad Caeleste translata pro aeterno meritorum suorum praemio, Coronam gloriae obtineat ac recipiat. Ut verò Anima praefati Illustrissimi etiam de Nostris suffragetur meritis, demandamus singulis Conventuum Nostrorum Patribus ac Fratribus, juxta obloquentiam et Compromissum Vnblis Diffinitorij in Capitulo Skepensi sessione 4ta in Post Capitularibus puncto 6to, ut pro aa Ejus consvetas tanquam pro Fratre Nostro professo obligationes persolvant, scilicet quisq Pater per unam missam, Clerici per officium Defunctorum. Lajci centum Pater et Ave, totidem Requiem aeternam. Superiores vero Locales praeter Missam privatam, absolvi curabunt unam solennem cum officio Defunctorum, conductu et pulsatione omnium Campanarum.

Haec itaq singula ab omnibus Locorum Superioribus quam citissime exequenda, transmittendaq ad Viciniores Conventus juxta Cursoriam a tergo positam per certum Tabellarium recommendamus, obsignata die receptionis et remissionis. Nostriq in Vestris Orationibus non immemores. Dabamus in Praesidentia Nostra Velunensi die 6ta Septembris. Anno Domini 1727. Idem qui supra Mnr Prlis.

#

Fr. BONAVENTURA KRASSOWSKI.

Ordinis Minorum S. P. N. Francisci Regularis Obseruantiæ S. Theologiæ Lector Iubilatus Prædicator Generalis Almæ Prouinciæ Minoris Poloniæ et M. D. L. Ex Minister et Custos ad Almam Prouinciam Majoris Poloniæ cum plenitudine potestatis

COMMISARIUS VISITATOR Generalis et Seruus:

Dilectissimi Nobis in Christo Admodum Reuerendis Admodum et Multum Venerandis cæterisq; hujus Almæ Prouinciæ Patribus ac Fratribus:

Salutem ab eo quiest uera Salus

Primum in hanc almam Prouinciam facientibus accessum accensum nuper lumen ad reuelationem gentium nobis illuxit pariterq; nos ad profitendum induxit quod scilicet ex Suauissima Patris Luminum illuminantis omnem hominem uenientem in hunc mundum dispositione, a Splendore Paternæ gloriæ id est â Reuerendissimo Patre Matthæo â Pareta Ministro Generali Superiore nostro Colendissimo (qui tanquam Luminare Majus Toti Seraphico Minoriticæ præest umbriæ) Super hanc Almam Prouinciam, licet impares tanto oneri et honori nullisq; nostris præuisis Meritis, Superioratus donati et illuminati gratijs, ac ueluti lucerna sub modio potius ponenda Super candelabrum Majoris Poloniæ collocati simus. Scimus ecquidem Sacrarum literarum elucidantibus paginis, quod ad honorarios prouecti fasces meliori cogente uicissitudinis charismate, accensas cæli debeant æmulari faces. Sicut etenim ipsemet Supremus omnium rerum et temporum artifex, cujus ordinatione perseuerat dies in prima Mundi genesi disposuit luminaria, ut præessent ~~dies~~ ita etiam Sol iustitiæ Christus Deus Noster an uerius clarior Sole æternæ ueritas Apostolos suos Sat lucida uocitando Nomenclatura. Vos estis lux mundi eosq; constituendo Prælatos et Principes Super omnem terram fecit præesse, ut lucerent luceat lux uestra coram hominibus ut uideant opera uestra bona et glorificent Patrem uestrum qui in cælis est cujus luminis dum nos minutissimam scintillulam ad tantum onus imbecillitatis cinere sepeliendam Super hanc Almam Prouinciam lumen de lumine præesse uoluit id circo in Conuentu Ostrolocensi acre sane obtutui nostro muneris lumen (cui ut propitium affulgeat Numen uestris suffragari suspirijs non desistite) contemplari ordimur, non tam Dilectissimi Patres ac Fratres illustraturi quam potius â uobis Filijs et Angelis lucis quia Sanctæ Mariæ Angelorum, amictæ lumine sicut uestimento illustrandi In lumine uestro uidebimus lumen absq; tedio, tædarum Marianarum prælucente et producente phænomeno, nei noe Joanne antesignano uestro quia capistrano testimonium perhibente de lumine. Ut uero cælestes quia ex Aracæli uobis illucescant Splendores an uerius Reuerendissimi Patris Ministri Generalis innotescant literarum tenorem hic annotandum esse censuimus

Fr. MATTÆUS A PARETA

Lector Iubilatus Sacrarum Congregationum Indicis et Rituum Consultor. Supremæ ac universalis Inquisitionis Qualificator, ac Totius Ordinis Minorum S. P. N. Francisci Minister Generalis et Servus.

Dilecto Nobis in Xsto Reverendo Patri Bonaventuræ Krassowski nostræ observantis Provinciæ Poloniæ Minoris Lectori Iubilato ac Ex Ministro Provinciali Salutem. -

Pastoralis Muneris nostri vigilantia, eam, inter alios nobis curam ingerit solicitam ut in provinciarum visitatoribus suis temporibus deputandis speciale studium adhibeamus. Propterea cum Provinciæ nostræ observantis Poloniæ Majoris Capitulum celebrandum immineat. Te de cujus vitæ integritate doctrina zelo et prudentia certi sumus dictæ Provinciæ Commissarium visitatorem instituere debrevimus, prout hisce nostris patentibus cum sanctæ obedientiæ merito institutum et destinatum declaramus, vicesq nostras Nostramq omnem authoritatem ad hujus modi opus implendum necessariam tibi committentes, quatenus cum Secretario et Socio tibi bene viso ejus singulos Conventus et Fratres (quo ad Monasteria et Moniales sique aderint Nobis super hoc specialiter a te consultis de rationabili motivo) visitare errantes corrigere et punire processus formare carceribusq mancipare sententias ferre cæteraq omnia ad morum reformationem, ac Regularis observantiæ disciplineq instaurationem conservationemq spectancia juxta Regulæ, ac constitutionum nostri ordinis formam mandare et disponere valeas cunctaq quæ pro majori Dei obsequio Religionis augmento, atq animarum tibi concreditarum salute, in hoc munere promovenda moveris, fideliter omniq conatu prosequaris et ad optatum finem perducas prout nos summopere concupiscentius et idcirco tibi serio injungimus et commendamus. Præcipientes in virtute sanctæ obedientiæ nec non privationis perpetuæ officiorum ordinis singulis dictæ Provinciæ Fratribus et Monialibus ut te tanquam legitimum superiorem recipiant. Tibiq in cunctis quæ eorum animabus et Regulæ nostræ non repugnant obedire teneantur vale Datum Romæ ex Ara Cæli die 30. Mensis Augusti A. 1727.

Matthæus a Pareta
Minister Generalis

Locus Sigilli

De mandato P. S. Reverendissimæ
Fr. Joannes Antonius Lucensis.

Datis igitur ad notificandum hisce literis nostraq Secretarius Totius ordinis Commissariali fundata Jurisdictione omnes et singulos vos Dilectissimi Patres ac Fratres nostro præcordiali inserimus et inferimus candori, ad conservandam puritatem regulæ quam professi estis Seraphico ardentissime accendentes flamine. Nos vero in charitate Sancti Joannis Apostolicis ejus vos alloquimur verbis. Qui dicit se in luce esse et fratrem suum odit in tenebris est usq ad huc. Qui diligit fratrem suum in lumine manet et scandalum non est in eo ima Joannis Cap. 2do. In hoc itaq fraternæ dilectionis lumine sicut in die honeste ambulate Dilectissimi Patres et Fratres sub tempus hujus nostræ visitationis in suis conventibus manentes, nec se extra quæstam suosq limites absentare permittentes. Si qui autem licentias sibi concessas nondum executioni mandaverint eas cassamus et annihilamus pro felici tandem visitationis nostræ successu ordinamus et obsecramus ut singulis diebus secundum præscriptum statutorum Generalium suffragia persoluantur, scilicet Antiphonæ de Spiritu Sancto, de Beatissima sub tuum Præsidium de S. P. N. Francisco et de S. Bernardino cum collectis singulis Antiphonis correspondentibus et quidem bis singulis diebus post tertiam scilicet et vesperas. præsentes vero literas omnes locorum superiores postquam ad manus ipsorum devenerint congregatis Patribus ac Fratribus publice in Refectorio legi ijsdemq perscriptis ad viciniorem Conventum juxta ordinem cursoriæ per fideles tabelliones transmitti faciant. Valete interim in visceribus Jesu Xsti Dilectissimi Patres ac Fratres nostri apud Deum non immemores. Dabantur in Conventu nostro Ostrolocensi ad S. Antonium Padvanum die 3. Mensis Februarij Anni 1728.

Fr. Bonaventura Krassowski
Comissarius Visitator Gnalis

Fr. Bonaventura Krassowski

Ordinis Minorum S. P. N. Francisci Regularis Obseruantiæ S. Theologiæ Lector Iubilatus Prædicator Generalis, Almæ Prouinciæ Minoriticæ Poloniæ et M. D. L. Ex Minister et Custos Ad Almam Prouinciam Maioris Poloniæ Cum plenitudine potestatis

COMMISARIUS VISITATOR Generalis Et Seruus

Dilectissimis in Uisceribus Iesu Christi Admodum Reuerendis Admodum Venerandis et Multum Uenedis cæterisq; Patribus ac Fratribus

Salutem ab eo qui est uera Salus.

Prima Aprilis postquam feliciter hocce uerno tempore, nos deduxerit ad primum principalemq; imo primam Classis in hac inclita Prouincia, Conuentum Custodialem Posnaniensem, ex ipsius loci etymo, agnoscimus et fateri cogimur, quod sic per tot uiarum tractus, et anfractus multis hucusq; aduersantis ui afsitudinis, et solertudinis elusi Symus fallacijs. Falce mortis immortalis Dei in carne humana tali nuper uti Flauis Campi et Lilij conuallium succisi Spinarumq; stimulis saepicati fallere tamen et in sua dispositione falli nescientis Gratijs, hanc nobis prosperitatem euenire profitemur. Qui demum post triduum e terrenis uisceribus uere resurgens reuiuiscens reuirescensq; (uti de semetipso ait. Et refloruit caro mea) suo cruore purpuratus floriculus, marcidæ morti illusit, irrisitq; ubi est mors uictoria tua ubi est mors stimulus tuus Corinth 15. Ac nobis interea in terra Spinas et tribulos germinante hisce diebus uernantissimum (ubi primi Protoplasti a primo patre mendacij decepti fuerant) Paradisi acid Florentiæ aperuit Elysium. Brumus mensium Hortensius aprilis apporet candore notabilis ipso dum prima sua Dominica in albis albo nondum porrigit calculo, quod scilicet Domini Dominantium gemmescens lilijorum candore quia pastus inter lilia Nouam nobis omnibus ut pote lotis in sanguine agni et amictis stolis albis Galaxiam, quia lacteam innocentissimi candoris pandit uiam, ut sicut modo geniti infantes Rationabiles et sine dolo lac concupiscentes 1 Petr 2. in candidos et lacteo albescentes ueris uerius efformemur primitias. Et hæc nobis dilectissimi Patres ac Fratres Florentissima Paschalis ac Mystici ueris Gratulabundi solemnia ex intimis precordiorum medullis depromimus uota quatenus uos cuncta loquatur tellus nos uarij serti bant in floribus Floræ Florentissimo hocce tempore non desunt etiam delicijs ueris Gratiosi ind Gratia plena Rosa Mystica Beatissima Virgo Maria neyz aprilizantis Serpentis per suasione decepta nec epus uenenosis ictibus infecta in Nazareth (quod interpretatur Emutas floreda) Ab Angelo filium ferente salutata. Uestraq; Dilectissimi Patres ac Fratres anuerius Angeli filiali (quia Sanctæ Mariæ Angelorum) ante Signana, sub cujus Annuntiationis uernanti auspicijs annuntiamus quod scilicet ad recurrentia in horto minorum sertili, liliati et Thaumaturgi Antony Solennia hujus almæ et Seraphicæ Prouinciæ minoritæ Capitulum celebrandum in Conuentu nostro Lubouiensi ad S. Joannem Baptistam a cujus patrocinantibus gratijs præparabuntur et dirigentur futurorum Capitulorum Siliorum directe et dilecta via, ubi etiam per gratiosissimam Joannis Ecce Maria non Iardin Angelorum sed etiam Lubauiensis, quia Mater amabilis, Mater pulchræ dilectionis, dilectionis Deo et hominibus, Magni Consilij Angelum à medio Vestrum indigitabit demonstrabitq; eligendam.

Quare ad Angelicam quia Seraphicam Consiliorum Florentiam in florentissimam Senatus Coronam, coronata Capita, et in primis Adum Rdum Patrem Ministrum Provincialem A.A. R.R. Patres Ex Ministros, Adum Rdum Prem Custodem Provinciae, A.A. V.V. Patres de Corpore Venerabilis Diffinitorij, uti Seraphici Areopagi, Patres eruditissimos, Sapientissimos, Consultissimos in Summo, et ut Octo pro Octo pro Octava Junij pro Vesperis, A.A. et M.M. V.V. Patres Vocales, cum A.A. V.V. Patribus Sacrae Theologiae Lectoribus Generalibus, A.A. et M.M. V.V. Patribus Philosophiae Lectoribus à Nobis Specialem licentiam accedendi ad Locum Capituli pro defendendis conclusionibus una cum Suis Socijs habentibus pro die Ultima Junij Summo mane ad praefatum Lubaviensem Conventum humanissime Invitamus, pleno corde, et amore expetentes, et exspectantes: Caeteri autem ad locum Capituli non audeat accedere Sub Apostasia.

1mo Cum juxta commune effatum, non Sunt Multiplicanda entia sine Necessitate ideo in primis mandamus in virtute Sanctae Obedientiae omnibus adeuntibus locum Capituli, quatenus ex motivo aequo equos et currus non multiplicent, pueros famulos importunos Secum non adducant. Hinc A.A. V.V. P.P. S.T. A.A. et M.M. V.V. P.P. Philosophiae Lectores apud Suos vel viciniorum locorum Superiores (: de quorum Religiosa charitate gratia et humanitate non dubitamus :) procurent, quatenus una cum illis adire possint Capitulum. Hi in curribus et equis, Studentes verò tam S.T. quam Phphiae in nomine Domini more Apostolorum (: quorum speciosi erant pedes :) pedestres pro defendendis thesibus ad Capitulum accedant.

2do Requirimus, ut omnes Superiores locales à Patribus Discretis, et tota Communitate habeant testimonia fidelia de Moribus et vita, de Sufficientia in victu et amictu, maximè utrum omnibus (: exceptis excipiendis :) dederint tunicellas de panno cordelato loco Ciliciorum. Item de charitate et cura praecipue infirmorum, de erectione, restauratione Conventus, Ecclesiae aliarumq officinarum, de aequietatiorum famulorum, item utrum omnes P.P. ac F.F. singulis annis absolverint exercitia Spiritualia, itidem obligamus eosdem Superiores quatenus afferant Secum registra Eleemosynae percepta et expensae compotum Missarum absolutarum, et absolvendarum, et si pro absolvendis Sufficiens remanserit Eleemosina. Connotationes etiam deferant, de relictis vel persolutis debitis, aut Summa apud Dnum Sindicum deposita. Item omnia inventaria Ecclesiarum Bibliothecarum, aliarumq officiarum, artificialiumq instrumentorum, accuratè deliger ter et veraciter conscripta adferri Secum faciant. Item Nma P.P. ac F.F. in Conventibus habitantium comportent.

3tio A.A. V.V. P.P. S.T. A.A. et M.M. V.V. P.P. L. Phphiae de Sua Solertia diligentia Studij profectu, ac disputationibus tam publicis quam privatis testimonia obsigilata nec non judicia Suorum discipulorum quoad speculationem et Praedicationem de vita et moribus ac utilitate, idem intelligendum est de praedicatoribus ordinarijs respectivè ad Sua officia habeant et transmittant. P.P. Confessarij Monialium etiam mittant resignationes Suorum officiorum;

4to P.P. Praesidentes à Nobis instituti in locum P.P. Guardianorum Sub tempus Suae praesidentiae nil audeat in Suis conventibus innovare, debita non contrahant, Eleemosinas relictas, Sicuti et provisiones frumentarias non dilapident Serio mandamus.

Ut vero felici passu Theo= Ministri Prolis Electio nec non Capitularium consiliorum eveniant Successus, mandamus, quatenus praeter Suffragia in pastoralibus Nostris determinata et usq ad futurum Capitulum inclusivè absolvenda et continuanda, in unoquoq Conventu ipso die lectionis hoc est 12 Junij Summo mane [illegible]cantetur Missa de Spiritu Sancto et à quolibet Sacerdote lecta absolvatur excepta Hebdomadarij Missa seu Conventuali: Fr Frq vero Clerici et Laici Confiteantur et Sacra Sinaxi reficiantur

Quoniam Romæ ad manus Nostras pervenerunt Litteræ Indulgentiarum eas hic promulgandas censuimus esse, quarum tenor est talis.

INDULTUM.

Cum concedatur ut Regulares, alijq; in Religiosis domibus commorantes, si consuetas preces Angelus Domini &c. ad Sonitum recitare non possint, nihilominus Indulgentias aliàs concessas lucrari valeant, dummodo eædem preces recitent flexis genibus statim ac opus ad Regularem observantiam spectans expleverint.

Literis in forma Brevis emanatis die 14 Septembris 1724 S.D.N. Benedictus Papa XIII Omnibus utriusque Sexus Xti fidelibus ad Sonitum Campanæ consuetas preces Angelus Domini nunciavit Maria et concepit de Spiritu Sancto: Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundum verbum tuum: Et Verbum caro factum est, et habitavit in nobis et ter Salutationem Angelicam flexis genibus recitantibus Semel in mense die ab uniquoq; eligendo, si confessi, ac Sacra Communione refecti fuerint, et pro Principum concordia, hæresum extirpatione, et S.M. Ecclesiæ exaltatione oraverint Plenariam Indulgentiam concessit, Religiosi vero diebus prædictas preces ut supra recitantibus Indulgentiam centum dierum. Quia vero Sanctitati Suæ exposita fuit quod Regulares alijq; in Religiosis domibus commorantes, et tempore quo mane, meridie aut vespere campana pulsantur quibusdam actionibus ad Regularem observantiam spectantibus detinentur, ideo eædem preces recitare tunc temporis minime possunt, ac insimul prædicta nomine humillimè supplicatum fuit, ut ea Apostolica Sedis dispensatione prædictas preces alio tempore recitando eædem Indulgentias lucrari valeant. Quapropter S.D.N. audito voto Sacræ Congregationis Indulgentijs Sacrisq; Reliquijs præpositæ benigne indulsit, ut Regulares omnes, alijq; in Religiosis domibus commorantes, si dum, ut supra campana pulsantur aliquod opus exerceant quod ad Regularem observantiam pertineat, nihilominus supra memoratas Indulgentias acquirere possint, dummodo statim ac opus prædictum expletum fuerit preces supra memoratas flexis genibus devote recitent. Datum die 5 Decembris 1727.

L. Card. Picus Præfectus

Locus ✠ Sigilli

Raphaël Cosmus de Hieronymis Secr.

Romæ Typis Rev. Cameræ Apostolicæ 1727.

Notificatis Indulgentijs ratione Annuntiatæ Mariæ, annuntiamus quoq; Vobis Piacchissimi P.P. ac F.F. de Mariano quod Scilicet indulgere et quidem pariter parcere vitæ humanæ reverendo Patri Adeodato Rem Mariarum Pasznicwicz Prædicatorem Generalem, Visitatorem Generalem, Vicarium Provincialem, Almæ Provinciæ Minoris Poloniæ, et M.P.L. Ministrum Provincialem ad hanc almam Provinciam Majoris Poloniæ ante Nos immediate Commissarium, Visitatorem Generalem in Conventu Vitebscensi munitum Sacramentis die 28 Februarij è vivis abstulerint. Putaremus hanc omnia rè id factum esse, dum in festo S. Mathiæ Apostoli, ex eo, quod Marianus cum Mathia habuit quandam analogiam initialium in nomine syllabarum et litterarum, ideo absq; ulla dubietate funesta gelida mortis cecidit Sors super Marianum Nobis justo dolore deplorandum, adeo ut universis hujus Provinciæ Minoris Poloniæ et M.P.L. fas sit, Lessus et parentales ociosè celebrare exequias, pupilli facti Sumus absq; Patre, et Matre Nostra, Provincia, quasi vidua Jer. 5. Quam flagrantissimo hoc vere tempore Maria quasi palma exaltata est in Cades, et sicut cedrus et Mariophilus ut pote Marianus cadens sub terram mortuali sarcophago est pressus, filiorum autem ejus tempora cingit funesta cupressus. Quare ut animam Mariani Angeli pacis deducant in lucem æternæ ipsemet ad Provinciam S. Mariæ Angelorum è terrenis visceribus pijs suffiral genitribus,

quatenus appromissis ex gratia Sua tempore Commissariatus ejus dignetur Suffragari Suffragijs. Et Nos quoq Vi officij Nostri instamus et petimus, ut Solita tanquam pro Patre Provinciae absolvantur Suffragia. Valete interim Dilectissimi in visceribus JESV Christi Patres ac Fratres humanae mortalitatis, et Nostri coram DEO non immemores. Datum in Conventu Nostro Custodiali Posnaniensi ad B. V. M. Immaculatè Conceptam Die 1. Aprilis 1728.

Locus Sigilli. Fr. Bonaventura Krassowski
Comissarius Visitator Gnlis

Fr. RAPHAEL ZGORZELSKI

Ordinis Min. S. P. N. Francisci Regul. Observan.
S. T. L. Jubil. Praedic. Gnalis.
Almae Provinciae Major. Polon. S. MARIAE Angelorum.
Minister Provincialis et Servus.

Dilectis nobis in Xto Adm Rndis, Adm Vndis, Multum Vndis caeterisq Patribus ac Fratribus

Salutem in Domino Sempiternam.

Moderatrix omnium aeterna sapientia quae tribus digitis terrae molem appendit etiam Seraphico Orbi bajulam non subtrahit manum ut ab eadem regat terris, cui in Caelis post consumatum meritorum cursum aeternam cum felici requie praeordinavit stationem. Depraedicanda et nunquam satis laudanda Divinae miserationis Clementia quae in pusillo Minoritico Grege ima summis summa infimis adeo permixta varietate aequare consueverat ut Praelatos quos Rectores praeficit Ministros et Servos Subditos vero quos alqs parere jubet Dominos nominari (juxta Seraphicae Regulae contextum) velit. Inscrutabile ejusdem Divinae Sapientiae arcanum in personae nostrae propriae imbecillitatis conscia, venerari potius et admirari, quam fari cogimur, dum nuper in Conventu Lubaviensi Patrocinantibus Caelestis Soly assistentibus Genys veluti tribus digitis et suae providentiae Ministratoribus Angelis Michaele Archangelo, Joanne Baptista, et Antonio Padvano (in cujus Festi vigilia de novo Pastore et Duce hujus Almae Provinciae eligendo celebrabant comitia Provincialia) haud dubiam et inopinatam Canonicae et electionis orbitam Nostris ad ejusmodi munus minime protensis involvit et reddidit manibus, ut quae ex merito Salutaris Obedientiae in loco Grodiciensi in Nomine JESU Minores assueverant volvere spheras majorem Majoris Poloniae Almae Provinciae molem regere discant. Quia vero Antonius verbi DEI eximius Praeco ac Hispania ac Italiae splendidissimum jubar Joannes Baptista qui Dni praeparavit in deserto viam, Michael Archangelus Caelestis Militiae Princeps et Antesignanus in Culmensi Solo ad opus Ministerij electum non culmen in aris fastus aut solium arrogantiae me tenere monent; Idcirco Raphaelem viatorum ne in via perfectionis deficiant comitem, Raphaelem inquam languentium et mentis caligine laborantium Medicum ne via aeterna et lumine gloriae privent Divina opitulante gratia et Sanctae DEI Genitricis adjuvante auxilio me profiteor, et ut talem re et nomine agnoscatis Patres ac Fratres in Visceribus JESU Xti Dilectissimi haec quae sequuntur non auribus solumodo quam affectibus Vestris seriaeq executioni inculcamus puncta.

1mo Mandamus omnibus Locorum Superioribus ut in suis Conventibus infirmarias et forasteria ubi sunt quoad debitam suppellectilem instructa manu teneant et conservent, ubi vero non reperiunt de novo procurent quoad lectisternia et alia utensilia necessaria haec enim in primo ingressu ad Canonicam visitationem per Nos ipsos revideri pollicemur cum seria animadversione.

Edo

2do Innotuit nobis quod in quibusdam Conventibus contra expressum Seraphicæ Regulæ præceptum contra Statutorum Generalium ac Provincialium inhibitiones et Adm. Rndorum Dum Antecessorum Nostrorum mandatum irregressibi abusus prohibitionis sive venditionis Vini Secularibus vel alys extraneis Personis non absq; scandalo populi et honoris Seraphicæ nostræ Religionis futura, proinde in virtute S. Obedientiæ et sub pœna privationis ab officio mandamus Diffinitoribus Guardianis Vicarijs ac Discretis ne ullo modo similia practicari faciant per se vel per alias personas etiam Syndicos vel Procuratores in Proprijs Conventibus tam intra quam extra Conventus. Nec illud ad eundem finem ultra necessitatem Sacristiæ vel Communitatum suarum respective emere comparare vel in cellarijs deponi faciant.

3tio Quandoquidem recentior Statutorum Provincialium hujus Nostræ Almæ Provinciæ combinatio a Rndissimo Pre Antonio [illegible] et a Nobili Diffinitorio confirmata et approbata in typis interim manens brevi in lucem proditura speratur, præcipimus in singulis Locorum Superioribus in absentia illorum Diffinitoribus Vicarijs ut postquam eadem Statuta ad illorum manus devenerint ex loco Schovensi per alios etiam Conventus juxta Ordinem Cursorie transmittenda illa sine mora per suos Fratres Guardianos aut alios magis idoneos in curru et vectura fideliter transmittant, ac insuper eadem in plena Communitate divini Refectorij prandij; lectione sub tempus prandij cum debita explicatione Fratribus et ijs qui latine non intelligunt per Patres Guardianos vel per alium Doctiorem vel graviorem Virum faciendo. Quavis die sue effluxe legantur quousq; eorum lectio una cum declarationibus Definitivis ad finem perducta non fuerit ex integro, juxta quorum Statutorum tenorem teneantur abhinc tam Superiores quam Subditi se gerere quoad Regularem disciplinam ac singulorum punctorum ibidem expressorum Observantiam sub pœnis ibidem taxatis, Nos enim pro munere Nostro Pastorali omni meliori modo curabimus invigilabimus ut lex promulgata executioni demandetur summoq; in extirpandis defectibus sortiatur effectum.

4to. Obtemperando mandatis Rndissimi Pris Ministri Generalis Superiorib; Ministerialibus quibus celebrandum Generale Capitulum Provinciarum Pres Vocales suis innotescentibus literis ad Civitatem et Conventum Bononiensem evocati pro Vigilia Pentecostes in anno sequenti ejusmodi vocationes hic annectimus tenoris sequentis.

Fr Matthæus a Pareta
Lector Jubilatus
Sacr. Congreg. Indicis et Rituum Consultor, Supremæ ac Universalis Inquisitionis Qualificator et totius Ordinis Min. S. P. N. Francisci
Minister Generalis et Servus

Dilectis Nobis in Xto Universis et singulis Patribus ac Fratribus Superioribus et Subditis Curæ Nostræ ac Jurisdictioni Subjectis. Salutem in Dno Sempiternam.

Ministerialis nri Gnalis ad quem ob Em. et Rndmi D. Dñi Laurentij Corza S. S. R. E. Cardinalium collegio Dei scriptionem Deo sic disponente licet meritis carentes evecti curas regularis temporis dilatente Capitulum Gnale Totius Seraphicæ Nræ Religionis in Vigilia Pentecostes anni proximi elabentis 1729 die 4 Junij in Conventu Nostro Observantiæ Pris Annuntiatæ quis Bononiæ in Angelaria ad præscriptum Regulæ Nostræ et Apostolicarum Constitutionum celebrandum Nobis notum facimus, publicamus, et indicimus, ad cujus legitimam et Canonicam celebrationem tenore præsentium omnes et singulos Definitores Gnales Familiæ Nostræ ultra Montanæ R. R. Adm. DD. Procuratorem Gnalem Commissarium Gnalem Curiæ, Procuratores Gnales tam cæ reformatorum, qm excalceatorum, et Definitores Gnles utriusq; familiæ, nec non ed R. P. P. Secretarios Gnles Ordinis, Provinciales, et Custodes om Provinciarum, et Custodiarum tam pmi qm 3ij Ordinis Minorum jectarum, et cæteros denig qui de jure aut consuetudine votum aut suffragium in Capitulis habent, præcipientes omnibus et singulis per S. Obedientiam, et sub pœnis in nostris Constitutionibus contentis, quatenus ad ipsum Capitulum legitime cessante impedimento quovis tempore accedere teneant et die Sabbathi post Festum Ascensionis Dni N. J. C. ejusdem anni 1729 proxime futuri, quo Capitularia acta inchoabunt, et non antea Conventum Capitularem ingrediantur exceptis PP. Definitoribus Gnalibus, quibus aliquot dietim antea ingredi liceat ut omnia

omni confusioni, quæ ex fratrum multitudine oriri potest, occurramus, statutis Nrs Gnalibus Ord. Nri inhærentes sub pœna privationis suffragij præcipimus, quod Minister seu Pro Minister et Custos uniuscujusq Provinciæ simul ad Capitulum Gnale iter faciant, cum unico tantum Laico Religioso, et si expensæ aliquæ in itinere necessario faciendæ sunt adducant secum tertiarium qui vices Syndici Apostolici gerat, et ipsius nomine expensas prædictas inevitabiliter faciat, supra dictosq oes hortamur in Dno, ut in itinere euntes et redeuntes graviter modeste, religiose ac decenter incedant, n litigent neq contendant verbis, sed sint mites pacifici mansueti et humiles sicut decet Servos Dei, et statutum Evangelicum, quod profitemur maxime postulat. Præter vero prædictos, et illos quibus à Nobis fuerit concessa licentia specialis nemo prorsus ad hæc comitia venire audeat sub pœna Apostasiæ eo ipso incurrenda, qm indicimus Vocalibus ipsis, qui Curiositatis aut negotiorum causa à via recta ad conventum Capitularem præfatum notabiliter deflectant. Nihil interim in Provincijs juxta ordinis statuta innovetur donec ad proprias Ministri et Custodes redierint, si aliter quidqm fieri contingat, id nullum effectum sortiturum esse ac nullatenus subsistere posse volumus. Item singulis Custodibus stricte injungimus, ut juxta Nostra statuta laudabilemq Nostri Ordinis Consvetudinem oium Conventuum in suis respective Provincijs ac Custodijs existentium, nec non Fratrum et Monialium in ysdem degentium nomina ac numerum studiorum Missionum, cæterorumq exercitiorum Religionis nostræ decori quodam modo conducentium exactam rationem, sicut ab ultimis comitijs Gnalibus defunctorum et defunctarum numerum præcipue vero eorum, qui sanctitatis fama vitam agunt, v jam clausere cum compendiosa horum vitæ relatione sub authentica forma secum deferant. Insuper eorum numerum, qui in partibus infidelium v hæreticorum missionibus destinati aut terræ S. servitio mancipati reperiuntur. Operum etiam jam editorum v ad prælum paratorum rerumq notabilium memoria dignarum, quæ debita facta diligentia in unaquaq Provincia contigisse ab ultimo Capitulo Gnali compertum erit, ac deniq cæterorum oium, quæ de jure et consvetudine ad Capitulum Gnale conferri consvevere fidele testimonium fidemq Authenticam secum habere curem sub pœna privationis vocis in eodem Capitulo. Deniq ys qui rationem computum juxta constitutiones Nostras reddere tenentur sub pœna privationis officiorum injungimus, ut eosdem eleemosynarum computus fidelemq earum administrationis rationem per eosdem Custodes respective transmittant. Quoad reliqua omnia et singula Capituli Gnalis convocationem celebrationem, vocaliumq ad id accessum concernentia in his Nostris litteris non expressa statuta Nostri Ordinis Gnalia huc spectantia omnino servari volumus et mandamus. Ut autem à DEO. O. M. bonorum oium largitore felicem ejusmodi Gnalis Capituli exitum impetremus, præcipimus oibus et singulis Nostri Ordinis superioribus, ut his nostris litteris acceptis, et ut moris est publicatis, ac in singulis provincijs et Custodijs earumq Conventibus et Monasterijs promulgatis fervidas ad Deum preces curent fundi pro feliciori ejus successu, speciatim vero à Paschate Resurrectionis ejusdem anni usq ad Pentecosten, quo tempore quinta feria cujuslibet hebdomadæ solemni festo non impedita in singulis conventibus decantetur Missa de Spiritu S. ac de eodem à Sacerdotibus

in Missis

in Missij privatij collecta recitetur. In choro autem singulis diebus post matutinas vesperas et Missam conventualem dicetur hymnus: Veni Creator Spiritus cum orationibus et antiphonis de Spiritu Sancto, Immaculata Conceptione, et de S. P. N. Francisco cum collecta pro facienda electione. Ab Ascensione vero usq; ad predictum festum Pentecostes singulis diebus dominicis per Ecclesias et Claustra solemnes fiant processiones, in quibus sanctorum eorum Sanctorum cum precibus et orationibus cantentur. Verig in vigilia Pentecostes omnes religiosi sua peccata sacramentaliter confiteantur, quos proprij confessarij de nostra plenaria potestate Authoritate ab omnibus censuris et peccatis absolvere possint. Sacerdotes missam celebrent, coleri Sacro. Sancto Eucharistie Sacramento se reficiant, quibus plenaria eorum peccatorum suorum indulgentia et remissio concedatur, et summo mane sacrum de Spū S. solenniter cum processio ut supra fiant, orent ad Deum humiliter rogent ipsum deprecentur ut quo agenda sunt ad sui laudem et honorem sue religionis incrementi, animarum salutem, totiusq; Ecclesie militantis utilitatem proveniendo insistere et adjuvando prosequatur. In cibus autem premissis orationibus preces fundere meminerint pro utraq; incolumitate SS. P. N. Benedicti Pape XIII. pro Sancta et tom. Eccl. exaltatione, hereticum extirpatione infidelium conversione Principum Christianorum pace et concordia, nec non pro Eminentissimi Protectoris Ac Sotiorum memores sint eorum, quibus Ros nostrag religioni jure Patrocinij munificentia, et beneficij speciali nomine adstringimur, precipue Patronorum religionis, qui suas Ecclesias possessiones in Grali Capitulo faciendis liberaliter et debote elargiri dignant. Hec vobis precipienda commendag censuimus, sit re quidem maximi in religione momenti, qua ideirco fideliter et exacte vobis executioni mandata et observantia fore abunde confidimus. Valete nostrig in vestris orationibus memores estote. Datū Rome ex Aula Capitulari 15 Maij Ao 1728. Idem g— Supra.

Sto. Quia vero per easdem nationes iter adeuntes perficere sine subsidijs competentibus foret impossibile proinde tam pro expensis ipsius capituli provincialis breui, eiusdem determinandis g̃m pro uarietate vocalium itinerantium subsidijs ad dictum Capitulum nostrū redeundis infra scriptam determinacōem Vbie Definitorium tenuit.

Ex Conventibus Custodie Posnaniensis.

Ex Conventu Posnaniensi aurei Hungarici ____ 10
Costensi ____ 4
Vschovensi ____ 2
Cobilinensi ____ 7.

Calissiensi. — 3
Rotopoliensi. — 3
Varthensi. — 10
Bygdostiensi. — 5
Casimiriensi — 3
Novensi. — 7
Sieracoviensi. — 11
Svetensi. — 6
Cosminiensi. — 5
Gorcensi. — 5
Ostrzeszoviensi. — 9
Grodicensis liber ob futuram Convocationem celebrandam.
Golancensi. — 4
Ex Praesidentia Lobzynensi. — 1

Ex Conventibus Custodiae Varsaviensis.

Ex Conventu Varsaviensi. — 7
Thorunensi. — 3
Lovicensi. — 5
Skepensi. — 5
Lubaviensi. — 3
Prasnensi. — 4
Warthemburgensi. — 12
Zlocieviensi. — 3
Petricoviensi. — 3
X Widaviensi. — 4
Ostrołęcensi. — 10
Szpringborgensi. — 9
Cadinensi — 5
Ratoviensi — 4
Cierniacoviensi. — 3
Ex Praesidentia Strzegocinensi — 1
Vielunensi — 3
X Lancicensi — 3.

6to. Exhibita fuit constitutio Ssmi Papae Benedicti XIII approbans et renovans oes indulgentias ab Antecessoribus suis Romanis Pontificibus concessas pro via Crucis in Ecclesys oibus Ord. Nri Frum Min. de Observan. erigenda et oibus Fribus nris nec non personis utriusq; sexus, q ea peregerint lucrandas ad instar Stationum Urbis Hierusalem quas indulgentias etiam Rndus Pr Praeses Capituli une cum Vnbili Diffinitorio ut ad executionem deducantur comisit Adm Rndo Pri Mro Pli ut pro sua dexteritate easdem per Conventus sibi bene visos et optiores cum Sconibus necessarys promoveat instituat ac viam Crucis erigat impetrata tamen ab Illustrissimis loci Ordinarys approbatione supradictae constitutionis et facultate easdem indulgentias publicandi ac reimprimendi eandem constitutionem in Ordine ad transmittendum ad singulos Conventus.

7timo Facta est divisio quaestae per singulos Conventus utriusq; Custodiae, ac a Vnbili Diffinitorio approbata cum mandato ut novis statutis inseratur, et juxta eadem limites quaestae manu teneantur, nec violentur, item

obtemperando

obtemperando decretis S. Congr. Trid. ac Declarationibus S. Congr. Eminen. Card. Conc. Trid. Interfectum determinatus est a Vnbili Diffinitorio numerus Monialium in singulis Monasterijs servandus ultra quem plures Sorores alijs supervenientibus ad Sacrum habitum et professionem admitti non valeant, et est talis:

Pro Monasterio Posnaniensi numero — — — 30
Pro Monasterio Varsaviensi numero — — — 20
Pro Monasterio Calissiensi numero — — — 24
Pro Monasterio Loviciensi numero — — — 24
Pro Monasterio Vielunensi numero — — — 30
Pro Monasterio Prasnensi numero — — — 20
Pro Monasterio Varthensi numero — — — 26.

8vo Gratificando benevolentiam ac Munificentiam affectumq; erga Seraphicum Ordinem Illustrissimi Excellentissimi ac Rndssimi DD. Felicis Ignaty Ktretkowski Episcopi Culmensis ac Posnan. appromisit Vnbile Diffinitorium ac ordinavit ut post fata ipsius in singulis Conventibus Missa Cantata una cum pulsu Campanarum et officio Defunctorum absolvatur. Non obstantibus gratitudinis causa appromisit idem Vnbile Diffinitorium post fata infra scriptorum suffragia a singulis Pribus ac Fribus hujus Almae Provinciae quoad Missas Officia Defunctorum et 100 Pres Ave persolvenda, videlicet pro anima Adm Rndi Pris Bonaventurae Krassowski Ex Commissary Visitatoris Gnalis quae talia pro Adm Rndis Pris Ex Ministris aut Pribus Provinciae peragi consueverunt. Item pro animabus Perillustris ac Rndissimi Dni Francisci Barnicki Canonici Livoniae Pris Bonaventurae Radolinski ac Fris Bonaventurae Vidawski Testy Ordinis Professorum ac Benefactorum nostrorum consueta suffragia ut supra quae pro Pribus ac Fribus nostris professis per singulos Conventus persolvi solent a superviventibus.

9no. Praemiando merita laborantium pro honore Dei et emolumento hujus Provinciae Prum infra scriptorum tribuit Vnbile Diffinitorium Pri Nicolao Zeganowski. Pri Dominico Wessel. Pri Ignatio Szretter. Titulum Adm Vndi Pris Praed. Gnalis. Pribus autem videlicet Pri Victoriano Kotecki. Pri Hyppolito Gorzewski. Pri Josepho Seszczynski Pri Bernardino Ostrovicki Pri Laurentio Thausz Pri Bernardo Zeydler Pri Augustino Cobilinio. Pri Augustino Andreae Pri Paulo Chotkowski Pri Romualdo Grodicio tribuit titulum Adm Vndi Pris Confessary Emeriti. Quodsi autem supradicti abstantur gratia Vnbile Diffinitorium dedit compromissum Adm Rndo Pri Mro Pli eosdem titulis supradictis privare.

10mo Dedit insuper Vnbile Diffinitorium compromissum Adm Rndo Pri Mro Pli suspendendi ac deponendi Pres Guardianos ineptos praevio processu vel resignatione, instituendi Praedicatores eos qui antea non praedicabant, item instituendi vel amovendi Confessarios Monialium ac lectores Philosophiae, tandem processandi lectores Theologiae in casu emergendi.

Valetaus autem ut hae Pastorales literae nostrae in plena Communitate perlectae ac in libro Seorsivo transscriptae de Conventu ad Conventum juxta ordinem Cursoriae per fidelem Nuncium transmittantur cum subscriptione diei receptionis et transmissionis illarum a singulis locorum Superioribus.

Valete Pres ac Fres Amantissimi nostri in Oradnibus vestris non immemores. Dabantur in Conventu Nostro Grodicensi ad Sanctum Nomen JESU. die 15 mensis July ao 1728

(locus Sigilli) Fr Raphael Zgorzelski idem q supra

Fr RAPHAEL ZGORZELSKI
Ordinis Minorum S. P. N. Francisci Regularis Observantiae
Sacrae Theologiae Lector Jubilatus Praedicator Generalis
Almae Provinciae Majoris Poloniae S. Mariae Angelorum
Minister Provincialis et Servus.

Dilectis Nobis in Christo
Admdm Rndis Admdm et Multum Undis caeterisque Patribus ac Fratribus In visceribus Jezu Christi Dilectissimis
Salutem in eo qui est vera Salus

Fertilis Seraphici Patris Nostri S. Francisci Hortulus quem admodum ante beatis temporibus semper eximia floruit Sanctimonia, Ita et moderno saeculo non modica reviviscit amoenitate, dum a supremo rerum omnium Satore Deo T. O. M. majoribus irrigatur gratijs Unde aureos Sanctorum in caeleste horreum colligit manipulos Infatigabilis quoque Supremi Universae militanti Ecclesiae Capitis Sanctissimi D. N. Benedicti XIII in hoc apparet Solicitudo ac Singularis erga ordinem Seraphicum clementia, Dum in hoc hortulo pretiosam quaesivit et invenit margaritam eamque per publicam nuper celebratam Canonizationem Solemnissime erexit. Sanctam licet Margaritam de Cortona et ex in hausto thesauro Ordinem Seraphicum Plenarijs ditavit Indulgentijs In Super in hoc floridissimo horti prato manu decerptum florem Joannem scilicet de Prado Martyrem Ordinis Minorum S. Francisci de Observantia Excalceatorum. Per Solemnem Beatificationem decreto Inferiori Beatorum fastis adscripsit diemque 24 Maij cum officio et Missa sub ritu Duplici Majori quotannis celebrari benigne indulsit Cujus Decreti tenor sequitur.

Benedictus PAPA XIII.

Ad Perpetuam rei Memoriam.

Gloriosos Christi Athletas qui virtute praecincti ex alto, bonum certamen certarunt Cursum consumarunt, fidemque ad extremum servantes stolas suas in Sanguine agni lavare meruerunt, Sicuti immarcescibili iustitiae corona donat in caelis aeternus, ac Justus Judex ita devoto cultu in terris honorari, eorumque agones et triumphos condigna laude et veneratione celebrari decet ut de nostra solliciti quide sua sunt Salute securi pia potentique apud Patrem misericordiarum ac Deum totius consolationis, cui die, ac nocte serviunt in templo ejus, intercessione imbecilitati nostrae inter saeculi procellas aestuanti caelestis gratiae munera impetrent, quibus et nos rectum vitae cursum tenere et propositum nobis aeternae Beatitudinis bravium consequi valeamus. In hanc nos curam et debito Pastoralis officij quod infirmitati nostrae commisit divina dignatio propensis studijs incumbentes flagitantia idipsum Catholicorum Regum et aliorum Christi fidelium vota libenter exaudimus Sicut ad Gloriam Omnipotentis Dei, et exultationem Fidei Catholicae, Spiritualemque fidelium Consolationem atque aedificationem Salubriter in Domino expedire arbitramur. Cum itaque mature diligenterque discussis et perpensis per Congregationem Venerabilium fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium Sacris Ritibus praepositorum processibus de hujus Sanctae Sedis Apostolicae licentia confectis. Super Martyrio, et causa martyrij Dei Servi Joannis de Prado Sacerdotis expresse professi ac primi Ministri Provincialis Provinciae Beaticae Sancti Didaci Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci de Observantia Excalceatorum nuncupatorum qui olim atunc temporis existentibus ejusdem S. R. E. Cardinalibus negotijs propagandae fidei praepositis ad anunciandum Christi Evangelium et docendas gentes Regnorum Fezzae et Marochij missus, in odium Catholicae fidei post atrocissima, et immanissima tormenta Anno M. D. C. XXXI. trucidatus Palmam Martyrij

accepisse asserebatur, ac super signis prodigijs et miraculis quæ ad manifestandam nunc
finalem ejus perseuerantiam a Deo relicta, et patrata fuisse dicebantur. Et dicta con
gatio Cardinalium coram nobis constituta auditis etiam consultorum suffragijs cen
posse, quando cum nobis uideretur eundem Dei seruum Dei donec ad actum solemnis illi
Canonizationis deueniatur, Sublice Beatum nuncupari cum solitis indultis. Hinc est qu
nos pijs, atq; enixis Charissimi in Christo filij Nostri Philippi Hispaniarum Regis Cathol
aliorumq; Principum nec non quamplurium ex uenerabilibus fratribus Archiepiscopo
et Episcopis, ac Dilectis filijs Capitulis et Canonicis Metropolitanarum, et Cathedralu
Ecclesiarum Regnorum earundem Hispaniarum, totiusq; ordinis Fratrum Minorum ip
Sancti Francisci, atq; Dilecti filij Joannis Diaz a Conceptione illius Protectoris, et fr
ejusdem ordinis Et calceatorum, et Recollectorum nuncupatorum Ultra montana domi
Procuratoris Generalis Hujusq; causæ postulatoris supplicationibus Nobis, et Sancta
Predicta super hoc humiliter porrectis inclinati, de memorata congregationis Card
lium consilij, et assensa auctoritate Apostolica tenore præsentium indulgemus, ut Ejus
tus Dei Seruus Joannes de Prado in posterum Beati nomine nuncupetur, ejusq; imp
et reliquiæ uenerationi fidelium non tantum in processionibus circumferenda, exponi
imagines quoq; radijs seu splendoribus exornentur, ac de eo quot annis die festiuo
transitus ejus seu alio die non impedita illam immediate sequenti recitetur officium et
Missa celebretur de Communi Unius Martyris juxta rubricas Breuiarij et ejusdem
Romani. Porro rectationem officij, et missæ celebrationem hujusmodi fieri concedimus
tasat in uniuerso ordine Minorum S. Francisci utriusq; sexus quam idem Dei Seruus sue effigiem
illustrauit in oppido Megrilejo Legionen. Diœcesis in Hispania, in quo ortum habuit, ac ob
in Regno Marochitano ubi Martyrium passus est, ab omnibus utriusq; sexus Christi fidelibus
tam Sæcularibus quam Regularibus qui ad chorum Canonicum tenentur, et quantum ad officium at
tinet, etiam ab omnibus Sacerdotibus ad Ecclesias in quibus festum peragetur confluentibus
Præterea primo dum tasat anno ab obitus hisce litteris, et quod ad Indias adire quæ eadem festiui
sui peruenerint, inchoando in Ecclesijs ordinis oppidi, et Regni Marochij prædictorum sole
mnia Beatificationis ejusdem Serui Dei cum officio et missa sub ritu duplici majori die aberi
narijs respectiue constituta, postquam tamen in Basilica Principis Apostolorum de Urbe celebrum
fuerint eadem solemnia pro qua recipiendi xxiv currentis mensis Maij ut potest illius assistentiam
tijrij anniuersariam assignamus partem celebrandi facimus potestatem. Non obstantibus Constitu
tionibus et ordinationibus Apostolicis ac decretis de non cultu editis, cæterisq; contrarijs
quibuscumq; etiam impressis manu secretarij prædictæ Congregationis Cardinalium subscriptis
et sigillo Prædicti ejusdem Congregationis munitis eadem prorsus fides ab omnibus ubiq;
tam in Judicio quam extra illud habeatur quæ ipsis præsentibus haberetur, si forent exhibitæ
uel ostensæ. Datum Romæ Apud Sanctum Petrum Sub Annulo Piscatoris die xiv Maij MDCC.
xxviii. Pontificatus Nostri Fr Cardinalis Oliuerius.

Ut autem hujus B. Joannes de Prado Martyris Beatificatio ac S. Margaritæ de Cortona
Canonizatio toti illucear Christiani Orbi, exoptamus singulis Locorum Superioribus ut tempore
commodo ubi bene sibi uisum solemnem utriusq; faciant Introductionem. Videat Populus Seraphici
Ordinis Nostri decora et Deum O. M. in suis glorificet Sanctis. Ex occasione hujus nec Canonis
Beati S. Margaritæ gratiosissime eidem Sanctæ Benedictus xiii. concedit Indulgentiam plenariam
perpetuam pro die cadenti, pro Ecclesijs Ordinis Nostri ac aliæ Indulgentias Sodalitio Fidelibus
distribuendas ad normam Indulgentiarum concessarum ex occasione Canonizatorum SS Jacobi
Marchia et Francisci Solani Quarum tenor est

Fr. Mathæus a Bareta Rector Jubilatus
SS Congregationum Indicis et Rituum Consultor Supremæ et Uniuersalis Inquisitionis
Qualificator ac Totius Ordinis Minorum S. P. N. Francisci Minister Generalis
et Seruus.

Vniuersis et Singulis Superioribus et Subditis nostrae Curiae Subiectis, tam obseruantibus
quam Reformatis Recolectis Excalceatis, Tertij Ordinis uel alio quocumq; nomine nuncupatis
Vestum Regulae Seraphicae in uno Capite profitentibus Salutem et Seraphicam Benedictionem.

Quamquam in Solemni Sanctae Margaritae Cortonensis Apotheosi, quam ab.mo D.N.D. Benedicto
Papa XIII, Diuino lumine perfuso, nuper celebratam fuisse accepistis nouum preclarumq; Deus
Nostro Ordini accessit quo longe lateq; claritas ejus refulgeat, attamen ut plenius ex hac ueluti
nouae Syderis accessione per nostrum Sodalitium in Christianum populum caelestes deriuentur influxus
Sanctiss.mo Pontifici pro sua egregia in nos uoluntate Spiritualibus Diuitijs de Diuino Ecclesiae
Thesauro unumquemq; nostrum ditare, ut ad excitandam fidelium populorum erga Nostram Sanctissimam
Matrem pietatem ac deuotionem Superne largitatis beneficijs eorum animas cumulare possimus.
Hinc est quod Nos cupientes, pro nostri cordis laetitia uobis per has litteras notum facimus Sanctum Dominum Nostrum ad
Dei ingenti nostri cordis laetitia uobis per has litteras notum facimus Sanctum Dominum Nostrum ad
ad augendam S.tae Margaritae Cultum per suum rescriptum sub die 22 Mensis Iunij sequentes
plenarias Indulgentias in Numismatibus aut coronis ut moris est distribuendas nobis largitum
fuisse hoc uidelicet ordine

1 Ministro Gnli Ordinis quinquies centum quas possit distribuere ipse uel aliis committere
2 Commissario Gnli Ordinis ultra montana Familiae ter mille quas possit distribuere ipse uel aliis
Procuratori Gnli Ordinis mille pro eiusdem aut pro aliorum impartiendo
5to Adm Vndi Patres S. Theologiæ Lectores, ac Multum Vndi Pres Philosophiæ Lectores de sua Solertia ac profectu Studij, nec non disputationibus tam publicis quàm privatis testimonium pariter transmittant, ac judicia suorum Discipulorum quoad speculationem et prædicaturam de vita et moribus, quorum conscientias hac in parte oneramus. Similiter Pres Prædicatores idem testimonium Authenticum de vita moribus ac diligentia Scriptorum transmittant.

6to Superiores Locales annotari faciant Suppellectilem infirmis hospitibus provisionem annonæ, quietationem Familiæ, charitatem erga Domesticos et Forenses, in suppeditandis necessarijs industriam, in reparandis Conventibus dexteritatem, Ecclesiæ augmentum, Sacristiæ diligentiam, in resarcitos tectis et ædeficijs solertiam, archivorum connotationem, supra quæ authenticum nobis porrigant testimonium. Item de executione Introductionis Imaginis S. Margaritæ de Cortona, ac B. Joannis de Prado, quam mandavimus per literas nostras circulares.

7timo Exhortamur, et obsecramus omnes Locorum Superiores præsertim finientes suum officium, ut necessaria suis respective Conventibus provideant, ut provisos suis Successoribus reddant, super quibus punctis omnibus et singulis Pres Discretos cujuscunq; Conventus obligamus et obstringimus ut secundum Deum et Conscientiam fidele in omnibus ad nos et Vnble Diffinitorium porrigant testimonium.

Ultimo tandem prohibemus omnibus et singulis tam Superioribus quàm Subditis, ut nullus sine expressa â nobis licentia ad locum Convocationis accedere audeat. Quod si autem (quod Deus avertat) aliquis notabilis casus sub tempus ejusdem Convocationis in aliquo Conventu acciderit, aut aliquod negotium quod ad nos et Vnble Diffinitorium spectaret, emerserit, statim nos et Vnble Diffinitorium illius Conventus Superior per suas literas certificet.

Pro feliciori verò progressu Dnum Nostrum JESUM Christum in enarrabilibus obsecrate gemitibus, quatenus eas intimius nobis suppeditet gratias, quibus bono Provinciæ Consulamus, ac ab eo vires et robur accipiamus, â quo omne datum optimum venit, Deo T. O. Maximo.

Ut autem festina horum omnium in unoquoq; Conventu notitia habeatur, mandamus singulis Locorum Superioribus, quatenus his præsentibus in plena Communitate perlectis, ac in libro seorsivo descriptis cum annotatione Dij receptis

receptionis ac transmissionis easdem ad viciniores Conventus juxta Cursoriam à tergo scriptam sine mora remittant. Valete Pres ac Frēs in Dño Dilectissimi Nostriq; in vestris non immemores orationibq. Dabanty in Conventu Nostro Grodicensi ad Sanctissimum Nomen JESU. die 24 Mensis Julij anno 1729.

Fr Raphael Zgorzelski
Minister provincialis
m pr

Fr. RAPHAEL ZGORZELSKI.

Ordinis Minorum S. P. N. Francisci Regularis Observantiæ
S. Theologiæ lector Jubilatus.
Prædicator Generalis.
Almæ Provinciæ Majoris Poloniæ
Minister Provincialis et Servus.
Dilectis nobis in Christo Adm Rndis Adm Vndis Multum Vndis
Cæterisq; Patribus ac Fratribus.

Salutem in eo qui est vera salus.

Post periculosos tanti itineris anfractus irrefragabiles post annualem Officij Nri Ministerialis decursum infatigabiles, tandem â Signo Exaltatæ Crucis Salutifero, quo salutis Nræ Mediator Christus Dnus insignitus Intermedium Nri Capituli Provincialis in Conventu Nro Grodicensi celebrare statueramus, atq; sub eodem Exaltato Crucis labaro exultantes Exantlatum, humeris Nris impositum onus ex munere Officij Nri Divina Opulante gratia reportantes, illud ulterius pro viribus Nris sufferre ac continuare prosequimur. Non sine prospero Successu celebratam hanc ac conclusam Intermedij Capituli Congregationem in Festo Exaltationis S. Crucis conclusimus Scientes ac vobis intimantes quod qui prætendit sequi Xtum quia Christianus per fidem, et multo magis quia Christi assecla per vitam Religiosam et non portat Crucem suam abnegans seipsum, sui ipsius amator philacutus sua quærens et non quæ Jesu Christi. Apprehendite disciplinam Crucis disciplinam Mortificationis Fratres Charissimi, ne quando irascatur Dnus et peractis de via justa, ne quando dicat Deus, ipsi vero non cognoverunt vias meas quibus juravi in via mea, si introibunt in requiem meam. De torrenti passionis cum Christo in via bibamus et sic exaltabimus caput cum ipso in gloria. Regis Nri vestigia terramus, velociora humiliora ignobiliora cum ipso eligentes, Crucem cum ipso ferentes imo cum ipso crucifixi, et hæc est gloria Nra Crux, tribulatis patientia, absit nobis gloriari, nisi in Cruce Dni Nri Jesu Christi. Siquidem et ipse ideo est Rex Gloriæ quia fortis et potens in prælio passionis adeoq; Dnus virtutum per Crucis patientiam triumphans. Hæc nobis testamento relicta.

relicta est ad hanc nos lex Christi obligat ut tollamus Crucem Nrã deponen-
tes proinde omne pondus et circumstans nos peccatum cum Paulo Apostol. ad He-
breos 12 per patientiam haud dubiè Crucis curramus ad propositũ certamen
authorem fidei et consummatorẽ Jesum, qui proposito sibi gaudio vitæ æternæ
et salutis Nræ sustinuit Crucem. Sit Ergo gloriatio Nrã Crux, cujus partici-
patio quanto major erit in Nobis, Sublimior erit et gloria, Nec deesse Nobis
peculiare Speramus Auxilium dum sub suavissimo Nne Jesu ulteriorem
regiminis Nri progressum exoptato prosequi profitemur omine, Et vobis quibus
hoc Sanctissimum Nn Jesu Religiosas Crucis Vræ dulcorabit amaritudines
Antequam autem vobis conclusa nuperno tempore intimabimus prius Re-
verendissimi Patris Franciscisci â S. Severino Commissarij Gnlis Superioris
Nri cujus Cismontanæ Familiæ Colendissimi intimatorias de sui electione
promulgamus tenons sequentis.

Fr Franciscus â S. Severino Ordinis minorum Strictioris
observantiæ S. P. N. Francisci Lector Emeritus, Sacræ Rituum
Congregationis Consultor, et in hac Cismontana Familia Commissarius
Generalis et Servus.

Dilectis plurimum in Christo Patribus Superioribus et subditis Nræ Curæ
subjectis Salutem in Domino Sempiternam.

Quamquam tenuitatis Nræ memores, concredito nobis in Generali Capi-
tulo nuper mediolani celebrato hujus Cismontanæ familiæ Regimini
impares non esse cognoscamus, Divinæ autem Clementiæ fidentes quæ humi-
lia identidem eligit, per quæ providentiæ suæ consilia exequatur, onus nobis
suffragijs Communibus demandatum alacriter subeundum esse censuimus,
et oblatam nobis occasionem publicis commodis serviendi, Nrumq; in vos Amo-
rem probandi ex animo amplecteremur. Patefacientes in vobis itaq; animi Nri
sensus et paratam in unumquemq; Vrum voluntatẽ id â vobis vehementer optamus,
ut una vobiscum studia Vra in Comũne bonum conferatis, conatusq; nros pro Reli-
giosæ disciplinæ custodia, Sanctissimæ Regulæ, qm professi sumus, observantia, ac
Ordinis Nri decore, Vris etiam exemplis adjuvetis. Facile vero quod in votis habe-
mus id ẽ sententia nobis succedere posse arbitramur, si fratres illi, quibus alio-
rum cura comissa est, partem Nræ Solicitudinis assumentes grave nobis injunctum
onus levare contendant. Hos propterea sedulo monemus, ut memoria repeten-
tes

tes, qm exactam sint Deo de Fratribus sibi creditis rationem reddituri,
pacem inter eos, unitatem spiritus, fraternæ charitatis jura, ac præcipuum insti-
tuti nri ornamentum, Sanctiq parentis nri hæreditatem, Evangelicam paupertatem,
oi animi contentione servare, ac confovere adnitantur. Hortandos propte-
rea ducimus fratres omnes, quibus alijs præesse â Domino datum est, ne parvo
exemplo suo, turpive desidia rigorem disciplinæ in subjectis laxent, aut asperita-
te nimia filios suos ad iracundiam provocent, exulceratosq animos acerbius
exasperent, sed forma facti gregis ex animo commissas sibi oves, ipsius Præte-
reuntibus, ad majorum nostrorum tramitem calcandum excitent, et si qua defece-
rint, ejusmodi instruant in Spiritu lenitatis, ita virgæ non parcentes, ut paternæ
mansvetudinis minime obliviscantur. Fratribus autem subditis illud apostoli
monitum præ oculis ponimus, Scilicet ut noverint eos, qui laborant, et ipsis præ-
sunt in Domino, ut habeant illos abundantius in Charitate propter opus illo-
rum. Hæc autem vobis, Fratres dilectissimi breviter Suggerenda in hac pri-
ma encyclica nra constituimus, cætera verò quæ Communi ordinis nri decori,
bonoq hujus Cismontanæ Familiæ regimini, atq unius cujusq vrum utili-
tati expedire judicavimus, in alia paternali nra copiosius accipietis. In præsen-
tiarum vero id tantum vos monuisse sufficiat, ne Scilicet nos gravioribus rebus
intentos crebris, in utilibusq epistolis molestissimè fatigetis. Cum autem in hac
re plurimi sint, qui modum nullum sibi servandum ducunt, id circo quibuscumq
Fratribus tam Superioribus, quam subditis nræ Curæ subjectis Seriò injungere
cogimur, ne obsequij tantummodo, aut observantiæ causæ litteras ullas ad nos
mittant nullum, aut ingratum responsum profecto relaturas. Quod ac oibus
servari cupimus, et mandamus, Præsertim verò â Religiosis laicis et Clericis
alijsq in inferiori gradu constitutis, atq ad studia Scholastica incumbentibus,
quibus etiam de rebus, quæ sibi opus sunt, nisi per Superiores suos ad nos Scri-
bere interdicimus. Quoniam vero litterarum dispendio multum gravamur, cum
diriguntur ad nrum Conventum S. Mariæ de Aracoeli, jubemus oibus, ac Singu-
lis Religiosis Reformatis nræ Cismontanæ Familiæ tam Superioribus qm subdi-
tis, ut qndo necessitas nobis Scribendi postulaverit, litteras dirigant ad nrum
Conventum S. Francisci ad Ripam. Interea vero crebras ad Deum preces fun-
dite pro longæva, prosperaq Sti Dni nri Benedicti Papæ XIII incolumi-
tate, ac Sospitate, pro Christianorum Principum pace, et concordia, pro
Emo Cardinali Protectore nro. et pro nobis tandem, qui vobis Supernam
benedictionem et abundantius cœlestis gratiæ precamur. Datt. Romæ

ex nro

ex Nro Conventu S. Mariæ de Ara Cœli. die 23 Julij 1729
Fr Franciscus à S. Severino.
Commissarius Generalis.

De Mandato S. P. Rmæ
Fr Thomas à Cento.
Secretarius Generalis.

Auscultate Fratres Charissimi hac Paternam ac Pastoralem Rndmi Pris Commissarij generalis Superioris Nri Colendissimi literam, et quæ in ea præcipit ac mandat pro nunc implete, fusiorem ut appromisit Speraturi. Quæ autem Nuperrimè in Nro intermedio Capitulo Sancita sunt audite et serio ac ad unguem observate metuentes, ne post prævaricationem horum justissimæ poenæ pro tam inveteratis malis sequuntur. Igr.

Obviando pluribus abusibus qui irrepserunt à multis temporibus contra Regularem observantiam ac disciplinam, potissimum compotationibus Chartifoliorum continuo lusui, Sæcularium famulorum ac Puerorum tam extra quam intra Conventum conservationi à Particularibus Patribus ac Fratribus et superfluo cremati usui, inculcat ac renovat venerabile Diffinitz Statuta Provincialia Novissime approbata et.

1mo Serio ac districte præcipit sub poena inobedientiæ ac alijs poenis in Statutis expressis ut nullus Patrum ac Frum etiam Superior localis quoad personam propriam privatam audeat penes se fovere aliquam Sæcularem personam ad sua servitia præter Comunem Conventus Familiam; In quo puncto obligantur oes Superiores ejusmodi famulos à Conventu relegare, et si nollint, confusibiliter etiam expellere. Quod si aliquis Patrum ac Fratrum idegretulerit, tanquam inobediens Carceri mancipetur et de hac re Adm Rndus Pr Mnr Pnlis per literas certior reddatur.

2do Inhibet Venerb. Diffin. sub poena ut supra oibus Patribus ac Fribus etiam Superioribus localibus ne tempus otiose consument contra præscriptum S. Regulæ in lusu Chartifoliorum et aliarum, prout in quibusdam locis practicabatur, sed orationi et alijs exercitijs Spiritualibus se exerceant, Silentiumque de vesperi strictissimè servetur.

3tio Aquoniam nonnulli Superiores locales contra præscriptum Statutorum Generalium ac Provincialium consueverant ad suum beneplacitum dispensare Silentium ad mensam Comunem. Proinde renovatur pariter Statutum §. de mensa Fratrum de lectione ad mensam, inhibendo ne ullus Superior dispenset in Silentio exceptis solis Festis Sabaoth Solemnibus sed prima lectio usque ad extraditionem Secundæ portionis, 2da vero Polonica usque ad finem mensæ protrahatur tribuendo Conse-

quenter

quenter librum Patribus ad legendum.

4to Portiones quæ de mensa Comuni Fratrum remanent pauperibus distribuendæ non dentur Sæcularibus, nec ad Cellas deportentur aut conserventur in Refectorio extradendæ, sub poena privationis ferculorum prandij contra facientibus et alijs poenis. Monentur etiam Fratres Portulani, ut solis pauperibus ad portam expectantibus distribuant de eiusmodi residuo Prandij vel Coenæ, aut conservent pro sequenti die.

5to Consvetudinarij bibuli Cremati nullum jus ad Consvetudinem (quam vocant immemorabilem) prætendant â Superioribus localibus quoad propinationem Cremati quæ illis denegetur â Superioribus localibus, sed non nisi infirmis et in alia necessitate probata charitative detur sub debita mensura. Obligantur Superiores locales a eorum Vicarij, ut serio invigilent, ne pueri aut famuli aut aliæ quæcunque personæ de Civitatibus aut locis ubi sunt nri Conventus deportetur Crematum particularibus Prbus ac Fribus quod si aliquem eiusmodi vitio laborantem reperierint poena disciplinæ et jejunij in pane et aqua mulctare procurent.

6to Inhibet Venerab. Diffin. extra Conventus manducare et bibere in Civitatibus aut locis ubi sunt nri Conventus sub poenis in Statutis expressis. Nec Pres Gvardiani licentiant pro eiusmodi Comestionibus ac Compotationibus nisi ob respectum insignis Benefactoris, ac non nisi viros graduatos ac Religiosos, bibulos autem et Consvetudinarios ab eiusmodi abusui compescendo.

7mo Decernit Venerab. Diffin. ut PP. Prædicatores unius Concionis intersint Matutinis precibus ac Divino officio ad præscriptum Statutorum Provincialium, nec sibi Bullas aut exceptiones prætendant, nisi ante vel post prædicationem. Quod si pluralitas Festorum in eadem Septimana concurrerit superiores locales discretionem habeant intuendo laborem.

8vo Tollendo abusus incompetentium Titulorum potissimum minus meritis Patribus decernit Vnble Diffin. ut ab hinc tam in Tabulis Provinciæ, quam Reffectorij Singulorum Conventuum sive in litteris ac in Subscriptione litterarum hiet n alij tituli dantur (: præter illos Patres quibus Titulus Adm Rndi Patris. Adm Vndi de jure aut ex gratia Vnbl. Diffi. competit :) Titulus M. V. P. Solis Patribus Gvardianis Vicarijs Prædicatoribus Philosophiæ ac Theol. Moralis lectoribus. Magistris Novitiorum ac Confessarijs Monialium si alium n habuerint, ac Pariter ex Gvardianis ex Vicarijs ex Prædicatoribus ex lectoribus ex Confessarijs monialium ex Magistris Novitiorum qui laudabiliter suum Officium per triennium expleverint tribuitur. Cæteris autem Patribus Titulus Vndi Pris competit quoadusque alium eminentiorem per bona merita promeruerint. Cavet etiam Vnble Diffin. ut Patres et Fres Scribentes ad aliquem Graduatum non multiplicent Titulos ac merita sed servent formam præscriptam in Statutis, non addendo alia Epitheta VS. A. R. P. NN. ordinis minorum observantium Almæ Provinciæ Majoris Poloniæ Ministro Provinciali Superiori Colendissimo. Adm R. P. NN ordinis minorum observentium Provinciæ Patri addendo Titulum

lum Superioratus localis si habet. Cæteri autem ut supra. R.P. Guardianus aut Prædic.

9no Inaliat Vrbis Diffin.: Superioribus localibus aut pro sua solertia et activitate seu munere Pastorali sibi ea S. Obedientia injuncta procurent structorum reparationem ac alia in suis conventibus restauranda quæ evidenter ruinæ jactantur. Proinde committit Vrbis Diffin.: A.R.P. Ministro Provinciali ut desides ac negligentes in canonicis visitationibus compellat ad ejusmodi opus perficiendum juxta facultates perceptarum eleemosynarum, notabiliter autem Negligentes ac desides ab officio amoveantur.

10mo Invigilent locorum Superiores ac eorum Vicarij ut Fres Clerici ac Laici debitam ubique modestiam ac humilitatem servent præcipue in Refectorio cum modestia et inclinationibus adinserviendum mensæ ac colligendum regerent prout in Novitiatu instrui debuerant. Quod etiam serio demandat Patribus Magistris Novitiorum ut in prædicta humilitate inclinationibus cæterisq; cæremonijs ad præscriptum D. Bonaventuræ sibi commissam juventutem exerceant.

Et quoniam nonnulli Fres Magistri Novitiorum ausi sunt asseverare non posse Novitios ad culpam publicam Refectorio assignare pro defectibus in Culpario Refectorio aut civitate commissis. Hocirco Vrbis Diffin. præcipit ut graviter delinquentes, aut recidivantes, aut se ad sacram Religionem non applicantes primo in particulari seu in Noviciatu culpatos, si se emendaverint ad publicam mensam Refectorij pro culpis suis fatendis ac pœnis à Superiore infligendis mittant ut Patres ac Fres Professi de vita et moribus Novitiorum temporibus præfatis vota sua eo tutius fere possent.

Aquia tam S.P.N. Franciscus qm Ors Filij eius in Schola orationis divinitus eruditi in dies profectibus capiebant, et illuminabant ac intimius Deo adhærebant ac sanctificabant Ors ibus ac singulis Sanctam occupationem instanter Jesu Christi recommendamus, moneo et exhortor Fres meos Charissimos, ut juxta Statuta Ors et singuli mentali et vocali promptissime adsint orationi per totam integram horam. Divinum officium tanq obligatissimi Deum præ oculis habentes more Patrum nostrorum cum debita pausa attentione ac devotione audiantur et reverenter cum edificatione populi absolvant, ut videant qui adversa sunt quod prius quærimus regnum Dei et justitiam eius, cæt misericors et miserator Dns escam et victui nostro necessaria mirabiliter ministrabit timentibus se. Deinde ad pietatem ut inimicam paupertati nræ minoriticæ nobis per S. Regulam professam prohibitam nisi manifesta necessitate et infirmitate urgente Superiores locales nullo modo patiantur et dispensent, nec absq; nra licentia juxta Statuta Provin-

cia

ciæ extra Conventus Quæstam debent vagari et excurrere. Equos Superfluos in ruinam altissimæ paupertatis juxta moderna Provinciæ Statuta à Conventibus per Syndicos eliminari faciant. Insuper eum amor Serophicus juxta Regulam nr̃am Specialem et Sollicitam curam poscit Infirmorum, ut eis Sani Fr̃es inserviant sicut velint sibi serviri, requiritq̃ pariter ut hospites et advenæ ostendant se Domesticos invicem inter se et secure manifestet unus alteri necessitatem suam, cum tamen in aliquibus Conventibus nec locus infirmorum nec hospitum habeatur, et sæpe nulla Suppellectilis pro exhibenda Charitate et Peregrinis Fr̃ibus licet serio demandavimus in Suscepto Regiminis Nr̃i officio et in Canonicis visitationibus, ideo mandamus et serio præcipimus ut prædictas officinas cum sufficienti rerum necessariarum Ordine offendamus. Item Superiores locales qui ad Pannificinas certam Eleemosynæ quantitatem non deportarunt curant quantocitius. Vicissimq̃ Pr̃es Superiores ubi sunt Pannificinæ curent bene compacta Volumina conficere et huic confecturæ serio se accingant tempus enim elabitur. Casus ad mensam Canonicam juxta antiq̃m consvetudinem sine intermissione proponantur. Deniq̃ quæ scripta sunt in Statutis modernis cap. 7 de culparum recognitione et pœnitentia Fratribus peccantibus imponenda omnino executioni mandentur, ac tandem leges ideo conduntur ut Sciantur et observantur unde sicut juxta Statuta moderna demandatur superioribus, ut hæc sicut et cum eis Nr̃æ præsentes ordinationes præscriptis temporibus legantur ita et nos præcipimus. Quomodo enim observabuntur à Superioribus à patiori ab inferioribus si non Sciuntur nec leguntur. Quod si Disciplinam Regularem in Simplicitate et veritate observaverimus et recommendata filioli affectu exequi desideraverimus ut supra: in Filios obsequentes Dei omnipotentis totiusq̃ Curiæ cœlestis benedictio descendet et requiescet.

Præmiando merita Pr̃um Vn̄ble Diffin̄ tribuit Titulum Rn̄di Pr̃is A. V. P. Laurentio Posnaniensi bis Diffin̄. et ex Commissario et A. R. P. Constantino Chelmicki Diff. Habituali et emerito. Titulum vero Prædicatoris Gn̄lis. A. V. P. Joanni Olszanowski, et M. V. P. Athanasio Grabowski. Titulum vero Confessarij Emeriti M. V. P. Ambrosio Siernicki M. V. P. Ladislao Pelczynski M. V. P. Joanni Nepomuceno Kirchpeter M. V. P. Antonio Buchenski et M. V. P. Antonio Dost. Quod si supra Dicti Patres gr̃a abusi fuerint vel aliquas contentiones cum Superioribus localibus aut in Communitate combinationes fecerint. Dat Vn̄ble Diffin̄. compromissum A. R. P. Ministro Pr̃i ejusmodi delinquentes titulo privandi.

Dedit etiam Vnble Diff. compromissum A.R. P. ministro Pli in casu emergenti mutandi Gvardianos de loco ad locum deponendiq; prævio processu vel resignatione instituendi Confessarios monialium lectores Phiæ Prædicatores de novo qui ante n̄ prædicabant. Accepimus etiam ab Urbe Decretum extensionis Cultus per missam et officium ad totum n̄rum Ordinem Seraphicum B. Seraphini de Ausculo laici Professi ordinis Capuccinorum S. P. N. Francisci pro die 17 Octobris sub ritu duplici de Comm. Confess. n̄ Pontif. cujus tenor est.

DECRETUM

Ausculana Canonisationis B. Seraphini de Ausculo seu de Monte Granario.

Laici Professi Ordinis Minor Capuccinorum S. Francisci.

Cum attenta approbatione publici Cultus vigore Indultorum Apostolicorum B. Seraphino de Ausculo Ordinis Minorum Capuccinorum præstiti, seu casus exceptiâ decretis San. Mem. Urbani PP. VIII facta in Congreg. Sac. Rituum sub die XI Martij 1719. Annuente post modum die 19 aprilis dicti Anni San. Mem. Clemente PP. XI ex parte et ad instantiam Marchionis Joannis Baptistæ Caveci dictæ causæ Postulatoris San. Dn̄o n̄ro Benedicto Pap. XIII Supplicatum fuerit, quatenus concedere dignaretur, ut in posterum Singulis Annis in honore prædicti Beati die 12 Octob. Anniversaria illius obdormitionis in Dn̄o, tam in toto Seraphico ordine Min. S. Francisci, qm̄ etiam in Civitate, et Diœcesi Ausculana, uti sacrum ejusdem Beati corpus et colitur, ac in Terra montis Granarij Firmanæ Diœcesis ubi fuit natus, recitari posset officium, et celebrari missa de Comm. Conf. n̄ Pontif. sub ritu duplici ab oib̄ tam Sæcularibus qm̄ Regularib̄ utriusq; Sexus qui ad horas Canonicas tenentur; Sanctitas sua, cum prius recognosci, ac perpendi fecerit â Rndm̄o Carolo Alberto Cavalchino archiepis: Philippensi. Fidei Promotore Supplicem libellum eidem Sanctitati suæ porrectum ac Scripturas oēs super hujusmodi instantia, jam pridem exaratas et impressas animadversionib̄ Emi et Rndm̄i Dn̄i Cardinalis Lambertini tunc Fidei Promotoris ac responsionib̄ ad eas per Postulatores datis, et nihil in illis âdicto Archiepiscopo Philippensi inventum fuerit, quod hujusmodi instantiæ obstare posset;

posset; officium et missam in honorem B. Seraphini prædicti pro die 12 octob. juxta petita, servatis tamen rubricis Breviarij, et missalis Romani, benigne indulsit, atq; concessit. Die 18 Mensis Julij 1729.

N. Cardinalis Coscia Pro-Præfectus.

L. S.

N. M. Tedeschi Archiepiscopus Apamenus S. Ritu. Congreg. Secretarius

Romæ M.DCCXXIX.

Ut autem hæ litteræ nræ Circulares oibus et Singulis pateant ac earum in unoquoq; Conventu notitia habeatur volumus et qm primum ad unius cujusq; manus Superioris devenerint, in plena Comunitate capitulariter congregata perlegantur, perlectæ in libro seorsivo ad hoc deputato describantur, et ad viciniorem Conventum juxta ordinem Cursoriæ à tergo Scriptæ, per fidelem nuntium ad non per obviam occasionem transmittantur. Valete Patres ac Fres in visceribus Jesu Xti Dilectissimi, Nostriq; in vris non immemores orationibus. Dabantur in Conventu nro Grodicensi ad Sm Nomen Jesu die 19 Mensis 7bris 1729 Ao

L. S.

Idemqui Supra
Minister Prolis
mpp.

Fr RAPHAEL ZGORZELSKI
Ordinis Minorum S. P. N. Francisci Regularis Observantiæ Sacræ Theolog. Lector Jubilatus. Prædicator Generalis. Almæ Provinciæ majoris Poloniæ S. Mariæ angelorum
MINISTER PROVINCIALIS ET SERVUS
Dilectis Nobis in Christo adm Rndis, adm Vndis Multum Vndis Venerandis Cæterisq; Patribus ac Fratribus.
Salutem in Domino Sempiternam

Encyclicas litteras quas in intimatione suæ electionis Rndissimus Pr
Comissarius generalis Franciscus â S. Severino Superior Colendissimus
appromiserat brevi nos accepturos, hisce diebus recepimus, in quibus
faciens primordia gubernij sui, loquitur nobis nonnulla præcepta, juxta
quæ vitam nrã Religiosam tenemur regulare. Auscultemus itaq; attente
Prres ac Frres Dilectissimi, tanqm filij Pris disciplinam, et quidquid
gratioso sermone oris sui per modum præceptorum proponit apertis
auribus et cordibus ea excipiamus, ac opere efficaciter compleamus.
Harum autem literarum tenor sequitur.

Fr Franciscus â S. Severino
Ordinis minorum Strictioris observantiæ S. P. N. Francisci
Lector Emeritus Concionator Clarissimus. Sac. Cong. Rituum Consultor
Et in hac Cismontana Familia observantium Refformatorum, et Excalceatorum
Commissarius Generalis et Servus.

Dilectis nobis plurimum in Christo Patribus ac Fratribus Superio-
ribus ac Subditis ejusdem Cismontanæ Familiæ Salutem.

Ad gubernium hujus Cismontanæ Familiæ, Deo ita absq; nris meritis
disponente selecti, eius imperscrutabilia judicia veneramur, ejusdem
indulgentiæ gratias impendimus, quod tenera quadam et peculiari
dilectione erga oes curæ nræ subjectos viscera nra inflamaverit, atq;
pectus nrum constanti zelo adversus vitia muniverit: ita ut nec ab
amore possint, sibi promittere veniam delicta, nec ob rigorem correcti-
onis, vel poenæ timendum sit â delinquentibus, ne nra frigescat bene-
volentia.

Paternam Charitatem nrã non tantum hisce verbis explicamus sed eam
multis probabimus operibus, qndo vos solandi et fovendi congrua se
præbebit occasio. Et econverso justitiæ asperitatem experientur ij, qui
â recta regulæ nræ ac Apostolicarum et ordinis constitutionum via
flectentes, animabus proprijs atq; Seraphico decori vulnera lætalia
infigere non erubescent.

Verum amore potius, qm rigore uti cupientes, hortamur ꝺos, ut qꝺ vo-
verunt, reꝺant; qꝺ Deo placeat, amplectant: qꝺ vitiosum est, o-
vellant: et Seraphici Pris digni filij effecti, ad ꝺternam felicitatem
operibus ac virtutibus, et per mundi no⁹ loc⁹ tendant.

Hinc tantum iter aggressos Scopuli alli retardent. Paupertatis Seraphicæ
altissimam nuditatem comendamus, et qꝺ circa eam Rmus Pr et Emines-
tissimus D. Cardinalis Cozza mandavit nempe ne admittant bona stabilia,
vel immobilia vel census, nec reditus fixi: ne accipiant legata perpetua
sine prævia protestatione, nec absq; ꝺa notitia, nec fiant expensæ in u-
tilib⁹, nec contrectent pecunia, et cætera hujusmodi nos præcepto nostro
confirmamus: jubemusq; ne quid fiat qꝺ paupertati Seraphicæ lꝺere possit.

Ad alia descendimus qꝺ ornamentum Religionis, animarum profectu,
et publicam utilitatem respiciunt.

In aliquibus cujuscunq; Provincia Conventib⁹ sint Lectores Grammaticæ
humanarum literarum, Philosophiæ ac Theologiæ. Nemo admittat ad
Philosophiam nisi sit bene edoctus Grammaticam nec ad Theologiam,
nisi sit in Philosophia sufficienter eruditus, nec ad legendum Philosophiæ
vel Theologiam deputet ullus absq; prævio concursu, in quo tam do-
ctrina qm morum honestas perpendantur.

In choro cantus Gregorianus adhibeat et officij B. V. Mariæ recitatio, ubi
introducta est continuet, ubi vero non est in usu, optamus ut introducat,
nostra interest, ut materna ubiq; laudetur, et in choro Seraphico
ꝺet gloria ei, qꝺ in cœlesti choro ab angelis glorificat.

Bullam Innocentianam de celebratione missarum observari omnino jub-
emus, et super eandem effugiat interpretatio, vel arbitrium cujuscunq;
Superioris, sed difficultates si qꝺ oriant ꝺscribant nobis, vel R^to Pa-
tri Commissario Generali curiæ, ut habeat per nos recursq; ad Sanctam
Sedem, cujus est sua explicare.

Diligant se invicem ꝺos, et nemo ꝺilectum proximo impingat, vero vel
scripto. Si quis autem in peccatum publicum vel publicatum lapsus fuerit,
puniat juxta gravitatem delicti et præscriptum Statutorum. Ad monem
in Domino et hortamur eosq; Patres Provinciales, Patresq; Definitores
ad temperandam misericordia, justitiam, ne asperitas aut nimia du-
ritas locum tyrannidem potius qm humanitatem reꝺucat.

Habitum Tertij ordinis caute concedant Prēs Superiores et non nisi illis, qui illum sint decenter delaturi, Evenit enim aliqndo, quod aliquis hoc habitu indutus servilibus curis se impliciet, ob victum comparandum, et aliquis ipse se induat ex eo quod aptior sit ad semper emendicandum, utriq; nobis Nobis dannum et dedecus inferunt, adeoq; hoc habitu non vestiendi.

Multa prudentis zelo disposita mandavit Prædecessor nr Rmus Pr Matthæus â Pareta et nos ea consumamus atq; ut observentur præcipimus nobisq; nnisi ob necessitatem scribatur et tunc ad ara coeli sed ad S. Franciscum ad ripam Epistolæ dirigantur.

In Reliquijs vigilent Superiores ut in ~~Ibus~~ Domibus et in Religiosis Regulæ puritas elucescat ut constitutiones apostolicæ et ordinis executioni mandentur, atq; ut in explanando Dei in excipiendis confessionibus in dovete psaltendo, ingraviter incedendo vbo tum exemplo sint populis utiles respective oēs Religiosi.

Fundantur duæ preces pro felici incolumitate SSmi D. Nri Papæ Benedicti XIII at eminentissimi Cardinalis consilij ordinis protectoris ac pro nobis qui has nras in oibus Conventibus publicari jubentes, Paternam vobis et singulis nræ Curæ Subjectis impertimur benedictionem, Datum ex Nro Conventu de ara Coeli die 8 octobr. 1729 Anno

Fr Franciscus â S. Severino
Commiss. Generalis

De mandato Paternitatis suæ
Fr Thomas â Cento
Sec. Generalis

(L.S.)

Acceptistis ergo hisce literis et in plena comunitate de more plectis, ac in seorsivo libero adhuc deputato descriptis volumus ac serio præcipimus Loco Superioribus ac in absentia Pribus vicarijs, ut has literas nras una cum Rubricellis quas in simul ordinamus ob majorem commoditatem et minus dispendium Conventuum qm citissime per Quæstionarios vel per alios fideles nuncios et non per obviam occasionem per postam particularem neper in curiam vel pmalas ordinationem in via

advicinorem conventum juxta cursoriam a tergo Scripta ordinent et expedient.

Valete Prēs ac Trēs in visceribus Jesu Xti Dilectissimi nostriq; in Vris non immemores orationibus. Dedimus in Conventu Nro Sprinbonensi ad templum pacis die 29 novembr. Ao 1729

Fr RAPHAEL ZGORZELSKI.

Ordinis Minorum S. P. N. Francisci Regul. Observ.

Sac. Theol. Lector Jubilatus Præd. Generalis

Almæ Provinciæ Majoris Poloniæ S. MARIÆ Angelorum

PP. MINISTER PROVINCIALIS.

et SERVUS.

Dilectis Nobis in Christo

Adm Rndis Adm Vndis Multum Vndis Cæterisq; Patribus ac Fratribus

Salutem in Domino Sempiternam

Splendidissima Excelsi grāa in oēs resplendens etiam inter Religiosas Seraphici Ordinis Umbras suam accendit lucem. Dum viros luce publica dignos invenit et præmiat, nempe merito clarissimos declarat. ac sub Cinericio vestitu latitantes, pellit in altum honoris honoris Scintillas. Non minus intenso ardore æstuat cor Beatissimi feliciter regnantis Benedicti Papæ XIII erga Seraphicam Religionem cujus splendori providendo veluti sol alter Seraphici est oculus mundi. Habet etenim respectum ad Ordinem Minorum ut illustret qm maxime. Seraphico ardentes amore lucernas non sinit latere sub modio. Hanc contemplamur lucem in Rdssmo P. Josepho Maria ab Ebora in Curia Romana Comissario Gnali quem licet reluctantem motu proprio literis suis Pontificijs ex Generalem Diffinitorem ac discretum perpetuum Totius ordinis nominavit instituit ad declaravit. Quod ut oibus Pribus ac Tribus innotescat præsentes authentica tum Ssmi Benedicti XIII tum Rndissimi Pris Comissarij Generalis Superioris nri Colendissimi proponimus literas Quarum tenor sequitur.

Fr Franciscus a S. Severino

Ordinis Minorum Strictioris Observantiæ S. P. N. Francisci

Lector

Lector Emeritus Sac Congregaõnis Rituũ Consultor, et in hac Cismontana Familia Commissarius Generalis et Servus

Dilectis Nobis plurimũ in Christo Superioribus ac Subditis Nrae Curae Subiectis Salutem in Dño Sempiternam.

Ea est Smi in Christo Pris Dni Nri Benedicti PP. XIII erga ordinem Nrũ vere paterna benignitas, ut nedum Seraphicae Familiae Nrae dignitati atq; compendio multam per se accessionem facere, verum etiã quos noverit peculiaribus erga eandem meritis conspicuos peculiaribus quoq; honoribus ac beneficijs exornare dignetur. Animo itaq; recogitans Rndissimũ P. F. Josephum Mariam ab Ebora in hac Romana Curia Cõmissariũ Gnalem cum in praecipuis Magistratibus ordinis, quos laudabiliter exhausit, tum occasione rerum difficillimarũ ac praesertim in novissimè peractis Apotheosibus nullis territum incomodis, Nullisq; laboribus fractum, per opportunam maximeq; utilem operam Seraphico Caetui universo exhibuisse ac dudum plerisq; Sacris Congregaõnibus in gradu, et officio consultoris ex usu Sedis aplicae addictum esse, eidemq; propterea aliquod suae beneficentiae testimonium referre cupiens, dedit ad nos Pontificias litteras cum motu proprio quo praefatum Rndissimũ P. F. Josephum Mariam Tonsecam ab Ebora quamvis reluctantem ex Gnlem Diffinitorem ac discretum perpetuum totius ordinis nominavit instituit ac declaravit, injungens Nobis ut easdem litteras ad executionem et effectum deduceremus et ab alijs Curae Nrae Subjectis exequi faceremus. Nos itaq; praemissâ pro ut moris est, in hoc Nro Aracolitano Conventu earundem litterarũ publicatione, Pontificiae menti plenius obsequi unaq; gratitudinem animi Vri erga Smũ Pontificem hoc novissimo dignationis suae monumento excitare cupientes, memorati brevis tenorem ad Notitiam Vram deducimus, et harum serie promulgamus.

Dilectis Filijs Superioribus ac Subditis ordinis Frũm minorũ S. Francisci de observ. Nuncupatorum

Dilecti filij Salutem etc. Charitatis studium quo Seraphicam Vram Familiam iam inde ab adolescente aetate prosecuti sumus impositae nobis plane imerentibus aplicae Solicitudinis accessio vehementer adauxit atq; ad incrementa Vri honoris et dignitatis ita excitavit, ut nil gratius Nobis accideret, quam ut praeclaram, paternamq; voluntatem ordini Vro ubi se opportunitas dedit, quam testatissimam faceremus. Quoniam autem officio quod propensi animi benignitas postulavit, tam diligenter satisfacere curavimus, multo id studiosius et clarius explere

explore debeng ubi ad benignitatis stimulos, justitiæ rationes, debitæq;
remunerationis æquitas adiuncta est. Perspecta igitr habentes insignia me-
rita Dilecti filij Josephi Mariæ Fonsecæ de Ebora, quem Sacræ Theologiæ
Jubilatum Doctorem, jam antea Secretarium et Procuratore Filem totius ejusde
Ordinis atq; in ipsem Filem itidem in Romana Curia Comissarium Regularis
disciplinæ Zelus, atq; in arduis negotijs explicandis Fides, integritas et prudeñ
tia vobis mirifice commendarunt, committere debeng ut ergà illum de Familia ista
egregie merentem benficioñ Nrà testimonium declaret. Cum ipse tum inter gra-
vissimas pro suo ordine curas et ministeria, nullos detrectaverit labores pro hac
S. Sede vobis à nobis injunctos atq; in plurimis romanæ Curiæ Congregationib;
postremum vero Consistoriali, et Universalis inquisitionis, quarum Consultoribus
adscriptus est, strenuam fidelemq; operam probare pergat. Nos ad mercedem
virtutis ei tribuendam prostremo loco numeramus laudabiliter in primis
moderatione, qua idem Dilectus filius dignitatem Vicarij Filis vobis à nobis
oblatam suscipere recusavit, postq; bo. mem. Laurentium Cozza totius Ordinis
ministrum Filem in S. R. E. Cardinalem cooptavimg, quæ ab eo impetrata est, ut
ministrum Comissarij Filis Familiæ nunc subiret, ne inter observantes et
Reformatos animorum concordia discinderet, eodemq; pacis concilio inter
Cismontanam, et Ultramontanam Familiam observanda in proximo Filio
Capitulo ejusdem juribus cessisse acceptimg, quæ ipsi ad Filem ministerium sustragari
potuissent, quamq; dispensationibus et comendationibus nris sublata essent obti-
nendæ dignitatis impedimenta, studijq; sustragantium rationibus nris ob-
-cundatura consideret. Religiosæ quoq; modestiæ luculentum specimen no-
bis fuit, quod nos supplex rogaverit, ut munus Comissarij Filis in Curia,
Concordibus Capituli votis delatum abdicare sibi liceret, quod illi tum mi-
nimè dubitamus concedendum. Hæ sinde tam aliaq; nobis cum Nonnullis vene-
rabilibus Fratribus nris S. R. E. Cardinalibus, quibus ea examinanda comisimg
satis comperta meritorum momenta pensantes, et ad quoq; Familiæ nos
non Parisino in Xto Filio nro Carolo Romanorum Imperatori electo, cujus
ipse Theologus, et Consiliarij Ecclesiastici est, aliisq; Regibus et principibus
qui sua illum benevolentia et patrocinio dignantur rem gratam facere ca-
pientes, eundem Dilectum Filium Josephum Mariam Fonsecam de Ebora,
non ad ipsius, aut cujusq; alterius instantiam, sed motu proprio, ex certa sci-
entia et matura deliberatione nris, deq; Apostolicæ potestatis plenitudine Pa-
trem Definitorem et Discretum perpetuum totius Ordinis hui constituimg et
declaramg, cum loco immediato post Dilectum Filium hodiernum Generalem
ministrum

ministrum expleto eius officio et cum oibus et singulis honoribus, exemptionibus
Preminentijs, prærogativis, et titulis voce activa etiam et passiva in singulis provincijs
utriusque familiæ, et privilegijs, quibus alij totius ordinis Vri Pres perpetui
de jure, usu, consvetudine, privilegio, aut alias quomodolibet in præteritum
usifuerunt, vel in præsenti utuntur, potiuntur et gaudent, sive uti, potiri et
gaudere possunt, aut poterunt quomodolibet in futurum, ijsque ut pari modo
et absque ulla prorsus differentia uti, potiri et gaudere libere, et licite possit,
et valeat in oibus, et pro oia, ac si reipsa Ministri Gnlis Officio functus esset,
authoritate et tenore præfatis concedimus, et indulgemus, mandantes propte-
rea vobis in virtute Sanctæ Obedientiæ, ac sub privationis vocis activæ
et passivæ poenis, ut illum in Patrem Diffinitorem et Discretum perpetuum
hujusmodi juxta tenorem præsentium recipiatis et admittatis, illumque re-
cipi, admitti ac oibus et singulis Privilegijs Ex Generalium Vri ordinis, frui
et gaudere faciatis. Non obstantibus quibus Constitutionibus et Ordinatio-
nibus Apostolicis, nec non ordinis Vri etiam juramento roboratis, Statutis,
et consvetudinibus Privilegijs quoque, indultis et literis Apostolicis, cum qui-
busvis clausulis, et Decretis in Contrarium præmissorum quomodolibet concessis
et innovatis et præcipue Constitutione Nra quæ incipit: Universalis Eccæ Regimini
data Romæ 16 Novembris 1724 Quibus oibus et singulis, eorum oium et
singulorum tenores præsentibus pro plene et sufficienter expressis, et ad ver-
bum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, hac vice dun-
taxat specialiter et expresse derogamus, cæterisque contrarijs quibuscunque.
Decernentes easdem psentes literas firmas, validas, et efficaces existere et
fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere, nec sub qui-
busvis similium graarum, revocaonibus, modificaonibus, alijsque contrarijs dispo-
sitionibus per nos etiam, et successores Nros Romanos Pontifices pro tempore
existentes, motu simili et Consistorialiter etiam per clausulas generales vel
etiam speciales, nisi de psentibus et de psona memorati Josephi Mariæ par-
ticularis, expressa et individua mentio fiat, pro tempore factis et faciendis
comprehendi, sed semper ab illis exceptas ee, et fore volumus et declaramus.
Ac vobis Dilecti Filij apostolicam benedictionem pamanter imptimur.
Datum Romæ apud S. Petrum sub annulo Piscatoris die 3 Novembris 1729
Pontificatus Nri anno Sexto.

Carolus Archiepiscopus Emissenus.

Vestrum itaq; sit plaudatum Rmu P. F. Josephum Mariam ab Ebora uti Patrem ac Discretum ppetuum ordinis habere, ac recognoscere, eidemq; attribuere prærogativas oes, ac præeminentias quibus hujusmodi Patres, ac Discreti fui consveverunt.

Significatum est enim nobis per litteras particulares Romæ ex Ara coeli 21 Dec. Anni 1729 datas, qd ad instantiam Rmi Patris Josephi Maria ab Ebora Comissarij Generalis Curiæ iterum toti Seraphico Ordini novas contulit et confert Smus feliciter Regnans Gratias, ut quibus ex indulto Fel. Rec. Pauli tertij Papæ Fres laici in Conventu Aracoelitano manentes fruebantur, has ille ad oes oino psonas utriusq; Trium ordinum S. P. N. Francisci in claustris degentes et Rmo Pri Ministro Generali totius ordinis imediate subjectas amplavit, nempe qui coronam Beatissimæ Virginis Mariæ cum quinq; Pater et ave Maria ac totidem Gloria Patri ad mentem Beatissimi, ante Aram in qua asservatum Smum Eucharistiæ Sacramentum (vel si fuerint raonabiliter impeditæ) quocunq; in loco ante Imaginem Crucifixi aut Beatissimæ recitarent. Indulgentiam per modum Suffragij et â Purgatorij Poenis liberaone aæ obtinerent. Ne ergo tam insigni Suffragio aæ in Purgatorio existentes priventur de his indulgentijs Paternitates ac Charitates vras (recomendantes enixè hanc devotionem) quam primum Certiores facere duximus.

Volumus am ut hæ literæ Nræ qm primum ad manus Superiorum localium aut eorum Vicariorum pervenerint, statim in plena comunitate perlegantur, perlectæq; in libro ad hoc deputato describantur, ac ad viciniorem Conventum juxta Cursoriam â tergo scriptam per consultum Nuncium transmittantur. Valete in Dno Jesu Christo Pres ac Tres Dilectissimi Nostriq; in vris non immemores, oraonibus Datum in Conventu Nro Varsaviensi ad S. Annam.

Idem qui Supra
Minister Provincialis

Fr Raphael Zgorzelski

Ordinis minorum Regularis Observantiæ S. P. N. Francisci
S. Theologiæ lector Jubilatus Prædicator Generalis
Almæ Provinciæ Majoris Poloniæ S. Mariæ Angelorum
Minister Provincialis et Servus
Dilectis Nobis in Christo.
Adm Reverendis Adm venerandis Multum venerandis
cæterisq; Patribus et Fratribus
Salutem in Domino Sempiternam

Exceptioli Urbe ad orbem Polonum lugubrem adventicium Nuncium
n sine intimo totiq Familiæ Cismontanæ ac nro moerore Vris omnium
insinuare et intimare proponimus Cordibus qd Scilicet Rmus P. Franciscus
â S. Severino totius Cismontanæ Familiæ Comissariq Gnlis Superior nr
Colendissimq e medio nri die 22 Feb. Anni Currentis in Conventu Ara Cœli
tano sublatq sit, Et quem clementissima excelsi dextera num pri
mo in Supremo Regiminis apice collocavit, hunc invida mortis potentia
parcere nescia in ipso primo Regiminis currentis sui anni exordio
ad occasum protractura ultra et vivere et gubernare n sinens, ad Ulti
mum mortalittis induxit cursum. Quare hisce præsentibq nris litteris
Pattes et Charittes de obitu hujus Patris Superioris nri Colendissimi
certiores reddimq Animamq ejus consvetis Suffragijs ad præscriptum
Statutorum Gnlium et mandatum Rmi P. Matthæi â Pareta Ex-Mi
nistri Gnlis immediati et primi totius Ordinis Discreti recomendamq
cujus mandati tenor sequitur.

Fr Matthæus â Pareta
Ordinis minorum Regularis observantiæ S. Francisci
Lector Jubilatus Ex-Minister Gnlis et Primus
Discretus Ordinis.
Universis Religiosis Superioribq et subditis hujus Nræ Cismontanæ
Familiæ Salutem et Seraphicam Benedictionem.
Quod vix sine Uberrimis Lachrimis repetere possumq, id tristes
admodum et moerentes nunciare vobis p has literas cogimur. dolendam

rabiel marten Rmi P. Francisci à S. Severino hujus nrae Provinciae
nae Familiae Commissarij Gtis qui fere sui regiminis exordio plurimis
maximisq; prudentiâ justitiâ integritatis ac moderaminis monumento
comendato gravi morbo correptus post prolixos langores dyscrasiam
me tolerato die 22 Feb. currentis anni in sinu cujusvis pietatis, Re-
ligionis ac christianae charitatis signis. Sacro Sanctis Eccles. Mysteriis
munitus cum bonorum luctu diem clausit Supremum ingenti sui desi-
derio relicto. Hic autem ad memoriam Vram revocantes dolorem Nrum
in sinum Vrum effundere nitimur, ut ex communi moestitia Salamenali-
quod huic acerbo ictu quo vimus inopinato percussi quoquomodo gravem
nitj vero ambigere possumus quin vobis eo luctuosior contingere pos-
sit ostimi praesulis jactura quo illi gratiores se ibi acceptiorem prae bere
ei animi contentione adnitebatur. Sed ut amissi benignissimi Praesulis
laudes memorando acceptum ex tanta amissione vultus recreandescat.
praeterire virtutes ejus fas sit, et adea tantum animum adjicere quy
charitati Nrae et amori erga ipsum possimus consulere curando nimirum
ut ut de nostris ad Universa Familia ita justa faciat ac parentet. Pro
posterea in unoquoq; Conventu decantari Solemnes Missas actis
publice officia. Pro itidem ab unoquoq; Sacerdote celebrimissas
privatas. Pia à Clericis officia Defunctorum, à laicis vero Corona
dam Dominicam cum salutatione angelica quam primum recitari
mandamus. Etenim interim spem adducimur fore, ut defuncti vo-
bustam opem qua ordini vivens praestitit eam e coelesti statione segui
dedignet. Vobis q; ut modum imponam acerbissimo dolori qui animis
Vris tanti funeris nuncio creatus est opportunum solatij pignus
Seraphicam benedictionem amantissime impertimur. Valete. Datae
Romae ex Ara coeli 25 Feb. 1730 anno

Fr Matthaeus à Pareta
Ex minister Gtis et servus
Discretus Ordinis

L.S. Demandato Patr. sua Rma
Fr Thomas à Cento Diff. Gtis et Secret.

Auditis Pris ac Frs in visceribus Jesu Christi dilectissimi mandato
Rmi Pris illud adimplete quod oro et singulis recomendo.
Praesentibus ead. his Vris literis Notificamus Fratribus ac Sororibus Vris in-
dulgentiam plenariam perpetuam pro Festo immaculatae Virginis Mariae
totius Ordinis Singularissimae tutelaris et Patronae nuper die 12 Decembris

Anno 1729 â piæ memoriæ Benedicto XIII papa concessa et in forma brevis editam cujus tenor est.

Benedictus Papa XIII

Universis Christi fidelibus præsentes literas inspecturis Salutem et Apostolicam benedictionem.

Ad augendam fidelium Religionem et ãarum Salutem coelestibus Ecclesiæ Thesauris pia charitate intenti, ōibus et singulis utriusq; Sexus Fidelibus vere poenitentibus et confessis ac Sacra com̄unione refectis, qui aliqm̄ ex ecclesijs tam Trum ordinis minorum S. Francisci de observantia et Reformatorum nuncupatorum qm̄ moni alium dicti ordinis ubicunq; existentium die festo Conceptionis B. V. Mariæ Immaculatæ â primis vesperis usq; ad occasum solis hujus diei singulis annis devote visitaverint et ibi pro Christianorum Principum Concordia Hæresum extirpãone ac S. matris Eccæ exaltatione pias ad Deum preces effuderint. Plenariam ōium peccatorum suorum indulgentiam et remissionem misericordiam in dno concedimus, Præsentibus perpetuis temporibus valeturis. Volumus autem qd præsentiarum literis transumptis seu exemplis etiam impressis et manu alicujus notarij publici subscriptis et sigillo personæ in ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides adhibeatur quæ adhiberetur ipsis præsentibus si forent exhibitæ v ostensæ.

Datum Romæ apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris 12 Decemb. Año 1729 Pontificatus nri ão sexto.

Pro. D. Card. Oliverio

Ita est Carolus Romanus (L.S.) publicus Dei et apostolicæ fidei notarius grãa

C. Archiepiscopus Emissenus

Monemus autem locorum Superiores in eorumq; absenã vicarios ut hisce literis nris acceptis, eas de more in plena Comunitate perlegi et in libro seorsivo adhoc deputato describi faciant et ad viciniorem Conventum juxta Cursoriam â tergo Scriptam sine mora et procrastinãone remitti curent. Valete in visceribus Jesu Xti Dilectissimi Fres ac Tres

Nostrigi in vris n immemores orationibus dabantur in Conventu nro Vidaviensi die 31 Martij ao 1730

Idem qui supra
Minister Provincialis
mpp

Fr Raphael Zgorzelski

Ordinis Minorum S. P. N. Francisci Reg. Observ.
S. Theologiae Lector Jubilatus Praed. Generalis
Almae Provinciae Majoris Poloniae S. Mariae Angelorum
Minister Provincialis et Servus
Dilectis Nobis in Christo
Adm Rndis Adm Vndis, Multum Vndis, Caeterisque Patribus ac Fratribus
Salutem ab eo qui est vera Salus.

Coelestibus irrorata imbribus seraphica Religio nra necessat suos progerminare fructus, quos in filijs suis semp maturescere praenoverat. Recentissimum ipsis florescentibus Maij diebus excrescentem in supereminenti prospexit florem Rndissm Patrem Crescentium Krisper. qui sine crisi verum unanimis Rndissimorum ac Adm Rndorum de Corpore Vnrabilis Diffinitorij Generalis Patrum votis in commissarium Gnlem Asmontanae Familiae Superiorem nostrum Colendissimum est assumptus. Sumus sibi ex nne suo ominaturus, in re vero de nobis oibus sumpturus fructum, quem ut quisque nrum in integro Religiosae Observanae flore proferat. Hic mentem ejusdem Rndissimi Superioris nri Colendissimi una cum Encyclica litera apponimus, observarique ab oibus demandamus tenor autem harum hic est.

Fr. Crescentius Krisper
Ordinis minorum Strictioris Observantiæ S. P. N. Francisci
Lector Emeritus Scriptor Ordinis
Et in hac Cismontana Familia
Vice Comissarius Gnlis et Servus.

Universis et Singulis Superioribus et subditis Salutem et Seraphicam benedictionem
beant. Item cum in multis conventibus non decanta
tur Rithmus ad S. Antonium (nempe Si Ruæris miraculi)
pro felici successu futuræ Beatificationis B. Ladislai
adeoq serio præcipimus ut oportuno tempore semel de
die cantet.

8 Ex quo moderno sæculo supina irrepsit negligentia cir
ca hortos et pomaria in quibus sæpe oves, boves, equi, sues,
constituunt hortulani idcirco demandamus acerrimis sub
pœnis ut sollicitam curam gerant superiores, Patresq ac
Tres Clerici ac Laici qui per statuta provincialia n̄ exi
munt ad manuale exercitium compellant, et si quis renu
erit pœna gravi puniat.

9 Recommendat superioribus localibus ut ad adventum
sive ARP Commissarij sive ARP Mri Rlis pro qualibet visi
tatione communitas tota ad Ecclesiam conveniat, per si
gnum pulsus campanæ Refectorij ad ingressum am Ecclæ
incipiat Sr Cantor hymnum Te Deum laudet v Antiph: Salve
S. Sr quo finito superior localis aut aliquis ex digni
oribus porrigat aspersorium in ordine ad aspergendum o

omnes Fratres.

Obviando non solum proprietati sed etiam umbrae proprietatis statuimus ut in qualibet visitatione canonica habeamus repraesentatas res sive in scripto, sive easdem reales a PP omnibus cujuscunque gradus et conditionis et a fratribus quibuscunque quas habent in stabellis suis vel etiam alibi ut de illis possemus judicare quae sunt necessaria et quae superflua, si quis autem aliquid celaverit, sciat se incurrere in poenas proprietarij. 10

Quoniam magna dissonantia in cantu reperta sit ideo in conventibus in quibus fovent Novitiatus assignamus P. Magistrum Novit. ut instruat juvenes. In conventibus vero ubi st studia MVPP Lectores Ammarios, In caeteris vero conventibus PP vicarios cum adjuncto sibi aliq. Pre idoneo qui singulis diebus id quod cantandum publice per subsequens biduum vel triduum occurrat, decantari procurent. 11

Cum ad calamitatem temporum cessaverat in Provincia nostra studium 4tum Philosophicum, quibus impedimentis nunc sublatis cum consensu Rndissimi Commissarij Gnalis hocce studium renovamus quod locat in conventu Petricoviensi. 12

Post piae memoriae ARP Joannem Kaminski STL Provinciae Pre et Chronologum Provinciae ARP Stephanus Kaminski STL Predic Gnlis secundo Diffinitor actualis voluntati submittit se superiorum et hoc officium chronologi acceptavit quod in conventu Pschowensi ut ab antiquo fuit conservat. 13

Habito respectu circa egregia merita Prum in Provincia nostra laboriose operantium praemiandoq illa inprimis ARP Laurentio Posnaniensi Priae Pri per aggregaõ nõ ⊕ Item denuntiamus quod omnes PP Diffinitores tam actuales quam habituales (excludendo tamen diffinitores per aggregaõnem) gaudent titulo tantum modo Reverendi Pris omisso adjecto admodum ⊕ concessa est gratia ut post sera fata gaudeat suffragijs pro patribus Provinciae stricte dictis fieri solitis, quae gratia etiam praestita est ARP Joanni Lenze addendo insuper ei titulum ARP Provinciae per aggregat. 14

Recompensando labores Rndo Pri Apollinari Wisniewski condecorat eundem titulo Prædicatoris clarissimi cujus Concessionis tenor est insertus in actis Capitularibus Denuntiamus insuper vigore laborum suorum gaudere titulo prædicatoris Gnalis AVP Franciscum Karnkowski AVP Antonium Prevo AVP Mansvetum Grabowski AVP Georgium Szwark AVP Franciscum Human. Titulo vero Confessarij emeriti AVP Franciscum Elert AVP Florianum Pieknicki AVP Josephum Nisvand AVP Antonium Głogoviu AVP Laurentium Rochett.

15 Reddidit gratias debitas nne totius Provinciæ nostræ V. Diffinitorium ARP Commissario Gnali Visitatori Ignatio Orłowski pro laboribus hac in Provincia susceptis cui in vim gratitudinis post sera fata consueta suffragia suis antecessoribus indulta id est p 3 missas a singulis PP absolvendas, et a Fratribus Clericis 3 Def A Fratribus vo Laicis 300 Pr Nr ~~cum ave Mãa~~ cum missis cantatis assignavit Item regratificando benevolentiam Illmi Dni Caroli Opalinski Capitanei Ilæ Sremensi V Diffinitorium ordinavit ut post sera fata ejus quilibet Conventus unam missam cum vigilijs absolvere tenebitur.

16 Quoniam imminet intermedium Capitulum Gnale anno futuro 1732 in Conventu Aracœlitano Romæ celebrandum ideo providendo necessitatibus itinerantis Admodum Reverendi Patris Joannis Capistrani Szysiecki Diffinitoris Generalis actualis ordinamus taxam a singulis Conventibus subministrandam.

Pro Conventibus

Custodiæ Posnaniensis

Conventus Posnanensis hungaricos 4 Novensis 4
Vschovensis -- 1 Sieraloviensis 2
Cobilinensis -- 10 Svetensis - 3
Calisiensis - 2 Cosminensis 2
Reopoliensis - 2 Gorcensis - 5
Partenes - 5 Ostrzeszevi 2
Bidgostien - 5 Grodicensis 2
Casimirens - 2 Gołanecens 1

Pro Conventibus Custodiae Varsaviensis.

Varsaviensis -- 1 Vidaviensis -- 2
Thorunensis -- 4 Lancicienisis -- 1
Lovicensis -- 3 Ostrołęcensis - 2
Skępensis -- 4 Szpringbornensis -- 4
Lubaviensis -- 2 Cadinensis -- 4
Prasnensis - 2 Ratoviens - 1
Vatemburg -- 6 Cierniakovi -- 3
Złaczeviensis - 1 Praesid: Lobzyn - 1
Petricoviens: - 1 Strzegocinens: - 1
Vielunensis - 1

Denuntiamus suae vocationi rebelles fratres apo 17
Statas: Fr Alexius Volski ex Conv Skęp: annis Se
mi tribus. Fr Adrianus Nieznakowski ex Conv Ostro
łęcensi Semitribus annis. Fr Felicem Savicki ex Con
ventu Casimir: anno medio, Fr Georgius Posviatowski
ex Conv Rotopoliensi qui 2do apost anno medio. Fr
Angelus Podliszewski ex Conv. Cierniako quadrante
anni Fr Paschalis Męczynski qui 4ta vice aposta
tavit sed redyt ad Provinciam
6um per celebre Capitulum Gnale totius Ord Fratrum Min 18

Celebratum in vigilia Sacri festi Pentecost: anno 1729 4ta Junij in Conventu S. Angeli Mediolani obligat omnes ac singulos PP ad persolvendas missas, ideoq parendo Jussibus Superiorum secundum numerum et ordinem in Constitutionibus Gnalibus Conscriptum Mandamus omnibus ut absolvant ordine sequenti

1mo Pro Ssmo DN Clemente XII feliciter regnante PoM et pro-Rectore ordinis Nri Missæ 3

2do Pro omnibus Principibus Xtianis Ordnē nrū in Ditionibus suis tuentibus Missæ 3

3tio Pro excellentissima Ducissa de Naxera Missa 1

4to Pro felici statu nostræ Religionis Seraphicæ et apostolici ordinis Prædicatorum Missæ 2

5to Pro pace inter Principes Xtianos, extirpatione hæresum, fidei propagatione, victoria contra infideles et Ecclesiastici ordinis prosperitate Missæ 2

Ut autem hæc satisfactio celerius et commodius executioni demandet præcipimus omnibus loci superioribus ut p 4 septimanas inclusive solum per missas 4 ad intentionem conventus absolvendas scribant, reliquas vero offerant in satisfactionem hujus obligationis.

19 Satisfaciendo mandatis Rndissimi Pris Francisci a S. Severino Commissarij Gnalis Cismontanæ Familiæ qui demandavit recommendando P. Franciscum Sigismundum a Cuneo Reformatum Provinciæ D. Thomæ Apli alumnum oratorem ad Rndissimum Prem Gnalem. Idumq Gnale Capitulum Mediolani coactum hic orator suscepit continuationem Cosmographiæ ex voluntate Eminentissimi Cardinalis Cozza pro tunc Ministri Gnalis totius ordinis et ut hanc continuationem commodius perficeret, petit sibi dari Informationem ex singulis Provincijs Qua propter mandamus serio ut in singulis Conventibus PP prædicatores connotare faciant omnia juxta numerum punctorum et sic succincte connotata transmittant sine mora ad manus nostras Numerus autem punctorum exprimitur in sequenti authentico cujus tenor est talis:

Rndissimi S.

Rndissimis Patribus Ministro Generali Commissarys & vice Commissarys Gnalibus Ordinis utriusq Familiæ Cismontanæ & Ultromontanæ nec non Diffinitoribus Gnalibus in Capitulo Gnali Mediolani coacto Congregatis.

Fr Sigismundus a Cuneo Reformatus Provinciæ D. Thomæ Apostoli alumnus et ad vos Humillimus Orator.

Cum anno 1725 ab Eminentissimo Cardinali Cozza felicis mem Mro Gnali totiq ord merifissimo mihi per potentes suas literas concessa fuerit ordinis Cosmographicæ continuatio opus orbis Seraphici de institutione Provinciarum et Conventuum 2dum seriam a P Dominico Gubernatis ejusdem operis authore typis datam et a Capitulo Generali approbatam (cum Deo Dante) prosequi cupiens documenta a Provincys quatenus ea quæ in Archivo asservant aut sunt antiquata aut minus sufficientia humillime exposco juxta Methodum quam servari opurtunum duxi si benigne approbetur.

Brevi et compendiosa methodo notitiam exhibere satagent quod urbis, oppidi, pagi &c antiquitatem et fundationem an ibi sedeat Episcopus et cujus sit suffraganeus an ibi sint fortalicia castra arx &c vel ab antiquo fuerint cui dominio tam directo quam indirecto jure feudi subjaceant An in ea urbe oppido &c aliquid speciale v mirabile a natura v ab arte confectum intueatur et præcipue si ibidem floruerint viri sanctitate, literaturis et armis insignes.

Quia non omnia Brevia institutionum Conventuum et Provinciarum referunt a P Vadingo si in Archivis Provinciæ aut Conventuum asservant omnium transmittere exemplaria sicut si reperiunt Diplomata Regia Donationis;

Concessionis Situs aut protectionis pariq diligentia transmittere exemplaria quibus Fratribus et Ecclesijs specialia privilegia et exemptiones honoresq fuerunt impensa.

3 Si post Constitutiones Pauli 5ti et Gregorij 15ti sunt instituta Cœnobia cum solo Episcopi Consensu transmittere literas ejusdm Concessionis, testimoniales erectiones crucis, acta donationis Situs cæteraq quæ tam in ordine ad postulationem quam ad executionē exstant exhibita.

4 Cui Sancto titulari sit Ecclesia dicata sicut et cætera Sacella individualiter enarrando Sanctos quibus sunt inaugurata servato Sacellorū ordine si Ecclā fuerit consecrata a quo Episcopo? et quo tempore, si ibidem colunt Sanctorū corpora reliquiæ insignes et imagines alicujus excellentissimi Pictoris, tandemq oā quæ conferunt ad Ecclesiæ structurā pulchritudinem et elegantiā, an ibi humata jaceant cadavera Principū, Episcoporū, Religiosorū. aut virorū insigniū, si aliquæ familiæ sibi reservaverunt jus patronatūs aut fuerint insignitæ jure honoris Ecclesiæ v Sacelli, si fundatorem agnoscant omnia et singula specialiter notando.

5 Quot claustra habeat Conventus quot dormitoria, et quot Religiosi communiter degant de familia, an ibi exstet Studiū Philosophiæ aut Theol: si Studiū sit Gnale, si Domus Novitiatus, ibi vigeat a Sac Con deputata et in casu transmittere ejusdem decretū, an Conventus habeat Bibliothecā officinas hortos pomaria nemus et fontes exprimendo ambitū situs et clausuræ, et si hospitijs potiunt, quo loco et quo tempore fuerunt instituta referendo omnia acta Concessionū, sicuti si continuo inhabitant a Religiosis et in casu quot ibi degant?

6 Ea colere privilegia omnia indulta honores et prærogativas Provinciæ Conventuū et Religiosorū qui sanctitate martyrio doctrina et dignitatibus in ordine et Ecclesia

clarauerunt Referendo scilicet Cardinales Episcopos
Gnales ~~Provinciales~~ Procuratores Oratores Regū et
Pontificū Missionū institutores, Prefectos, Scriptores
et præcipue quō ad ipsos exponere opera quæ ab eis
dem fuerunt composita et deinde tradere omnia no
mina Custodū et Provincialiū qui provincias rexêre
sub hac methodo:

A R P N electg anno N præside A R P N provinci
am rexit usq ad annū N, et hanc methodū etiā ser
vare quō ad prefectos missionum.

Seriem referre omniū Confessariorū Regū et Princi- 7
pum Inquisitorū Consultorū Sacræ inquisitionis Theolo
gorū sive Episcoporū sive Principū sive electorū in ali
quo Concilio oecumenico aut Provinciali et quo ad o
mnes si possibile est describere annos quibus vixerunt.

~~remittere~~

Remittere exemplaria omniū sententiarū decretorū 8
Sac Congnis aut Episcoporū et Regū quæ favent aut
favere possunt bono Provinciæ aut Conventui etiā
si præter lites et controversias tantū respiciant di
gnitatem præcedentiā aut honoris.

Referre omnes Principes aut Personas insignes qui ha 9
bitū Religionis detulerunt aut sunt humati in no
stris Ecclesijs, aut Conventus erexerunt aut specialē
aliqua donatione et indulto Conventibus aut Religio
sis faverunt.

Referre et in nostris Ecclesijs vel alibi sub direction 10
tamen Ministrorū Provincialiū sunt instituta Con
fraternitates Chordigerorū et tertij ordinis et in la
cu quo loco et tempore fuerunt instituta.

Exprimere omnes Conventus eversos sive fuerint restituti 11
sive non exarando compendiosa methodo eorū historiā

Referre impressionē cujusang. sigilli provinciæ et Con 12
ventuū ejusdē formā et figuram.

Eadem servare in ordine ad singula Monasteria Pro 13
vincialium

et tandem exhibere omnia monumenta quae valent conduc-
re ad plenam historiam cujuslibet respective Conventus
et Provinciae praecipueq curare ex authenticis regestris
omnia depromere et omnium originalium ut supra trans-
mittere exemplaria quae magis necessaria ducunt.
Licet per biennium ex obedientia Commissionibus obstri-
ctus pauca potuerim perficere nihilominus Methodum ex-
hibeo 2dum quam opus coepi et ad perficiendam plenam
cujuscunq Provinciae et Conventus notitiam absolvere
incumbam, Caeterum si vigore novae Constitutionis Be-
nedicti XIII feliciter regnantis eligant ut de privile-
gijs legaliter scribam libenter exequar tantum mo-
do demissime ob materiae amplitudinem supplicant
praeter amanuenses impertiri favorem unius sal-
tem scribentis, s. Scriptoris.
Ab antecessore Tomus de Apostolicis et modernis missioni-
bus Sac Congr immediate subjectis in Archivio asservatur
absolutus Ut quia relatum habeo ejusdem Sac Congrti
intercessise approbationem nec causam scire potui quamq
sim certus diu elaborasse in aliquibus emendandis cun-
dem vestris sapientissimis sanctionibus subjicio et
tandem post oscula manuum vestrarum Deum Om exoro
ut vos pro magis magisq promovenda seraphica
nostra felicitate diu atq diutius incolumes efficiat
et me vestro dignum reddat obsequio Valete in Dno.
20 Ex Recommendatione Reverendissimi Patris
Josephi ab Ebora Commissarij Curiae ARS Rochum
Barnabi Romanum Typographum in residentem reim
primere et in lucem edere cum varijs additionibus O-
pera Patris Vadingi quae quomodo quando et quanti
comparari poterunt si quis ex superioribus procura-
re ad Conventum suum vellet Informatio hac in
litera sequenti patet

Rochi Bernabo

Rochi Bernabo Romani Typographi Eruditis Viris monitum

Annalium Seraphicorum P. Lucae Vadingi quibus (ut notum est) selecta multa ad universam historiam pertinentia servato Romanorum Pontificum et Imperatorum ordine chronologico continent usq adeo pauca supersunt exemplaria ut eorum inopia literalia Respublica jam laboret atq opus integrum in tomos 8 distributum inveniri vix possit aut certe magno 80 aureorum pretio emendum sit. Visum est itaq nobis novam ejusdem operis editionem ita adornare ut singulas additiones quas separatim ipse author ad multorum tomorum calcem rejecerat suis locis insereremus adjecto insuper suplemento P. Antonij Melissani quod Augustae Taurinorum editum fuit anno 1710 vitaq Vadingi qm P. Franciscus Harosdus composuit toti operi praefixa hujus vo laboris nostri authorem hortatoremq habuimus Rndissimum P. Josephum Mariam Tonsecam ab Ebora PP. Minorum de observantia Commissarium Gnalem in Curia Romana qui pro eximia in ordinem suum charitate omnes ingenij nervos intendit ut nostra hac editione Vadingus splendidiorem ad lucem reviviscat.

Opus hoc quod a pluribus mendis quibus Lugdunensis editio scatet expurgabimus in tomos 12 postae magnitudinis in folio distribuendum est nam quisq ~~105~~ 150 saltim folijs nec pauciorbus constabit.

Singulis annis 3 Tomos dabimus singulos 4 mensium spatio sic ut totum opus integro Quadriennio absolvamus.

In hoc opere adornando charta utemur exquisita characteribus autem recenter cussis iterumq post sex Tomorum editionem recentes adhibebimus, utriusq autem et chartae scilicet et characterum speciem habes in hoc

quod exhibemus amicæ invitationis folio.
Viris igitur eruditis nomen suum in Societatem dare volentibus commoda hæc legesq proponimus: singula operis volumina prstabunt illis 20 julijs Monetæ 24 Romanæ ut integrum opus stet nummis aureis Romanæ Monetæ 24 non prius aliquid solvere debebunt quam 1mum volumen editum sit, Qua vero occasione 1mum volumen accipient una cum hujus pretio solvent anticipato pretium 2di et sic deinceps recensentem accipientes tomum proxime sequentis solutionem dabunt. Ad manus autem Perillustris Dni Nicolai Ferretti habitantis juxta Archigimnasium Romanæ Sapientiæ deferet pecunia solventis impendio cujus pariter erit accipere singulos Tomos jam Typis editos quos hic Romæ dabimus exhibentibus Schedulam Societatis.
Conscribentur Sociorum nomina ab incunte futuro Majo adusq Majum sequentis anni 1732 qui per id tempus nomen suum in Societatem minime dederit sciat volumina sibi quæq julijs 25 ac fortasse 30 deinceps emenda esse
Quo autem tempore in prela incumbemus illud etiam curabimus ut doctissimi viri animadversiones criticæ in opus Sadingi quibus hic author ab quorumdam obtrectationibus vindicator ad manus nostras perveniant ijsdem typis edendæ ut in hac editione numeris omnibus absoluta nihil sit amplius eruditis viris desiderandum.
Demum quæcunq Nobis Sadingi continuator consequentium anhorum commentaria dabit in dies in alios subinde tomos distributa vulgabimus totumq opus 20 omino voluminibus Deo bono juvante complectemur.
Audistis PP ac FF in Christo dilectissimi

Quae vobis ex ordinationibus antecessorum nostrorum ac constitutionibus tam Gnalibus qua Provincialibus proposita sunt haec servate, voventes reddite et reddentes currite ut comprehendatis coronam gloriae quos paterno amplectando corde scribo

Valete in visceribus Jesu Christi Patres ac Fratres nostriq in vestris orationibus n inmemores

Datum in Conventu nro Posnaniensi ad S. Virg immac Conceptam d 12 July anno Dni 1731

Fr Nicolaus Barankiewicz
Mur Prlis mpp

Frater Nicolaus Barankiewicz

Ordinis Minorum S. P. N. Francisci Regularis Observantiae S. Theologiae Lector ac Praedicator Generalis Almae Provinciae Maioris Poloniae S. M. Angelorum Minister Provincialis & Servus Dilectis Nobis in Christo Salutem In Domino Seraphicam.

Cum titulo Summae Clementiae Summus Dominus noster Clemens,

Divina Providentia Papa XIII pro suo erga Seraphicum Ordinem amore specialem protectionem declarare dignatus est. Hic ad humiles preces totius Ordinis S. P. N. Francisci, Ministri Generalis Fr. Joannis de Soto Superiorum vigilantissimi, de thesauro gratiarum, pauperes animas ditat opibus, et illas veræ charitatis, ac gemmis virtutis ad æternæ felicitatis coronam retinendam pretium et valorem, ac Spiritus divitiis per septus breve Apostolicum de mense hinc quam primum devenerint ad manus Superiorum locales injungimus iisdem ut illas locis Ordinariis, vel eorum Vicariis præsentibus ab illisque approbari faciant, approbatas publicari curent, pro die suo tempori commodo, et illi Ordinario vel ejus Vicario assignato. Hoc breve Apostolicum brevi in tempore transmittemus per venturus, cumque ubi lustrationis quam citissime expediat, superioresque locales quam primum receperint, exercenda adimpleant, secundum informationem tenoris hujus.

Fr. CRESCENTIUS KRISPER
Ordinis Minorum Strictioris Observantiæ S. P. N. Francisci Lector emeritus
Ordinis Superior, et in hac Cismontana familia, Commissarius Generalis et Servus.

Dilectis nobis in Christo plurimum Patribus ac Fratribus, Superioribus et Subditis ejusdem familiæ

Salutem et Pacem in Domino.

Mandatis Reverendissimi Patris Ministri Generalis ea qua par est promptitudine obsequentes, ejusdemque in populum Seraphicam, vigilantiam pariter et propensionem, quam eundem, donis spiritualibus ditare cupiebat, enuntiantes, quoddam breve Apostolicum, in nos derivatum, ad vos hujus nostræ Cismontanæ familiæ filios separatim, ab hac Curia transmittimus, ut Christi fidelibus, per eos, ad quos pertinet publicetur.

Fr. JOANNES DE SOTO LECTOR JUBILATUS
Catholicæ Majestatis, pro Immaculatæ Conceptionis Regali Congressu, Theologus, Atque totius Ordinis S. P. N. FRANCISCI
MINISTER GENERALIS & SERVUS.

Dilectis nobis plurimum in Christo filiis, Observantibus, Reformatis, Recollectis, Excalceatis, Tertii Ordinis, vel alio quocunque nomine nuncupatis, sub uno capite militantibus, & etiam Secundi et Tertii Ordinis.

Salutem & Seraphicam Benevolentiam.

Notum omnibus vobis facimus, quod Sanctus Dnus Nr Clemens Divina Providentia Papa XIII, pro suo erga Seraphicum Patriarcham, Patrem Nrum S. Franciscum, ejusque Ordinem Amore, piissimus Protector, precibus nris, per Procuratorem Gralem Ordinis, porrectis dignatus est benigne annuere, Oraculo suo, Reverendissimo Patri Fratri Crescentio Krisper, hostris familiæ Ultramontanæ, Commissario Gnli facto, cum injuncto Mandato, ad hostium mittendi hujusmodi præfatum Oraculum, tenoris sequentis.

Vivæ vocis Oraculum Sanctissimi Dni Papæ Clementis XII Protectoris Ordinis FF. Minorum

S. Fran-

S. Francisci, Datum 27 Martii Anno 1735. In Audientia habita post Meridiem S. Martii
Michi Fescentio Crisper, Ordis Minm Strictioris Observ S. P. Francisci, per totam Cismontanam Familiam, Commissario Generali dicto Mandato, id idem P. Ministro Generali totius Ordinis pro tempore in ultra Montana Familia residenti communicet.

Cernebat itaq; Summus Dns Clemens XII rivod vocis Oraculo mihi supra dicto, fide credito quod ipse benignitate et Clementia sua tempore illius indulgentiis plenarie vigere brevis Apostolici sub die 20 Martii Anni 1735. ad Supplicationem F. Bernardi Menterdi Procuratoris Generalis FF. Minorum S. Francisci de Observantia Nuncupatorum, tam hic, qui ipsius tunc S. Joannis de Soto Ministri Generalis dicti Ordinis, nomine porrectam, emanati, cuilibet Ecclesie ejusdem Ordinis concesse Omnibus et singulis fratribus et sororibus, jurisdictioni prædicti Ministri Generalis subjectis, non tantum remittat pœnas, in quas per inobservantiam Bullæ, de largitione Munerum forsitan inciderant, verum etiam eosdem et seculares ipsos a restitutione, damnoque dicta illa, prædicte fuerint religionis supra dicta, per talem Bullam injuncta pro una vice clementer absolvat, hac tn servata modificatione, quod illi qui non sunt in statu restituendi, sint plenarie a restitutione absoluti, qui vero sunt in statu restituendi, saltem partem aliqm in signum, obligationis et obedientiæ, restituant. Ita est Fr Fescentius Crisper, Commissarius Generalis qui supra.

Nos attentes facultate ex hunc profluere omnes subditos nostros utriusq; sexus non tantum remittimus pœnas, in quas per inobedientiam Bullæ forsitan inciderunt de largitione Munerum, verum etiam a restitutione ipsa, eosdem et seculares recipientes absolvimus, ea tn conditione et lege, ut qui in statu restituendi non sunt, omnino liberi et absoluti maneant, qui vero sunt in statu restituendi, restituant saltem partem residuam.

Et cum tantis beneficiis collatis, a summo Dno Nro, aliqua ex parte gratum in Dno possumus, respondeamus injungimus et præcipimus, Omnibus superioribus Provincialibus, et localibus, ut indie lucra: tionis indulgentiæ, a Smo Dno Nro concessæ, Missa Conventualis in omnibus Conventibus applicetur pro ejusdem salute, et felici gubernio, et ad eundem finem post missam fiat processio claustralis. Ne autem nostræ literæ careant suo effectu, præcipimus Omnibus superioribus Provincialibus, ut in omnibus Conventibus tam FF. quam Monialium, publicent et de publicatione, nos certiores reddant.

Datum in hoc Nro Conventu, S. Francisci Civitatis Matritensis, die 19 Martii May. Ao 1735.

FR. JOANNES DE SOTO MINISTER GENERALIS.
De Mandato Suæ Reverendissimæ Paternitatis.
(Locus Sigilli.)
Fr Didacus de Spinosa Secretarius Generalis Ordinis

Pro Notificatis Unum Valde pernecessarium pro Munerum Nostri ratione, et conscientiarum pace subno: tandum duximus, videlicet, quod etsi annexum Apostolicum breve, ab hac nostra sequendum publicari debeat, hac tn Epistola nostra, et aliam Reverendissimi Patris Ministri Generalis Ordinis nostri confessarii duntaxat, pro eorum instructione uti possunt, quatenus in die Jubilæi, si quis ex Xsti fidelibus ad eosdem accedat qui super transgressionem Bullæ largitionis munerum confiteatur, pœnitentiis conscientia supra dictis, injunctionibus reguletur, hac tn lege, ut non omittat, imo optima reflexio fiat per eosdem confessarios supra exceptiones, seu casus expressos in hac largitionis Munerum ab authoribus moralibus, et claris, a moderatione Bullæ Urbani VIII, relata per extensum in libro, cui titulus, Familiæ Regularium, a Patre Josepho de Neapoli Congesto, cujus Bullæ initium: Super a congregatione: fol: 20 &c.

Superest ut grato animo memores, cujus particularis solicitudinis, et studii Seraphici a Reverendo Ministro nostro, procuraverit, eidem etiam debitum Censum solvamus, quare ipsius FF. ac FF. Gratiarum, et meritis peculiariter, sub hoc indulgentiarum tempore, impense commendamus, ut Deus Opt: eundem semper hospitem conservet, ejusq; populum suus Seraphicam feliciter gubernare concedat. Ne pariter hæ literæ nostræ, suo tam pretioso destituantur effectu, similiter omnibus superioribus Provincialibus præcipimus ut in omnibus Conventibus, tam FF. quam Monialium, eas publicari faciant, nosq; de earundem publicatione certiores reddant.

Clemens Papa XII

Universis Xsti fidelibus præsentes literas inspecturis, salutem et Apostolicam benedictionem. Ad augendam fidelium religionem, et animarum salutem, cœlestibus Ecclesiæ thesauris pia charitate intenti, ac supplicationibus dilecti filii Bernardi, Monterde, Procuratoris Gnrlis FF. Minorum S. Francisci de Observantia Nuncupatorum, tam suo, qm dilecti pariter filii, Joannis de Soto Ministri dicti Ordinis, nomine Nobis super hoc humiliter porrectis benigne inclinati, omnibus utriusqs sexus Xsti fidelibus, verè pœnitentibus et confessis, ac sacra communione refectis, qui missæ solemni in quacunqs Ecclesia, tam FF. qm Monialium, eidem Ministro Gnrli immediatè subjectorum, die per Ordinarios locorum, pretiam et communionem S. Sedis habentes, respectivè specificando celebrandæ interfuerint, et ibi pro Christianorum Principum concordia, hæresum extirpatione, ac S. Matris Ecclesiæ exaltatione, præsentibusqs necessitatibus, pias ad Deum preces effuderint, plenariam omnium peccatorum suorum indulgentiam, et remissionem misericorditer in Dno concedimus, præsentibus, pro hac una vice duntaxat valituris. Ut autem iidem FF. et Moniales, hujus pretiosissimi thesauri, participes fieri possint, quibusvis Præsbiteris dicti Ordinis Regularibus ad confessiones audiendas, a prælatis Ordinariis locorum approbatis, ut Fres et Moniales supradictos, eorum confessionibus diligenter auditis, ab omnibus, excommunicationis, suspensionis et aliis ecclesiasticis sententiis, et censuris, nec non ab omnibus, excessibus et delictis, quantumvis gravibus et enormibus, etm locorum Ordinariis, sive Nobis et Sedi Apostolicæ, etiam per literas, die Curiæ Dni legi solitas, aut alias quascunqs Nostras, et Rnorum Pontificum Prædecessorum Nostrorum constitutiones, quarum tenores, præsentibus haberi volumus pro expressis, quomodocunqs reservatis pœnitentia salutari, aliisqs, q injungenda fuerint, eis injunctis, in foro conscientiæ, et ea vice tm absolvere et liberare valeant, facultatem impertimur. Cæterum non intendimus per præsentes super aliqua irregularitate publica, v occulta nota, defectu, incapacitate s inhabilitate, quomodo contracta dispensare, v ultimam facultatem dispensandi tribuere, s habilitandi, et in pristinum statum restituendi, etm in foro conscientiæ, neqs etm easdem præsentes, iis, qui a Nobis et Apostolica Sede, v ab aliquo prælato, s Judice Ecclesiastico, excommunicati, suspensi et interdicti, seu alias in sententias et censuras incidisse, declarati v publice denuntiati fuerint, nisi prius satisfecerint, aut cum partibus concordaverint, ullo modo suffragari posse, aut debere; non obstantibus constitutionibus aut ordinationibus Apostolicis, præsertim illis quibus facultas absolvendi, in certis, ibidem expressis casibus, ita Romano Pontifici, pro tempore existenti, reservatur, ut ne quidem similis v dissimiles, indulgentiarum et facultatum, ejusmodi concessiones, nisi de illis expressa mentio aut specialis derogatio fiat, cuiqm suffragari qant, cæterisqs contrariis, quibuscunqs. Volumus itaqs ut præsentium literarum transumptis, seu exemptis, etm impressis, manu alicujus notarii publici subscriptis, et sigillo personæ, in Ecclesiastica dignitate constitutæ, munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, q adhiberetur ipsis præsentibus, si forent, exhibitæ vel ostensæ. Datum Romæ apud S. Mariæ Majorem sub Annulo Piscatoris die 20 Martii Anno. M.DCCXXXI Pontificatus nostri Anno primo.

Fr. Cardinalis Oliverius loco se Annul:

Extractum hunc, a suo Originali, in forma brevis, more Romanæ Curiæ expedito, mihi infra scripto Notario, Secretario Reverendæ Cameræ Apostolicæ in his Hispaniarum Regnis, ac Notario Majoris Regiæ Capellæ, Catholicæ Majestatis exhibito per Fr. Emmanuelem Dominiquez, in Matritensi Curia, Commissarium ac Procuratorem Gnrlem, Ordinis S. P. N. Francisci de

de Observantia, eidemq; develato, et cum eo fideliter Collationatum concordat, in quorum fidem praesens transumptum, licet in alieno signo et subscriptione, meis munivi, ac sigillo minori, R.dissimi Patris Ministri Generalis, ejusdem Ordinis Roborari, in hoc regali Conventu SPN. Francisci, supra dicta Curia Matritensis, die 30 Mensis Aprilis Anno D. 1731.

Locus ( ) Sigilli.

Ego Scripti Notarii Apostolici, in Tribunali Nunciaturae Apostolicae Hispaniarum residentes, fidem facimus et attestamur, supra dictum Vincentium de Castroverde, qui supra se subscripsit et subsignavit, fuisse et esse talem, qualem se facit notarium, secretarium, Reverendae Camerae Apostolicae, in his Hispaniarum Regnis, ac Notarium Majorem Regiae Capellae Catholicae Majestatis, authenticum et legalem instrumentis, cujus semper adhibitam fuisse, et de praesenti plenam adhiberi fidem, in judicio et extra in quorum fidem &c. Actum Matriti ut supra

Spiritualia recepistis dona, dilectissimi in Dno PP. ac FF. q non vili pretio aestimate, sed pretium vitae pretio addite, observando in puncto immediate pastoralem literam, aures vestras quibus punctis sunt erudite; quod paterna benedictio, Reverendissimi Commissarii Generalis Cismontanae Familiae Commissarii Curlis intendit, ac Pastoralis officii nostri sollicitudo, curaq; ac studium nos admonet, qua propter obtentam hanc benedictionem, omnibus PP. ac FF. communica, Superioribus localibus injungendo, ut expediendas cum obedientialibus, non retineant sed expediant ad Conventus sibi assignatos. Insuper denuntio, quod hac cum benedictione, incipio canonicam visitationem, in Conventu Lovicensi, a Signo Crucis Primatialis, cum qua in viam pacis ac prosperitatis, divino gressus in Majorem Poloniam, Varmiensem, Culmensem, Dioecesim, ac Masoviam pro Corona dirige relinquo.

Valete Amantissimi in Visceribus Jesu. Xpti PP. ac FF. nostrigs in Orationibus vestris non immemores. Datum in Conventu Nostro Leopolensi. Die 28. Augusti 1731.

Fr. Nicolaus Barankiewicz Minister Provincialis mpp.

FR. NICOLAUS BARANKIEWICZ
Ordinis Minorum S. Francisci Regulae Observ.
S. THEOLOGIAE LECTOR, PRAEDICATOR GENERALIS
Almae Provinciae Majoris Poloniae S. Mariae Angelorum
MINISTER PROVINCIALIS, & SERVUS
Dilectis Nobis in Xpto Admodum Revis, Revis, Admis et Multum Venerandis, Caeteris q Patribus ac Fratribus
Salutem in Domino Sempiternam

Primo nominis sui in ortu Sol Justitiae Jesus Serenissimum gratiarum invexit Meridiem Vobis Patres Adm. Rdi, Rdi, Adm. et Multum Rndi Caeteriq Vies et Fres. Serenissimi instar Solis Sumpsit exordium, et publicam vitae lucem, aspectui vestro commendat. Infantibus quidem canis more aliorum, parvulis corporis infantiam arctavit Lucina; Lumen ut resplendeat publicum infantiae vestrae et quem stricta solvit fascia, in libertatis et lucis nos restituit filios. Profu:

vium lacrymarum Vagientis Jesu non vos terreat ad solis ardorem, stillantes guttæ gemmæ excrescunt ad Coronam. Scaturientes ocelli rivuli sunt, unde tanquam de fontibus Salvatoris, nobis profluit benedictio, Coronæ Anni. Possidetis in Nomine Jesu Annum novum. (Non tempus in verbo diminuo) In anno novo, Aureus ab illo pendet Annulus, æternam Vobis PP. ac FF., qui desponsat fortunam, hanc fortunæ rotam, in Manibus descripsit Francisci, dum ad Manus stigmatisatus opposuit, quot vulnera tot ora, ad absolvendum plenariè omnes, utriusque sexus fideles verè pœnitentes, ut instrumentum inferius docet, quod tenentur Prædicatores publicè ex Ambona proclamare, in immediato festo, ante festum expressionis stigmatum S. P. FRANCISCI. prout concessæ sunt indulgentiæ plenariæ, hocce profesto cujus instrumenti tenor est talis

CLEMENS PAPA XII

Ad perpetuam rei memoriam

Cœlestium munerum thesauros, quorum dispensationem fidei nostræ credidit, Divina dignatione libenter erogamus, cum ad fovendam incitandamque fidelium devotionem, salubriter expedire in Dño arbitramur; Supplicationibus itaque Dilecti filii Josephi Mariæ ab Ebora, Commissarii Gnrlis, Curiæ Ordinis Frum Minorum S. Francisci de Observantia Nuncupatorum, etiam totius Ordinis Nomine, Nobis super hoc humiliter porrectis, favorabiliter assensum præbere cupientes, Omnibus utriusque sexus Xsti fidelibus, verè pœnitentibus et confessis, ac S. Communione refectis, qui aliquam ex Ecclesiis domorum, tam Frum, quam Monialium ubique existentium; Dilecto pariter filio Ministro Gnrli, ejusdem Ordinis immediate subjectorum, die festo Commemorationis impressionis, sacrorum stigmatum, quibus dictus S. Franciscus in Monte Alvernæ, redemptionis nostræ signis, Mirâ Dei gratiâ decoratus fuit, a primis vesperis usque ad occasum solis diei hujusmodi, singulis annis devote visitaverint, ibique pro Christianorum Prpum concordia, hæresum extirpatione, ac S. Mris Ecclesiæ exaltatione, pias ad Deum preces effuderint, plenariam omnium peccatorum suorum indulgentiam, et remissionem Misericorditer in Domino concedimus. Præsentibus perpetuis futuris temporibus valituris. Volumus autem ut præsentium litterarum transumptis, etiam impressis Manu Alicujus Notarii Publici subscriptis, et sigillo Alicujus personæ, in Ecclesiastica dignitate constitutæ Munis, eadem

prorsus fides adhibeatur, quae praesentibus adhiberet, si forent exhibitae vel ostensae. Datum Romae, apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris. Die trigesima Augusti Anno MDCCXXXI. Pontificatus Nostri Anno Secundo.

Fr. Cardinalis Oliverius.

Ex quo gratia Illustrissimi Excellentissimi Nuncii, nobis concessa, hanc verus communico Pater, juxta Dignitates et officia, distribuendo scilicet absolutionem, ab haeresi, cujus tenor est talis

Camillus Paulutius, Sacrosanctae Lateranensis Ecclesiae Canonicus, utriusque Signaturae Referendarius, Dei et Apostolicae Sedis gratia, Archiepiscopus Iconiensis, SSmi Dni Nostri, Domini Clementis, Divina Providentia Papae, ejus Nominis XII Praelatus Domesticus et assistens; Ejusdemque et S. Sedis Apostolicae, in Regno Poloniae, et Magno Ducatu Lituaniae, cum facultatibus de latere Legati, Nuncius.

Dilectis nobis in Xsto Rndis Patribus, Custodi et Guardiano, Adm Rdo Pri Diffinitori Gnli Provinciae, Provinciae Patri, ac Praedicatori Germanorum in Conventu Posnaniensi. Item in Conventu Costensi Guardiano et Praedicatori Ordinario. In Conventu Wschowensi Guardiano, et Adm Rdo Patri Provinciae. In Conventu Cobylinensi Guardiano et Lectori S. Theologiae Moralis. In Conventu Calissiensi Guardiano, et Lectori primario Philosophiae. In Conventu Rhotopoliensi Guardiano et Praedicatori Ordinario. In Conventu Varthensi Guardiano et Diffinitori Actuali. In Conventu Bygdostiensi Guardiano et Praedicatori Ordinario. In Conventu Casimiriensi Guardiano et Praedicatori Ordinario. In Conventu Novensi Guardiano et Diffinitori Actuali. In Conventu Sieracoviensi Guardiano et Praedicatori Ordinario. In Conventu Sieteensi Guardiano et Praedi Ordinario. In Conventu Cosminensi Guardiano et Diffinitori Actuali. In Conventu Gorcensi Guardiano et Provinciae Patri. In Conventu Ostrzeszeviensi Guardiano et Praedicatori Ordinario. In Conventu Grodicensi Guardiano et Admodum Reverendo Patri, Provinciae Patri. In Conventu Golanecensi Guardiano et Praedi Ordinario. In Conventu Custodiali Varsaviensi, Custodi et Guardiano ac Sacrae Theologiae Lectori Primario. In Conventu Thorunensi Guardiano ac Lectori Philosophiae Secundario. In Conventu Loviciensi Guardiano et Lectori Phil: Primario. In Conventu Skepensi Guardiano et Adm Rdo Patri Provinciae. In Conventu Lubaviensi Guardiano et Praedicatori Ordinario. In Conventu Pragnensi Guardiano et Adm Rdo Patri Provinciae. In Conventu Vathemburgensi Guardiano et Praedicatori Ordinario. In Conventu Zlaczeviensi Guardiano et Praedi Ordinario. In Conventu Petricoviensi Guardiano et Lectori Philosophiae Primario. In Conventu Lanciciensi Guardiano et Praedicatori Ordinario. In Conventu Vidaviensi Guardiano et Praedi Ordinario. In Conventu Ostrolecensi Guardiano et Praedi Ordinario. In Conventu Sprinborgnensi Guardiano et Adm Rdo Patri Provinciae. In Conventu Cadinensi Guardiano et Praedi Ordinario. In Conventu Rathoviensi Guardiano et Praedi Ordinario. In Conventu Czerniocoviensi Guardiano et Praedi Ordinario. Ordinis Minorum S. Francisci de Observantia, Provinciae Majoris Poloniae, Salutem in Dno Sempiternam. Petitio ex parte vestra Nobis humiliter porrecta continebat, quatenus ad Animarum Salutem ~~conse~~ procurandam, Haereticos et Schismaticos, absolvendi et recipiendi licentiam vobis dignaremur. Nos igitur, quibus imprimis cordi est, ut omnis haeretica pravitas e mentibus hominum tollatur, oresque aberrantes ad Aulam Dominici Gregis sedulo adducantur, quique summopere cupimus,

ut Sancta Catholica et Orthodoxa fides ubiq; floreat et augeat: Authoritate Apostolica qua hac in parte fungimur tenore præsentium vobis supra Scriptis, Nostris Fratribus de Observantia, de quorum pietate doctrina, Morum integritate, et Catholicæ Religionis Zelo plenam in Dño Confidimus, ut omnes et singulos utriusq; sexus, qui Margini in Adulta ætate fidem Catholicam fuerunt professi, nec fuerint ex locis, in quibus Sanctum officium exercet, hæreses abjurantes, et Schismaticos, ad vos sponte venientes, a supra Scriptis excessibus, et ab excommunicationis aliisq; Ecclesiasticis Sensuris quas propter hæreses et Schisma, ac errores hujusmodi quomodolibet incurrerint, humiliter absolvi petentes, dummodo corde sincero et fide non ficta, hæresim et Schisma ac errores hujusmodi, in Sacramentali confessione verbo detestati fuerint, Missam celebraverint, abjuraverint, abs; prædicto per vos juramento, quod talia deinceps non committent, nec committentibus, aut ipsis adhærentibus, auxilium vel favorem, ac consilium præstabunt, injuncta eis et eorum cuilibet pro modo culpæ pœnitentia salutari, et aliis injungendis, in foro Conscientiæ tantum (citra tamen ullam habilitationem vel dispensationem) a supra dictis excessibus et Censuris absolvere, et in gremium S. Matris Ecclesiæ, libere et licite recipere, et reconciliare possitis et valeatis, dummodo ad Confessiones audiendas ab Ordinario loci sitis approbati, licentiam et facultatem concedimus. Insuper vobis damus facultatem absolvendi a Casibus Sanctæ Sedi Apostolicæ reservatis, etiam in Bulla Cœnæ Dñi contentis, ita tamen, ut hac facultate quoad Casus in Bulla Cœnæ Dñi contentos, uti non possitis, nisi in iis locis, ubi impune sunt hæreses. Item omnes, et quascunq; damnatorum Authorum, seu alias quomodolibet prohibitos libros etiam in Indice Romano, librorum prohibitorum damnatos, ad effectum eos impune legendi, præter superstitiosa opera, Nicolai Machiavelli, Ludovici Marini, Carioli Molindi, Lucretii, Historiam Natalis-Alexandri, Historiam Ecclesiasticam ab initio Mundi Gallico ab Anonymo. Italicè a Leonardo Conturano editam. Historiam Civilem Regni Neapolitani, res historicas et criticas Hiacynthi Gerrii, Historiam Civilem Regni Neapolitani, dicti Giannone. Opera Constantini Grimaldi, et libros Hæreticorum in quibus ex professo Religio Catholica impugnatur, atq; libros de Astrologia Judiciaria, principaliter, et incidenter, seu alias quovis modo de ea tractantes, ita tamen ut libros hujusmodi secreto, et sub clave teneatis, ne ad aliorum manus devoniant, et dummodo ea Provinciis Regni Poloniæ, non efferant; tenendi et legendi, Non obstantibus præsentibus, ad duos annos duntaxat valituris. In quorum fidem &c. Datum Varsaviæ die 6 Mensis Decembris Anno Dñi 1731.

(✠) Archiepiscopus Ienensis Nuntius Apostolicus mpp.
Stephanus Szwarcynski Vice Cancellarius.

Antequam valedictione in ducam finem, præcipio superioribus localibus præsertim qui visitationem superioritatis peragent annum, ut omnes ad parrificinas pro Patrum ac fratrum vestimenta adhortationem referant, quod intestimoniis curabimus imperi Superiorum.

Secundo siquidem in Multis Conventibus præ negligentia, omittitur post horas Matutinales, nempe post tertiam Sanctæ Deus, et alias legentes devotiones, et dictis Miraculis, ideo licentio demandamus, Superioribus loci, quatenus attendant huic devotioni, et subditos ad præmissa legendum compellant.

Valete Patres ac Fres in Visceribus dilectissimi, et hæc q vobis apparuit gratia Salvatoris nostri Jesu Christi, in cordibus vestris Conservate, Meq; in precordiis fovete. Datum In Conventu Nostro Posnaniensi. Die 9. Januarii Anno 1732

Fr Nicolaus Waranckiewicz Min. Prlis mpp.

Fr. Nicolaus Barankiewicz

Ordinis Minorum S. P. N. Francisci Regul. Observ.
Sacrae Theologiae Lector, Praedicator Generalis.
Almae Provinciae Majoris Poloniae S. Mariae Angelorum
MINISTER PROVINCIALIS & Servus.

Dilectis nobis in Christo
Admodum Reverendis, Reverendis, Adm̄ et Multum
Venerandis, Caeterisque Patribus ac Fratribus.
Salutem in Domino Sempiternam

De Sub Cortina Septuagesimalis Scenae, ad aperio mentem Rdissimi Crescentii Crisper Ordinis Minorum Strictioris Observ. in hac familia Cismontana, Commissarii Gnrlis, qui de mandato Rndissimi, Joannis de Soto, Lectoris Jubilati, Catholicae Majestatis, in Regali Congressu, pro Immaculata Conceptione Theologi, et totius Ordinis S. P. N. Francisci, Ministri Grlis, Omnes jus habentes in esse Convocationi Gnrli, praesenti citat litera, cujus tenorem Auribus percipite Vestris.

Fr. Crescentius Crisper.
Ordinis Minorum Strictioris Observ. S. P. N. Francisci
Lector emeritus, Ordinis Scriptor, et in hac Familia Cismontana Commissarius Gnrlis & Servus.

Dilectis nobis plurimum in Christo, Patribus et Fratribus, Superioribus et Subditis ejusdem Familiae

Salutem et pacem in Domino.

Paterna jussa Rndissimi Patris Ministri Grlis, ad hos delata, ut ea vobis amantissimis, Patribus et Fratribus hujus Cismontanae Familiae filiis Annuntiemus, quid Aliud Ante Oculos vestros ponere jubent, quam illud Sp. 18. Properans homo sine querela, deprecari pro populis, finem imposuit non necessitatem? Volens em̄ Rndissimus Pater Minister Grlis, vergente jam prope Modum, ad finem triennali hujus Cismontanae Familiae gubernio, de Alio ejusdem familiae Rectore, populo Suo prospicere, pariformiter Deum sine querela, deprecari jubet et finem imponit necessitati Nrae quae hucusque in gubernio Cismontano detinebamur. Opus igitur Alienum, et Nostrum Una in hoc folio, vestris exhibemus Conspectibus, opus alienum, ut, quod Nostrum esse non-

potuit saltem Authoris sui efficatia, Mandato Rmi rum Rmi Ministri Gnalis in hac de
effectum, affectam tñ non Vobis parabimus Regnum, quo Vobis per qm, expeditam
Orificamus promptitudinem Nostram, dimittendi gubernium, cui Nos semp imparis judicuis
Ordinationem itaq ante dicti Rmi obsequii, percipite, q tenoris est sequentis.

FR. JOANNES DE JESU. Lector Jub, Catholicæ Majestatis in Regali Congressu pro im-
maculata Conceptione Theologus, ac totius Ordinis S. P. N. Francisci, Minister Gnalis et Servus

Universis et singulis dilectis Nobis in Xpo, Ultramontanæ Nræ Familiæ, Patribus et
Fratribus, Superioribus et Subditis, salutem et Seraphicam benedictionem.

Congregationem Gnralem intermediam, Nræ Ultramontanæ Familiæ, post triennium ab ultimo ca-
pitulo Gnali, decursum in primo imminentem, ac in Vigilia Pentecostes Anni 1732 die 27
Mensis May, in Roma et in Conventu Nro S. Mariæ de Aracœli, ad tenorem Apostolicarum et Gnalium
Nri Ordinis Constitutionum, aspirante Patre luminum, sub nostra assistentia et Patris dextia, vel etiam
delegati Nri, quando legitimo impedimento detenti simus Celebrandam Vobis omnibus per
præsentes Notam. facimus. Et prout Rotoralis Nri officiosa exigit, indicimus et publicamus
atq ad ejus, legitima et canonica celebrandi, electionem, præsertim Commissarii Gnalis
juxta percelebrem Unionis Bullam, harum serie et ad præscriptum Statuti Gnalis Roma-
ni de Anno 1670 Convocamus Fres Nros quibus jus, in ipsa Gnalis Congregatione
Suffragium ferre videlicet, Rdissimum Rem Commissarium Gnalem Familiæ, Rdissimos
Commissarium Gnalem Rem Gnalem, Romanæ Curiæ, Rdissimos Fres ex iis Commis-
sarios Gnales, Procuratores Nros Fres, Procuratorem Gnalem Reformatorum, Definito-
res Gnales Ordinis Nationum Italiæ et Germaniæ, et Aliarum integrantium
Nostram Ultramontanam Familiam, tam Observantes q Reformatos, præsentes
omnibus et singulis per S. Obedientiam et sub pœnis, in Constitutionibus Gnalibus contentis
quatenus opportuno tempore ad diem præfixam Vigiliam videlicet Ascensionis Dni cum Magi
ejusdem Capitulis Anni in præfato Nro domo, personaliter appareant, Nisi vera et realis
causa testimoniis fide dignis roborata et a Definitorio approbata, hujusmodi accessum
excuset impedietq. Vocalibus præterea hujusmodi Mandamus stricte, sub pœnis arbitrio
nostro infligendis, ut non nisi Unicum Socium duntaxat eorum quisq secum ducat, et
si expensæ aliæ in itinere, ex necessitate faciendæ sint, tertianum etiam deferre possint,
qui Syndici Apostolici vices gerat, et ipsius nomine expensas dictas inscribi faciat.
Superioresq omnes in Dño Moneamus, et pro Muneris Nri debito hortamur, ut eundes et re-
untes, cum exemplari Modestia religiosa compositione et gravitate Capitum incedant, sicut decet
Seraphicæ hujus Nri filios, S. humilitatis, altissimæq paupertatis professores, præcipientes
intuitu sub pœna Apostasiæ, ipso facto incurrenda aliisq arbitrariis, ne per fres supradictos
cum suis Socijs, et eos qbz a nobis aut delegato Nro concessa fuerit licentia specialis, nullo
sub quovis prætexta, aut quæsito colore, recedere ad præfatam Gnalem Congregationem, aut de hinc
effectum e propria provincia exire audeant v præsumant. Ministris aut Provincialibus et
Custodibus injungimus ut si quid dignum aut commendabile, v etiam necessario providendum
aut reformandum cognoverint, in prioris respectivis capitulis aut Custodiis, illud Definitoribus
Sui Nationis commendent, vel ad Patrem Congregationis transmittant. Denique ut
a Deo. Ter O. M. bonorum Omnium largitore actionum nostrarum directione, et felicem
negotiorum successum impetrare valeamus, his Nris Encyclicis literis accepti

& in singulis Provinciis fratres ultramontani Familiæ earumq; communitatibus solenniter promul-
gatis, preces ad Deum fervide et incessanter fundat. A Festa Paschatis Resurr. Dñi supra dicti anni
usq; ad diem electionis faciendæ, qualibet 5ta feria solennis non impedita, in singulis Conven-
tibus decanter Missa de Spū S. ac de eodem in privatis Missis a sacerdotibus collecta recitet.
In Choro post Matutinum, Vesperas et Missam Conventualem seu Majorem, dicat hymnus,
Veni Creator Spūs, cum antiphonis et oratione de Spū S. de Innocent. Conc. VS. M. Regnis.
et de Seraphico Pē Nō Francisco, ab octavione Asc. Dñi usq; ad dictum festum exclusive
Pentecostes, per ecclesias et claustra solennes fiant processiones, in quibus litaniæ Omn. SS.
cum precibus et orationibus decantent; in ipsaq; Vigilia Pentecostes Religiosi oēs peccata sua
devote confitentur, quos Pres Confessarii auctoritate Nra, ipsis per præsentes concessa, ab oib
Comitia universæ nostræ familiæ quæ Acteris dat. die 28 Novembris anni 1733 vobis denuntiavimus eaque diximus ob bellorum motus tunc, et de præsenti vigentes celebrari minime posse in vigilia festi Pentecosten anni proximi venturi 1735 animadvertens S.D.N. CLEMENS Divina Providentia Papa XII atque e re nostra futurum existimans hinc progressus differrem ea prærogavit ac differri voluit et mandavit; nec id superiores omnes alios officiales generales in eorum respective officijs ad suum et Sedis Apostolicæ beneplacitum confirmavit. Susceptam hanc anno à Beatissimo Domino nostro deliberationem vobis omnibus, sed potissimum quibus jus est ferendi suffragium in Capitulo Generali atque alia significandam ducimus, ut supremi Pastoris Ecclesiæ jussis obtemperantes animum vestrum solicitudinibus diligentissime levaremus. Salutem eo libentius ac jucundius peragamus quod videamus à Summo Pontifice, Nostro Clementissimo Protectore, Paterno charitatis quo Seraphicum ordinem semper est prosecutus, recens ac insigne testimonium ad modum hoc salutari consilio datum esse hujusmodi rebus compendio, et decori quantum licuit ut hac temporum asperitate opportune prospectum atque consultum. Ut vero mentem Sanctitatis suæ melius intelligatis, exemplum Brevis ex autentico fidelissime transcriptum hic subnectimus, prout sequit

CLEMENS PAPA XII

Ad futuram rei memoriam.

Cum sicut accepimus de rei capitulum Generale ordinis Fratrum Minorum S.P.N. Francisci de observantia et Reformatorum nuncupatorum quod juxta ipsius ordinis constitutiones et statuta auctoritate confirmata Apostolica in vigilia Pentecostes anni proximi venturi MDCCXXXV

celebrandum esset ab bella de presenti vigentia ac itineram inter eius locum ubi
brari possibile sit. Nos qui pro nostri Pastoralis officij debito cunctorum religiosorum statu
ac felici quibuscumque dilectiam et gremitati consulere teneamur motu proprio et ex
certa scientia ac matura deliberatione nostris deq; Apostolice potestatis plenitudine
celebrationem dicti Capituli Generalis qui sabbato immediate antecedenti festum
Pentecostes huius modo fieri deberet ut preferti ad nostrum et Sedis Apostolice beneplac
citum tenore presentium prorogamus ac differri volumus et mandamus nec non dilectis
filios omnes superiores aliosq; omnes officiales tam eorundem fratrum de observantia
quam Reformatorum dicti ordinis in locorum respective officijs cum omnibus et sing
gulis facultatibus, et auctoritatibus prerogativis, preeminentijs honoribus gratijs
et indultis, quibus hactenus eorundem officiorum ratione uti gratis et inconcusse et ga
visi sint ac uti et gaudere poluerunt ad hidem pariter benevolentiam concessimus
Non obstantibus Constitutionibus et ordinationibus Apostolicis ac dictis ordinis juram
merito confirmatione Apostolica vel quavis firmitate alia roboratis statutis et
consuetudinibus privilegijs quoq; indultis et literis Apostolicis in contrarium premissis
rum quomodolibet concessis confirmatis et innovatis. Quibus omnibus et singulis,
eorum tenores presentibus pro plene et sufficienter expressis ac de verbo ad verbum
inserdis haberis, illis alias in suo robore permansuris ad premissorum effectum hac
vice dumtaxat specialiter et expresse derogamus, cæterisq; contrarijs quibuscunq;
Volumus autem ut earundem presentium literarum transumptis seu exemplis etiam
impressis, manu alicujus notarij publici subscriptis et sigillo persone in Ecclesia di
gnitate constituta munitis, eadem prorsus fides in judicio, et extra habeatur, q; ac huberet
presentibus ipsis adhiberi, si forent exhibite vel ostense. Datum Rome apud Sanctam
Mariam Majorem sub annulo Piscatoris die 15 Septe: MDCCXXXIV Pontificatus
nostri anno V Frater Cardinalis Oliverius.

Loco + Sigilli

Non tristet autem cor vestrum Patres dilectissimi, neque formidet, quamvis nostris
felicter et ex voto minime succedere conspicialis adhuc tempora consilia accomo
dare debemus et placate sene, quemadmodum decet sapientes, quo magis amare deo, ut ita
re possumus. Adest et adest sponsa Sanctissimus Pontifex, qui sicut eam suo
suo benignissime Patrocinio hactenus complexus est, eandem ad suavem bonorum omnium
largitore hic fovere perget. Jubemus igit vos dolorem vestrum moderari, Deum ami
mo esse bene sperare et Deum Patrem Domini Nostri JESU CHRISTI Patrem
misericordiarum, et Deum totius consolationis enixe precari ut quem admodum nostris
rebus nostris quibusdam jucunda permiscuit proficiens Ecclesia sua in presenti
ordinis nostri statu qui ejusdem protectione fungi si dignatur et notum faciens cuncta
illo ipso Interprete sacramentum voluntatis sue, ita caveret, nos in omnibus
bulatione nostra, que comitijs nostris impedimento sunt, ac noxia cuncta prom
primum submoveat et omnia nobis pro futura concedat.
Et quia placuit Sanctitati sue tenuitatem nostram, nullis nostris suffragijs meri
tis, in officio confirmare presolitudine quorum genere desemus seraphici Gregorij
nobis comissi, vos in primis superiores vehementer hortamur et obsecramus, ut
omnes muneris vestri partes verbo et exemplo adimplere studeatis ac o
sente sape numero consideretis quod judicium durissimum nobis, qui presumus,
fiet, siquidem previgilare debemus quasi pro animabus nostre cure exercitis
reddituri. Universos autem Vos et singulos Fratres etiam atq; rogamus et obtestamur. Ut digne ambuletis in vocatione, qua vocati estis cum omni humilitate
et mansuetudine cum patientia subportantes invicem in Charitate solliciti ser
vare unitatem Spiritus in vinculo pacis: dientes malum, adherentes bono,
spiritu ferventes, Orationi instantes.

Postera crebras tudite preces pro corpite et felici conservatione
Sanctissimi Dni Nostri CLEMENTIS PAPE XII. Ut cum DEUS ad tot hig
Christiane Reipublice et Ordinis nostri bonum diutissime servet

et Fucatij pro Christianorum Principum unione, pace et concordia; pro Eminentissimo Domino Cardinali Vice-Protectore nostro et pro nobis etiam, qui vobis Seraphicam benedictionem amantissime impertimur.

Presentes Litteras ubicumque acceperint Provinciarum et Custodiarum Prelati publicari faciant in omnibus ~~[illegible]~~ et singulis Conventibus alijs exscribi et in archivis exemplar earundem collocari, de quibus superiores in Transmontana Familia existentes Reverendissimum P.P. Comissarium Generalem, Nos vero qui de hac Cismontanarum pertinent certiores ~~[illegible]~~ et DEUS faciat cum omnibus Vobis

Dat: in hoc nostro Seraphici P.N.S Francisci cum Matritensis Conventu hac die 19 Mensis Octobris 1734

LOCUS + Sigilli. Fr Joannes de Sct Mar Gnlis
De Mandato Paternitatis Suæ Rmæ
Fr Joannes Antonius de S Cruce
Reg: tit: Extravag: Secretarius Generalis Ordinis

Alias optime intelligitis PP ac FF dilectissimi ob intermissa co
missa Comitia ni adeo ineptos esse rerum nostrarum condicionem, qui negoti
tulari possimus, et bonorum omnium actori DEO gratias agere qd insubsidium
pusilli Gregis Pontificia protectionis summam auctoritatem hoc periculi
tempore destinaverit et Ordinis habenas apud talem voluerit esse virum,
qui virtute sapientia ceterisq optimi prasulis laudibus insigniter eminens
per petuo eisnus administratione videret. Nos quidem serio cogitantes in satis
virium in nobis esse ad ferendum onus humeris nostris impositum, q ipse
et multa alia sunt et innumeris alijs tum Sanctæ Sedis, tum Lusitanæ
aulæ cujus continuo devincta in majorem ordinis ~~[illegible]~~ utilitatem eorum studio
inlendi Sanctissimo Pontifici et Protectori amantissimo supplicare ni dubitavimg
ad Cismontanæ familiæ regimen in alium transferet, et gravitatem nostrem
gravi sarcina levaret, Veritatem aliter sentiens literas ut supra, dedit in forma
Brevis, Nosq una cum alijs superioribus et Officialibus eum ejsdem facultu
tibus Apostolicis, quas alias nobis confestim dignatus e, in officio confir
mavit. Neque vero spem abjecimus qua demum à Sanctitate sua Consilij
nostri rao probanda sit. Vos interim emissas preces Patri Luminum
fudite, ut quod magis exusu ordinis fuerit id ipsum contingat juvante
DEO et supplicibus filijs ejem ferente Seraphico Patre Nostro
cujus vobis benedictionem examino impartimur. Dat: Romæ ex
Araceli. Die 8 mensis Januarij 1735

Fr Josephus M. ab Ebora

Valete PP ac FF in Pro-comiss: Gnlis Principum Christianorum Negs non immemores

Dat: in Conventu Nostro Posnaniensi
Die 25 Maj Ao Dni 1735

Ita ego qui supra
Minister Provincialis

FR. IOANNES CAPISTRANUS SZYSIECKI

Ordinis Minorum Sancti Patris Nostri Francisci Reg: Obser

Ejusdem Ordinis Diffinitor Generalis

ac Almæ Provinciæ S. MARIÆ Angelorum Majoris Poloniæ

MINister PROVincialis et SERVUS

Dilectis Nobis in Christo

Adm Rndis Rndis Adm et Multum Venerandis Ceterisq Patribus ac Fratribus

Salutem in Domino

Quod sub auspicato Nomine Augustissimæ Poli Poloniarumq Reginæ ad Ædes Conventus Cosminensis; In Seraphico consiliorum Consensu felici coronavimus successu, hoc vestris ex aure cordibus inserimus. Adm Rdi Rdi Adm et Multum Venerandi Cæterisq PP ac FF in corde IESU dilecti; cordibus sancita Applicamus ubi amorem boni publici querimus. Hic enim Seraphicæ Religionis summus splendor e, paupertatis pretium, Sanctitatis Thesaurus, morum Speculum, ac speculi candor, Observantiæ legum fundamentum, in quo ut firmius ~~ra~~ robur habeatis, Tulera de conciliorum Æra eruta, punctuatim Stabilito et quidem

1o Dignum post suos Labores Scholasticos Laureo Laureatum Jubilaonis Laude à Rndissimo Patre Commissario ~~ab~~ Generali Josepho ~~ab~~ Maria ab Ebora promulgamus Adm Rdum Patrem Ladislaum Galbacki Sæ Thæ Lectorem Jubilatum ac Patrem Provinciæ

2do Ex quo aliqui abusus in Provincia nostra (ut Nobis patuit in visitaonibus Nostris Canonicis) irrepserunt contra antecessorum nostrorum Statuta. Ideo sub pœnis à nobis exequendis præcipimus Omnibus et singulis (cum in Omnibus literis præcipiatur Nobis desuper) comunem vitam, tam in choro de nocte ac die, quam Refectorio, non seorsive cum molestia superiorum localium et damnificaone conventuum, nisi cum infirmis, vere infirmis dispensando

3o Hierographa alias fudaones, inscriptiones ~~consum~~ consumpta vetustate, nec bene conservantur, à Superioribus Localibus renoventur in castris palatinatuum

4to Horologia in conventibus reparentur, Clepside desunt in Refectorijs et Choro procurentur à Superioribus

5to PP Guardiani n ingrediant questas alionum conventuum sine nostra expressa licentia nec provisores, imo precipimus ne multiplicent Procuratores Provisores quia plures extra conventum, pauciores ad Chorum

6to Confessiones n permittant Confessarios audire in ambitu et Sacristia, nisi Magnates Nobiles et surdos

7ma Pulsus ad horas juxta antiquam consuetudinem et Ordinationes ac Statuta conservet

8vo Nulla Compassio in Juventute Religiosa Mandamus ergo PP Magistris Novitiorum Lectoribus tam Sacre Theologie quam Philosophie. docere modestiam humilitatem Juventutem tam in lingua quam in gestu

9no Abusus tollat, inter Predicatores et Vicarios quorum; ne Predicatores qui n gaudent titulis Pen Venerandorum precedant Vicarios locales

10 Sartores premonemus ut capucia sint rotunda n cuspida, nec minus habitus oblongi usq ad terram. Tunicella de cordelata panno dent. PP ac fratribus (sabiliori) prior Guardianus Senes Debiles infirmos quem parcum de officiis Pamisicinarum Nostrarum omnino accipiant Superiores.

11 Sub penis amissionis vel[ocis] injungimus Abbatissis et alijs Monialibus ne ad ambitus superiores ubi manent Moniales admittant, seculares Consanguineas sive maritata sive devotissa nec permittant cohabitare. Item precipimus ut sine acceptione personarum sive illo sint ~~Monales~~ Nobiles sive Ignobiles Civissa modo sint corpore cum dote suscipiant ad S. Religionem

12 Compensando Vbile Diffinitorium gratias Perillustris Magnifici Domini Raphaelis Brinski subjudicis de Wallensis et Consortis ejus Moderna concessit post sera ~~facta~~ illorum suffragia Conventuum persolvenda ut pro alijs Benefactoribus eam pulsu campanarum et officio Defunctorum solemnissime peragenda Etiam premiavit Vbile diffinitorium. Merita et Labores tam in Predicando quam in officio Guardianatus; Concedendo Titulo Nom Vnor Patris Predicatoris Generalis.

Nom Vndm Prem Franciscum Clent
Nom Vndm Prem Hyacinthum [illegible] Swiętkiewicz
Adm Vndm Prem Antonium Sokolowski
Adm Vndm Pat. Norianum N. [illegible] Niczkowski
Adm Vdm Prem Ivonem Rausz
Titulo vero Confessarij Emonti
Nom Vnum Prem Casimirum Gtawinski
Ad Vdm Prem Joannem Capistranum Thomasium.

Sed tam hi quam alij sciant Nos habere Commissum à Venerabili Diffinitorio facultatem PP Guardianos transmutare deponere ~~pro~~ previo processu privari Titulis qui his abusi fuerint

Amoris gratia quo in Religionem Seraphicam Spirat Semper Sanctissimus Dominus Clemens XII feliciter regnans misit suum breve pro perpetuis Indulgentijs in renovatione Votorum Die 16 Mensis Aprilis, qua Die S. P. N. Franciscus de Assisio fundator Noster una cum sujs Socijs fecit Professionem. Cujus sequitur tenor

CLEMENS PAPA XII

Ad perpetuam rei memoriam.

Cum sicut dilectus Filius Josephus Maria ab Ebora Commissarius Gnlis Frum Ordinis Minorum S. Francisci de Observantia nuncupatorem Nobis nuper exponi fecit Ftres quorum cunque conventuum dicti Ordini Professionem Regularem die decima sexta Mensis Aprilis qua die S. Franciscus de Assijs ejusdem Ordinis fundator una cum sujs ~~Soci~~ Socijs Professionem hujusmodi in Manibus fel: recordationis Innocentij III Predecessoris nostri ut fertur emisit, quomodolibet singulis annis renovare consueverint, Nos ut opus tam pium Majori cum fructu fiat et ad augendam Eorundem Ftrum devotionem et animarum salutem Celestibus Celestibus Ecclesiae Thesauris pia Charitate intenti, Omnibus et singulis quorum cunque Conventuum ~~Ftrum~~ Fratribus Ordinis praefati praesentibus et futuris vere penitentibus et Confessis ac Sacra Comunione refectis, qui praedicta die decima sexta Mensis Aprilis professionem praefatam quomodolibet renovaverint, ut praefertur, ac pro Christianorum Principum Concordia haerosum extirpacione, ac S. Matris Ecclesiae Exaltatione pias ad Deum preces effunderint Plenariam Omnium peccatorum Suorum Indulgentiam et Remissionem misericorditer in Domino Concedimus. Praesentibus perpetuis futuris temporibus Valituris. Volumus autem ut earundem praesentium literarum transumptis seu Exemplis etiam etiam impressis Manu alicujus Notarij publici subscriptis et Sigillo Personae in Ecclesiastica dignitate Constitutae munitis, ~~Eadem~~ eadem prorsus fides adhibeatur, quae adhiberetur ipsis praesentibus, si forent adhibitae v Ostensae. Datum Romae apud S. Mariam Majorem sub annulo piscatoris die xxx Martij Ao D MDCCXXXV

~~Pont~~ Pontificatus Nostri anno Quinto

Fr Cardinalis Oliverius.

Testo Ego Infra scriptus praesentes concordare cum suo Originali Unde in fidem Fr Bonaventura à Vigilijs Romanae Curiae

Secretarius Generalis

Quae audistis de S. Observantia ~~manifesta~~ nunciata (~~mmpp~~ PP ac FF in Corde Jesu dicti dilecti haec observate et Deus Pacis erit vobiscum nunc valete in Visceribus Jesu Christi Nostri immemores cum altissimo datum in Conventu nostro Posnaniensi Ao Dni MDCCXXXV

Die 1m Augusti

FR. JOANNES CAPISTRANUS SZYSIECKI

Ordinis Minorum Sancti Patris Nostri Francisci Reg: Observ:
Ejusdem Ordinis Diffinitor Generalis.
ac Almæ Provinciæ S. MARIÆ Angelorum Majoris Poloniæ,
MINISTER, PROVINCIALIS et SERVUS.

DILECTIS NOBIS IN XSTO

Admodum Reverendis, Reverendis, Admodum Multumque
Venerandis Cæterisque Patribus ac Fratribus.

Salutem in eo qui est vera Salus.

Serpit ubiq; intemperata Marty malignitas, quæ Vitæ Viatorum hominū
blandè illudit ut lædat astutè; porryt quidem spem in herba futuram, sed
simul sub illa latentem angvem parturit cum flore vitæ apparentèr amicū;
Dies suos in Martios quodammodo cōmutavit campos, sed proch dolor? in qbus
non jam inimica Orbi justo strata= gemata decidunt in unum cumulum Capita;
verum amica Cælo Dysq; selectissima benemeritorū seges colligit in tumulū
fatali falce suppressa. Hæc ipsa Malignantis Marty tempestate, et violis
bonæ famæ odorem spirantibus, et rosis purpureis ultra crescere non permissū;
Ubi Reverendissimus Dominus Archiepiscopus Panormitanus Matthæus à
Pareta Militantis Ecclesiæ invictissimus Achilles, Religionis Seraphicæ
imarcescibile decus deciderit, è Vivis ad Lauream imortalis vitæ svaviter evo=
catus: Nec non Excellentissimus Dnus Dnus Cajetanus Csforza Fernādez
de Cabreva et Bobadilla Dux Cæsarinus Comes de Cinchon, Dux de Seni Mari,
et Civita nova Princeps de Garzanz Specialissimus Ordinis Nostri Benefactor,
tot purpurarum tinctus nitore mortali expalluerit Cupresso, è qbus pro
Primo juxta Mandatum Reverendissimi Patris Joannis à Soto, Ministri
Generalis Superioris Colendissimi ac Reverendissimi Patris Vice Comissary
Generalis Joañis Antony à Sancta Cruce præcipimus ut consueta pro ijs qui
Officio Generalatus functi sunt peragantur suffragia. Nempe; in Uno quiq;
Conventu tres Missæ Solennes cum officio Defunctorum, tum cantato in
Ecclesia tum privato in Refectorio persolvantur; Singuli pariter Sacerdo=
tes tres Missas tenent absolvere. Clerici tria officia Defunctorū, Laycy 300
Pater et Ave. Pro Secundo autem Singulis in Conventibus Solennis Missa cum
Officio defunctorū unius Nocturni peragat, Cæteri autem Patres ac Fratres
gratam coram Deo memoriam habeant ejusdem. Quia vero grassante
ubiq; morte qua mundo Morimur in Provinciam nostram deterior mors
irrepsit, quæ occidit animam, Paupertatemq; Sanctissimam, qua Deo

Vocanti nos ad Gloriam Vivimus, fæde enormiterq; interimit; Idcirco in Virtute Sanctæ obedientiæ strictissimè præcipimus ut hi noviter illapsi tollant abusus, ad quorum notitiam in certis Conventibus devenimus, videlicet usus pectoralium Vulgò Castanorum cum Capsulis ad latera assutis, sive eadem pectoralia sint de Cuti; alias Vulgò Losie, sive de alia etiam bubula, aut similis alterius speciei ac de quavis alia materia in institoria vendibili alias sciant se à nobis rigidissimè puniendos taliaque pectoralia irremissibiliter comburenda; ne Sanctissimæ paupertati amplius præjudicent, scandalumq; apud sæculares pariant. Insuper præcipimus locorum superioribus, ut pro Patribus ac Fratribus tunicellas ex panno Cordellato bene compacto comparent non Cilicia, præter illos quibus id statuta Provinciæ specialiter permittunt. Sartoribus attendant ne tam oblongos habitus terram usq; scopantes, Caputia rotunda non cuspida parent juxta præscriptum statutorum: singulis autem Patribus ac Fratribus serio invigilent, quod ipsum et nos perviscera Jesu rigidissime præcipimus, ut sanctam paupertatem quam Deo voverunt intaminate observent; non recurrendo ad Benefactores pro subsidio Elemosinæ pæcuniariæ nec extorqueant à superioribus extra ordinarias portiones sed comunem teneant vitam cum omnibus: et si hæc non observaverint! sciant se tum à Deo tum à nobis ut proprietarios, et Sanctæ Professioni recalcitrantes strictissime puniendos. Similiter rigide inhibemus sub pæna excomunicationis tam superioribus, quam alijs omnibus sub jurisdictione eorundem existentibus, ne videlicet amplius (: ut jam in aliquibus Conventibus compertum est :) audeant fæminas, aut permittant etiam sæcularibus intra Claustrum commorantibus quocunq; titulo sive intra ambitum inferiorem (: excepta sola Processione solenni :) sive ad alias Cellas in area Conventus exstractas, introducere cui statuto et Mandato nostro, sive directè sive indirectè renitentes sciant se pœnis in statutis taxatis, et nostro arbitrio taxandis, tanquam contumaces rigorose corrigendos. Insuper Mandamus in Virtute ejusdem Sanctæ obedientiæ omnibus superioribus localibus, quatenus ab Anno 1728. quo piæ memoriæ Admodum Reverendus Pater Joannes Kamienski Ex Minister Provincialis, Pater Provinciæ, ac Chronologus Vigilantissimus placidè in Domino obyt septima Jung usq; ad Annum 1737. diligenter curent describi ex Archivijs suorum Conventuum, omnia quæ peracta sunt in singulis Conventibus (: sub pœnis à nobis infligendis :) et ea nobis deferri pro Capitulo nostro futuro. Et ut sciant ea omnia punctuatim describere et Archivijs cujuslibet Conventus in posterum inserere apponimus sequentia puncta.

1mo. Abnegatio Hæresis, qui abnegavit Nomen Cognomen ꝛc ꝛc. Anno ꝛc assistentes seu testes N. N.

2do. Qui Mortui benefactores Nomen NB Cognomen NB. Anno ꝛc die ꝛc quod pro funere vel legato N.

3tio. Qui Patres vel fratres mortui quod Annis inservierunt Provinciæ bene-

meriti

benemeriti Guardiani Charitativi lectores laboriosi Prædicatores Exemplares, Diligentes Economi boni etc.

4to Quid Superior de novo ædificavit constat tantum, contractus talis, vel reparavit hoc etc. Constat tantum expensis benefactorum horum et horum qui tantū dederunt, sive Conventus Elemosyna.

5to Quæ auctio sive in Sacristia, sive in Ecclesia, sive in Bibliothæca sive in coquina sive etc tot libri et hi, tot albæ, Casulæ etc.

6to. Qui Casus (: Deus avertat :) Mali sive in Conventu sive extra Conventum in Civitate Combustio seu deflagratio, seu Militum invasio, aut depopulatio, oppressio, vel aliquis Casus horendus sive quid boni.

7mo. Coadunatio alicujus rei, alicujus fundi vel horti vel etc. gratiæ largitiones à Benefactoribus.

Valete in Visceribus Jesu Christi Patres ac Fratres Dilectissimi Nostri non im̄emores in Vestris Orationibꝰ.

Datum Posnaniæ 26 Martij 1736.

Idem qui supra Minister Prlis mpp.

Fr. JOANNES CAPISTRANUS SZYSIECKI

Ordinis Minorum Sancti Patris Nostri Francisci Reg: Observ: Ejusdem Ordinis Diffinitor Generalis ac Almæ Provinciæ S: Mariæ Angelorum Majoris Poloniæ, MINISTER PROVINCIALIS et Servus.

Dilectis nobis in Christo.

Admodum Reverendis. Admodum multum Venerandis, cæterisq; Patribus ac Fratribus.

Salutem in eo qui est vera Salus.

Post lætissimas intra tempus Paschale Paschatis ferias ferialis adest nuntius ab Urbe Orbis de facto Reverendissimi Patris Joannis de Soto Ministri Generalis Superioris Nostri Clementissimi ubi divino Affante Favonio auream legere decrevimus Messem, Mortales Prodigere Cupressi. Proch dolendum nec tamen delendū dolorem, qui dum in Seraphico polo immortalem fecit Gloriam, Ipse è mortalibus, ad im̄ortalia transmigravit, cujus inextinguibile lumen, sequens designat tenor

Reverendissimi Patris Comissarij Generalis Superioris Nostri Cismontanae Familiae aestimatissimi.

F. R. Joannes Antonius à Sancta Cruce.

Ordinis Minorum Regularis observantiae S. P. N. Francisci lector jubilatus et in hac Cismontana Familia tam observantium quam discalceatorum et Conceptionistarum Vice Comissarius Generalis et Servus Dilectis nobis plurimum in Christo Patribus, et fratribus, Superioribus ac Subditis supra dictae Familiae salutem, et pacem in Domino.

Quem dolorem conceperamus ex obitu Sapientissimi viri Matthaei à Pareta Parnomisani Archiepiscopi idem cepit in nobis vehementius recrudescere postea quam renuntiatum est Reverendissimum Patrem Joannem de Solo totius Ordinis Generalem Ministrum gravi morbo assumptum fuisse. In hoc verò tam acerbo vulnere, his tam dubijs, ac turbulentis temporibus accepto Neminem Vestrum putamus fore, qui afflictis Familiae rebus non ingemiscat, quique pro eo ac debet Parentis Optimi atque amantissimi mortem graviter molesteque non ferat. Sed hujus tamen infortunij levamen aliquod aut Solatium inde nobis petendum est, quod qui Nuntij de ejus morte venerunt ijdem ipsum et cum magna pietatis Christianae testificatione Defunctum esse et Matriti qua in Urbe decessit Die 14 Februarij egregiae cujusdam probitatis opinionem apud omnes omnino Cives reliquisse attulerunt ejusdem funus Civitatis universae concursu ac mirifico studio Celebratum confluente certatim multitudine Ordinumque Religiosorum hominibus ad osculandum Cadaver, quibus in officijs piè amanterque deferendis Virorum Principum ac Faeminarum cunctaeque adeò Nobilitatis primas partes fuisse: Nihil denique ac ijs praetermissum in eo funere quod ad comendandam posteritati memoriam praestantissimi Viri et ad eam quam animis hauserant virtutis aestimationem declarandam pertineret. Quam quam ergo Antistitis optimi desiderium longo tempore mitigari posse videtur, in hoc tamen una cogitatione conquiescere facile possumus: et mortis ab eo placidissime obitae recordatio hoc saltem nobis Solatium affert, quod magnam spem omnibus faciet, non tam illam mortem, quam migrationem ex mortalitate ad immortalitatem fuisse. Sed quamvis eum jam Caelo receptum sperandum sit, hoc nihil ominus curare in praesens et à Deo optimo maxime flagitare debemus, ut si forte paenarum aliquod et Samnum ipsi luendum supersit earum pro sua Clementia et leniat ardorem et tempus contrahat. Mandamus igitur ut in omnibus et singulis Caenobijs solenne Sacrificium defunctorum cum cantu pro ejus anima celebretur: unusquisque Sacerdos ter pro eo Sacrificium offerat Clericus defunctorum ter officium recitet, laicus ter centies Pater et Ave cujus rei Causa obedientiae meritum vobis adscribimus ac Seraphicam benedictionem peramenter impartimur.

P. P. Et R. R. V. V. Datum Romae ex Aracaelis Kalendis Aprilis 1736.

Concepistis intentissimum dolorem totius Ordinis et jacturam ex obitu Reverendissimi Patris Ministri Generalis Sucurrite Suis praecibus ac Suffragijs

pijsqꝫ Suffragijs pie Defuncto Nostrigꝫ non immemotis Sedimus in Conventu Nostro Posnaniensi 1 Junij 1756.

Idem qui supra Minister Provincialis

R. IOANNES CAPISTRANUS SZYSZECKI.

Ordinis Minorum Sancti Patris Nostri Francisci Reg: Observantiæ.
Eiusdem Ordinis Diffinitor Generalis,
ac Almæ Provinciæ S. Matiæ Angelorum Majoris Poloniæ,
Minister Provincialis et Servus.
Dilectis nobis in Christo.
Admodum Rndis, Rndis Adm et Multum Venerandis,
Cæteris qꝫ Patribus ac Fratribus.
Salutem in eo qui est vera Salus.

Accephalum nunquam Deus voluit habere regimen: Sed semper Capite coronatu, Empireum non absqꝫ Supremo Numine, Calum non Sine Solari Capite, Imperia, Regna, Principatus, Urbes, Civitates, et Opida, imo et minima Animalia, non Sine Rectore. Quidni Sacra Collegia: Sancta Congregationes non Sine Moderatore! Cæsit non pridem Caput Supremum Ordinis Nostri Seraphici Rndissimus Pr: Joannes de Sotto Minister Gnlis. At Seraphica Hierarchia non diu viduata Suo Pastore, Sed brevi intempore Electus Rndissimus Pater Joannes Bermejo pro Vicario Gnli totius Ordinis Seraphici. Cujus notificatorias Nobis, die Principum Ecclie Petri et Pauli Apostolatu, Encyclicas receptas, Singulis capitulariter Congregatis Omniu Conventuu Patribus ac Fratribus legendas tenonsstramus; quarum tenor Sequitur, Tam Rndissimi Patris Joannis Antonij à Sancta Cruce Vicomissarij Gnlis Nostræ Cismontanæ Familiæ Superioris Colendissimi, quam Reverendissimi Pris Joannis Bermei Nec Electi Vicary Gnlis Ordinis.

R. Joannes Antonius à Sancta Cruce.

Ordinis Minorum Regularis Observantiæ S. P. N. Francisci Lector Jubilatus et in hac Cismontana Familia tam Observantiu quam Discalceatorum et Conceptionistaru Vice: Comissarius Gnlis, et Servus.

Encyclicas litteras Rndissimi Patris Joannis Bermejo totius Nostri Ordinis Vicary Gnlis, in Generali Congregatione Matritensi, ad formam Apostolicarum Constitutionu Super Electi Sumi ad Vos, mandato ejus obtemperantes, per has Nostras Litigimus, gratulandam Vobis, in primis Arbitramur optimam Sumi Viri electionem, qui suffectus

in Locum

in locum Rndissimi Pris Joannis de Sotto Ministri Gnlis facto jam functi, ad Clavum totius Nostri Ordinis moderandum decessoris prudentiam doctrinam pietatem ac Religiosæ disciplinæ studium nè amplius desideremus sui Nominis laude perfecit; Deinde Monendos Vos ducimus, ut quæ illæ pro sua in Nostrum Comune decus ac bonum sollicitudine, ac eximia in defunctos Patres Nostros pietate, Vobis suis litteris mandat, ea Vos sedulo ac celeriter exequi studeatis. Litteræ autem ejus sunt sequentes.

Fr. Joannes Bermejo.

Lector Jubilatus, ac totius Ordinis Seraphici Patris Nostri Sancti Francisci, Vicarius Generalis et servus etc. Dilectis Nobis in Christo Universis et Singulis Superioribus et Subditis Nostræ Curæ Subjectis, salutem et plenam in Spiritu Sancto Consolationem.

Non sinè magno animi Nostri mæmore certiores omnes et singulos reddimus quia quod timebamus evenit: dum è vivis sublatus est Reverendissimus Amabilissimus, et Colendissimus Pr. Fr. Joañes de Soto, totius Ordinis S: P: N: Francisci Minister Gnlis. In eo siquidem Uno Religionis decor splendebat, et Monasticæ disciplinæ robur. Undè contigit quòd eo Nobis erepto, magno institutum Seraphicum expositum sit detrimento: Ploret Seraphica Nostra Familia tanta orbata Parente, qui forma factus gregis ex animo omnibus prælucebat exemplo, qui omnibus omnia factus omnes lucri faciebat, qui Charitate perfecta præditus, non sua, sed quæ Jesu Christi et Religionis erant, quærebat, qui ut bonus Pastor Animam pro ovibus posuit, et generosè lupo venienti ad mactandas Oves restitit, qui blandimentis præditus lenitatis omniū in se provocabat affectus, qui ut Atlas alter suppositis humeris, firmum est inalterabile tenuit Seraphicū Cælum, eo tempore (: quod est mirabilius :) quo mundus in maligno positus Sacrarum Familiarū æthera redebat infirma: et fixas stellas provocans ad arma, errantes faciebat. Verū et si Religionis planctus objacturam tanti Patris sit debitus, merito temperandū judicamus, dum sua sibi salva pie credimus, dum jam de sua sorte securus, de Nostra est salute sollicitus, dumq; jam nullo indigens, semper vivit ad interpellandū pro Nobis tanti Patris merita veneremur Viam sequamur, Virtutem imitemur, monita amplectamur, et quæ docuit, monuit, Egit, ordinavit, præcepit, semper præ oculis habeamus. Post mortem ergo tanti Patris, Divina providentia per quam anima in numero pondere, et mensura sunt disposita, factum est ut in Generali Congressu Die Septima mensis Aprilis currentis anni in Seraphici P: N: S: Francisci Conventu Matriti celebrato pro successore eligendo juxta formam constitutionū Nostrarū Generali Patrum Vocaliū Consensu, Unanimiq; suffragio in Generalē Vicariū totius Ordinis, licet meritis imparibus Canonice simus electi super tot Vasa electionis, super tot Fratres sapientia et virtute decoros, qui in diebus suis habentur in laudibus, et post mortem memoria Eorum in benedictione erit, ut inde magis ille honoretur, qui contemptibilia et ignobilia mundi, et ea quæ non sunt exaltat, ut non glorietur omnis caro in conspectu ejus: in cujus judiciorum profunditatem, et abyssū et investigabiles vias omnia refundimus, et de cujus virtute primatum inter fratres accepimus, non ut Cæcus cæco præstemus ducatū sed ut simus Vobis ductor per viam quæ ducit ad vitam: Oculus Cæco pes, claudo, Pater egeno, ut infirma vestra confirmemus,

disrupta

consolidemus, depravata convertamus, et verbum Vitæ in æternitatis Cibum Alendæ Seraphicæ familiæ dispendamus et denique ut simus omnium vestrū et pro vestra utilitate servus, quod ut melius efficiamus, id Præsulatus Nostri tempore præ oculis semper habebimus, ut observantia Regulæ in sua puritate et conservetur, et augeatur, ut factiones è Provincijs exterminentur, ut æquitas servetur, et justa distributio in muneribus, et officijs attendatur, ut vera pax et fraterna charitas firmetur inter eos, quibus una est via, unusque est propositus finis. Quod si secus contigerit, ob aliquorum proterviam gladio Ecclesiasticæ disciplinæ et remedijs legis superbia eorū, et inobedientia retundetur.

Verum, cum ex debito muneris Nostri Nobis incumbat diligenter curare, ut quam citiùs pro Anima Ipsius Rndissimi Patris præmemorati defuncti ea fiat à subditis Nostris suffragiorū, et præcū exhibitio, quæ constitutionibus Generalibus præscribitur. Tenore præsentium mandamus omnibus Prælatis, tam Provincialibus quam localibus Nostris subditis, onerando eorū desuper conscientias, ut (: qui non dum Eidem Reverendissimo Prædecessori Nostro persolverunt, debita sacrificia et suffragia :) illico, his visis persolvant, et ab omnibus subditis persolvi faciant; nimirum in hac Nostra Cismontana familia juxta formam statutorum Segoviensium, dicentur pro Anima Ejusdem, à quolibet sacerdote Missæ tres, à quolibet Clerico tria integra officia defunctorum, et à quolibet laico tercenties Pater Noster et Ave Maria. Et quia de Monialibus subditis Nostris nihil speciale prægata statuta Nostra disponūt, et æquum sit, quòd ipsæ aliquibus suffragijs pro Anima Ejusdem onerentur, etiam ipsis præcipimus, quod pro Anima ipsius Reverendissimi defuncti dicant tres Coronas Virginis, et duas stationes. In Utramontana vero Nostra familia in quolibet Conventu Nostro juxta præscriptū statutorū Romanorū Anni 1651. Celebrabitur una Missa solemnis, cum officio defunctorum, à quolibet item sacerdote dicentur duæ missæ, et à singulis Clericis, laicis et Monialibus Nostris tres Coronæ Beatæ Virginis, et duæ stationes.

Quia verò dum hæc debita charitatis Argumenta erga Reverendissimū Patrem Nostrum his Nostris litteris Vobis indicere meditabamur, præter expectationem accepimus ægre, Clarissimum alterum Religionis Nostræ decus, et lumen, Illustrissimum nempè, ac Reverendissimum Dominū Fratrem Matthæū à Bareta quondam totius Ordinis Nostri Ministrū Generalem et Patrē, exinde vero Panormitanæ Ecclesiæ Archiepiscopū Meritissimū, præclarissimarū Virtutū exemplar prudētiæ, doctrinæ, pietatis sijclus lucidissimū defecisse concepto dolorem cohibere, aut sermonem merito retexendū continere, non æquum duceremus nisi è sacris litteris, nec diutiùs flere, nec tam acerbis rebus ac tristibus imorari pluries edoceremur. Qua propter prohibitis ultra lachrimarū rivulis, quos de repercusso etiam lapide necessū foret excurrere ad præclariora juris et misericordiæ documenta, et Consilia convertimur. Mandamus itaque inhærentes statutis Mediolanensibus de Anno 1729, ut pro Anima pariter prædicti Illustrissimi ac Reverendissimi Archi Episcopi in Universo Ordine Nostro seu in utraque familia, singuli sacerdotes celebrent Unam Missam,

Singuli

singuli quoq; Conventus aliam solemnem cum Vigilijs Defunctorū, ac singuli Clerici, laici et Moniales dicant unā coronam Beatissimæ Virginis, et totam stationem. Ut autem pradicta sua sortiantur effectum, de plenitudine Nostræ potestatis applicamus ex nunc, tam pro Anima Ipsius Reverendissimi Patris Nostri Pradecessoris defuncti, quàm pro Anima pralaudati Illustrissimi ac Reverendissimi Domini Archiepiscopi, in singulis Conventibus totidem Missas, quod pragrata statuta prascribunt. Subditis omnibus Pralatis et Subditis Nostris, ut potè regimini Nostro subjectis facultate alias eas applicandi; concedentes insuper eisdem Subditis Nostris, ut ultimo die quo complebunt, hoc debitum suum, possint absolvi à quolibet Sacerdote, ab ordine Nostro approbato, ab omnibus peccatis et censuris, ad quæ potestas Nostra se extendit.

Ea autem quæ Reverendissimus Pr. Pradecessor Noster in litteris suis, vel aliter disposuit, decrevit, ordinavit, declaravit, concessit tanto pondere, et maturitate sunt disposita, decreta, declarata, ordinata, concessa, quod eis maximè Communis Religionis bonum promovetur et ex justitia exposcunt, quod firmitatis robur illis adjiciamus. Quapropter eadem omnia, et singula approbamus, confirmamus, innovamus, et tanquàm emanata à nobis haberi volumus, donec aliter à Nobis fuerit dispositum, vel circa aliqua particulariter provisum. Comprehendentes sub hac nostra dispositione Omnes Commissiones, Advisitandas regendas, et gubernandas Nationes aut Provincias sivè sit incepta sivè non, nec non Universas Institutiones et mandata juxta termines et formā dispositionis eorum. Quibus pro debito primitiarū Nostri muneris effectis, Vos hortamur Charissimi Filij, ut Memores sitis Vocationis vestræ, qua Deus Vos vocavit ad Celsitudinem vitæ Seraphicæ, ut non sitis parvuli fluctuantes, Circumferentes Vos omni vento malitiæ, et nequitiæ, sed sitis sinceri in nullo deficientes per bona opera certā reddentes Vestram Electionem, et vocationem, nihil hujus mundi ambigentes, sed omnem solicitudinem projicientes in Eum, quoniam ipsi cura est de Vobis, ut sic pax Dei quæ exuperat omnem sensum custodiat, Corda, et intelligentias Vestras, et non sint in Vobis schismata nec Satan, nec occursus malus Sacrificium q; Vestrum sit semper acceptum in conspectu suo: in quo rogamus Vos in Domino, ut memores nostri sitis, et in orationibus Vestris nos præsentes habeatis, ut Pietas Divina Nobis faveat et mittat ad Nos de Sede Magnitudinis Suæ Assistricem Sapientiam, ut Nobiscum sit, et Nobiscum laboret, Nos præveniat et sequatur et sic tandem optatus finis Nostri regiminis consequatur.

Volumus autem et expressè mandamus Omnibus Provinciarum et Custodiarum Nostrarum Pralatis, ut quam citius facient publicari, has nostras præsentes Litteras, in omnibus Conventibus, et locis suæ administrationis, coram tota Communitate capitulariter congregata. Guardianis verò et alijs superioribus locorum, ut earum transumptū in libro Conventus transcribat. Volumus autem sub pœna indignationis Nostræ, ut tam de publicatione, quàm de accepto transumpto, Nos, vel Reverendissimos Patres Vice-Commissarios Nostræ Ultramontanæ familiæ,

familiae, respective in forma probante, ut Nobis est, certiores efficiant. Datum in hoc Nostro Sancti Francisci Conventu Curiae Attrebatensis Die 17 Mensis Aprilis Anno Domini 1736.

Fr Joannes Bermejo
Vicarius Generalis mpa

L.S.

De Mandato Suae Paternitatis Reverendissimi
Fr. Bonagratia ab Alexandria
Secretarius Generalis Ordinis mpa

Vigilat Reverendissimi Patris Nostri voluntati, omnique possumus studio faciamus satis, si qui sunt ex Superioribus localibus, qui secundum praecedentium Nostrarum litterarum tenorem praedictis Defunctis justa de mota non fecerint, iis injungimus, ut Ocjus erga ipsos, illud pietatis debitum officium persolvant, quod ex Nostrarum legum praescripto sibi persolvendum esse non ignorant, illos non sine animi advertione latura, quos nunc in rem Reverendissimi Patris Nostri Studium, ac desiderium Nostrum negloxisse comperiemus Optamus autem ut in Domino Valeatis, Datum Romae Ex Aula Nostra die 5. Junij Anno 1736.

Fr. Joannes Antonius à S. Luce
Commissarius Generalis mpa

L.S. De mandato Suae Reverendissimae Paternitatis
Fr Antonius de Luca
Secretarius Generalis mpa

Valete in Visceribus Jesu Christi Patres ac Fratres Dilectissimi Nostri non immemores Apud Altissimum, Dedimus in Conventu Nostro Posnaniensi Die 2. Julij cum appositione Sigilli et Manus Nostrae Anno 1736.

Idem qui supra Minister

Fr Joannes Capistranus Szysiecki.

Ordinis Minorum S. P. N. Francisci Reg: observantiæ
Ejusdem Ordinis Diffinitor Generalis
Almæ Provinciæ S: Mariæ Angelorum Majoris Poloniæ
Minister Provincialis et Servus.

Dilectis Nobis in Christo.

Adm: Reverendis Rndis Adum et Multum Venerandis Patribus ac Fratribus in Visceribus Jesu Christi charissimis

Salutem in eo qui est vera Salus.

Gratia Dei et protectione Beatissimæ Virginis Mariæ hoc ferreo tempore et periculoso morbis infecto tertiæ Visitationis Nostræ Canonicæ parte lustrata vidi cuncta prospera circa fratres meos ubi obviaverunt nobis litteræ Paternæ Reverendissimorum Patrum quorum tenores sequuntur quos perlegendos Adm Rndis Rndis et Multum Venerandis Patribus ac fratribus communicamus.

Frater Joannes Antonius A Sancta Cruce.

Ordinis Minorum Regularis observantiæ S. P. N. Francisci Lector jubilatus et in hac Cismontana familia tam observantium quam discalceatorum et Conceptionistarum Vice comissarius Generalis et Servus.

Encyclicas litteras Reverendissimi Nostri Ministri Generalis quibus per Apostolicas litteras Sanctissimi D. N. Papæ Clementis duodecimi Nomine, titulo, ac jure Ministri Generalis totius Ordinis S. P. N. Francisci se donatum esse nobis denuntiat, ad vos de more diligentes, nostra erga illum filiali observantia monemur, ut dum conceptæ à nobis Lætitiæ de adepta ab eo dignitate Vos participes facimus, sedulo etiam hortemur ut saluberrima præcepta et monita ejus quibus studium suum in comune nostri Ordinis decus et uniuscujusque vestram salutem, comodum ac Religiosam vitam et disciplinam ijsdem litteris declarat omni animi contentione exequi studeatis. tenor autem Epistolarum ejus hujusmodi est.

Frater Joannes Bermejo.

Lector jubilatus Catholicæ Majestatis pro Imaculatæ Conceptionis Regali Congressu Theologus ac totius Ordinis S. P. N. Francisci Minister Generalis, et Servus etc. omnibus fratribus et Monialibus Prælatis ac Subditis Nostræ Curæ et jurisdictioni, ubique gentium comissis ac subjectis utramque Salutem in eo qui est vera Salus et plenam in Spiritu Sancto Consolationem.

Post importitam vobis S. P. N. Francisci Paternalem benedictionem et juxta ipsius monitum anunciatam pacem, notum etiam facimus, quod per Italiæ cursorem quasdam litteras in forma brevis à Sancto D. N. Clemente divina providentia Papa duodecimo num regnante ad nos directas accepimus cujus exterior inscriptio sic se habet Dilecto filio Joanni Bermejo Ordinis fratrum Minorum S. P. Francisci de observantia nuncupatorum Professori intus tamen ad litteram invenitur sequens tenor.

Clemens Papa 12.

Dilecte fili Salutem et Apostolicam benedictionem. Religionis Zelus, vitæ, ac illorum honestas aliaq laudabilia probitatis, et virtutum merita super quibus apud nos fide digno comendarijs testimonio nos inducunt, ut de specialibus favoribus et gratijs prosequimur. cū itaq sunt dilecti filij moderni Vice comissarius Generalis Cismontanæ familiæ ac discreti nec non officiales Curiæ tam Ordinis fratrum Minorum S. Francisci de observantia quam reformatorū respective Nuncupatorum nobis nuper exponi fecerunt, tu qui frater expressæ professus dicti ordinis de observantia existis per obitum quendam Joañis de Soto ultimi illius Ministri Generalis qui die 14. februarij proxime præteriti ab humanis decessit à dilectis pariter filijs compromissarijs Ordinis præfati in ultra montana familia juxta statuta Ordinis hujusmodi per sedem Apostolicam confirmatam in vicarium Generalem ipsius ordinis usq ad illius proximè futurū Capitulum generale rite et canonice electus fueris tu vero ratione vicariatus Generalis hujusmodi eadem authoritate, quia Minister Generalis ejusdem Ordinis pro tempore existens utitur pari modo utaris et ab eo nomine dum taxat differas ac ipsi exponentes plurimū expedire existiment, ut titulo pariter et denominatione Ministri Generalis hujusmodi decoreris Nos te præmissorum meritorum tuorum intuctu specialis favore gratiæ prosequi volentes ac tui eorumdemq exponentium singulares personas à quibusvis excomunicationis suspensionis et interdicti alijsq Ecclesiasticis sententijs censuris et pœnis à jure v ab homine quavis occasione vel causa latis si quibus quomodolibet innodatæ existunt ad effectū præsentium dum taxat consequendum, harū serie absolventes et absolutas fore censentes supplicationibus eorum nomine nobis super hoc humiliter porrectis inclinati tibi ut etiam titulo et denominatione, Ministri Generalis Ordinis præfati usq ad futurum Capitulum proxime Generale hujusmodi utifrui, et gaudere teq Ministrum Generalem in quibusvis litteris decretis alijsq scripturis inscribere libere et licite possis et valeas, nec non interea Minister Generalis ijsdem Ordinis in quibusvis actibus et functionibus tam publicis quam privatis haberi, et reputari debeas in omnibus et per omnia perinde, ac si in Ministrum Generalem Ordinis hujusmodi electus reperireris authoritate Apostolica tenore præsentium concedimus et indulgemus decernentes easdem presentes litteras firmas, validas et efficacis existere et fore, suosq plenarios et integros effectus sortiri et optinere ac tibi in omnibus et per omnia plenissime suffragari et ab omnibus et singulis ad quos spectat et spectabit in futurum inviolabiliter observari sicq in præmissis per quoscunq judices ordinarios et delegatos etiam causarum Palatij Apostolici Auditores judicari et definiri debere ac irritum et innane si secus super his à quoquam quavis authoritate scienter v ignoranter contingent attentari non obstantibus præmissis ac constitutionibus et ordinationibus Apostolicis ad quatenus opus sit dicti Ordinis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, et quavis firmitate alia roboratis statutis et consvetudinibus privilegijs quoq, indultis et litteris Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis confirmatis, et innovatis, quibus omnibus et singulis eorum tenores præsentibus pro plene et sufficienter expressis ac de verbo ad verbum insertes habentes illis alias in suo robore permansuris ad præmissorum effectū hac vice duntaxat specialiter et expresse derogamus. Ceterisq contrarijs quibuscunq

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Añulo piscatoris die 4. Maij 1736 Pontificatus nostri Anno 6. loco + sigilli Fr. Cardinalis Oliverius mp

quam SS. D. N. benignitatem et gratiam in concessione tituli Ministri Generalis recognoscentes, tanto amplius ad ea quae sunt muneris nostri sedulo adimplenda tenemur quanto amplioribus favoribus Apostolicis honoramur. In deque crescit in nobis debitum unde crescit et donum. Huic ergo tanto muneri satisfacientes hortamur vos et exhortamur in Domino Christo ut quemadmodum accepistis à Sanctis Patribus qui nos praecesserunt quimodo vos oportet ambulare et placere Deo sic et ambuletis et ambundetis magis vitam et mores componentes respicientes ad exempla Seraphici Patriarchae quotidie in Sanctis filijs renovatum.

1mo Memores igitur estote respicientes ad exemplar Seraphici Patriarchae quod vocati estis à mala vestra conversatione in qua aliquando fuistis non amplius ad eam redituri ne participes efficiamini dilecti ingrati populi ex aegipto vocati qui respuens in deserto alimenta Caelestia concupivit jam derelicta in aegipto terrestria hancigitur impietatem detestantes et quae retro sunt obstupescentes ad ea quae priora sunt vos extendite de virtute in virtutem ascendentes semper inhiantet perfectioni ad quam vocati estis. Quam faciliter assequimini si totis viribus in id intendatis ut regulam S. Patris Nostri Francisci exacte observetis non enim potest esse perfectio ubi est trangressio mandati Paterni quia cum quodlibet sit veluti fundamentum et talis spiritualis aedificij quod ex omnium observantia consurgit uno deficiente totum corruere aedificium necesse est. Nam superflua aut inutilis aestimanda est statutorum regularium disciplina et rigorosa observantia cum in ijs decor et speciositas Religionis consistat, tum qa sine eis conformis et invisa esset religiosa familia potius dicenda confusio quam ordinata congregatio praecipue autem quia sunt ante morale defendens murum spiritualis religio si aedificij cujus conservatio ita ab ante murale dependet quod dissipatur omnino si ante murale luget et patitur, qua propter omnes Praelatos monemus ut super horum omnium observantium maxime invigilent illucque tendat totus scopus regiminis eorum ubi omnia ad statum conducentia abunde videntur disposita et declarata. Nec opus est quod nobis et multiplicibus praeceptis illaqueant animas subditorum cum plenejam legibus tum Apostolicis, tum Religionis reperiantur praescripta pro perfectione et splendore religionis necessaria quod eo vel maxime necessarium putamus qa multiplicitas legum parit contemptum et dum subditus gravatur quantum patet transgressionibus aditus praeterquam quod ut in plurimum videtur quod superiores toto corde intenti observantiae stricte proprij mandati non curant de transgressione substantialis et comunis praecepti magnamque inordinatio non semel inspicitur dum eos proprijs eo cerebro mandatis contemptis comunibus magna deliberate factis intentos videmus. Inherentes autem his quae matura deliberatione in comitijs generalibus sancita sunt totus noster labor erit in observantia eorundem procuranda. Si enim hoc assequimur totum perfecisse putamus. Non omittemus autem hic rescindere aliqua exigente temporis malitia exprimenda qa ex transgressione comuni incurrit religio immensa damna.

2do Imprimis suademus et stricte praecipimus quod in omnibus provincijs et conventibus ubi non viget restauritur vita comunis in victu et vestitu ut in pusillis evidentur detractiones invidiae et quaerelae et in majoribus occlusae maneant januae tumori et fastui in omnibusque sit cor unum et anima una cum amor maximum accrementum accipiat ex similitudine exterioris habitus nec deinceps religio sit particularibus peculiaria permittantur peculia sed omnia in manibus syndici Apostolici tradantur ut ibi confusa maneant, cum reliquis conventus elemosinis ut ex ijs omnibus et particularibus necessitatibus à superiore locali provideatur, nec quovis praetextu licebit id relinquere dispositioni particularis fratris quia cum difficile sit experientia teste modum tenere, non debet subdito subministrari materia peccati sicut non licet ponere in manibus furiosi gladium quo abutatur relegenturque ab omnibus ea quae videntur superflua maxime pretiosa Animis curiosa ut pote nostro repugnantia statui scandalumque gignentia

inter saeculares, dum vident fratres professione pauperes uti ad luxum his quae abhorret
eorum professio nunquam tamen subditis denegentur necessaria respective ad eorum
personas et gradus cum aequum sit, ut his suppeditent justa quibus adimunt superflua
recordent tamen subditi qui egent paupertatis promissae quia juxta sententiam Divi Bona
venturae non possunt dici pauperes qui aliquo non egent, paucis est contenta natura pau-
cissimisque vita Apostolica non amplius permittens quam alimenta et quibus corpus te-
gat si ergo huisce vitae sectatores sumus reponere omnino debemus superflua pretiosa et
curiosa quibus potius deliciae fovent quam necessitas sublevet ex non servato hoc Pater
nali monito omnibus graves et onerosi sumus pluribusque dat gratia vagandi cursitandique
per domos turpis lucri gratia.

5. Deinde etiam monemus omnes Praelatos et subditos omnium Provinciarum ut quantum
in ipsis est totas vires adhibeant ad ~~schysmata dissentiones contentiones scandala quibus~~
exterminandum ex omnibus Provincijs et conventibus partialitates et factiones, ex quibus
oriuntur jurgia discordiae lites schysmata dissentiones contentiones scandala quibus fraternalis
charitas rumpitur pax perditur et justitia violatur quia dum quilibet quae suae factionis sunt
quaerens suas partes promovere studet quae Jesu Christi et justitiae sunt parvi pendit.
Hanc iniquitatem detestantes liberi ab omni humana affectione justum judicate judicium
sine acceptione personarum merita remunerantes distribuentes primo intenti communi religi
onis bono honores et onera et secundario virtutes praemiantes. Praecipue autem desideramus
quo ad officia curam animarum habentia hi dignantur qui digniores ceteris inveniuntur cum ad id
teneamur tum ex jure Divino tum ex prescripto sacrorum canonum referentium ingentia Damna ob
inobservantiam tam salutaris mandati quae procul dubio nobis imputabuntur ob male adminis
tratam justitiam si oves nobis contraditas iniquis pastoribus tradamus, attendant ergo qui
praesunt eos non esse dominos ut liberam sibi dispositionem in aliquo arrogent sed esse puros
ad minis tratores juri subordinatos a quo si deviant, justitiam committunt injuriamque religioni
faciunt, caveant etiam omnes fratres a dignitatibus et officijs ordinis procurandis cum
indignos ipsos reddat muneribus vel solus eorum appetitus et inclinatio non enim qui se com-
endat sed quem Deus comendat invenitur probatus nec qui sumit sibi honorem ille judicatur jus-
tus sed ille solum qui ut Aaron ad dignitatem a Deo vocatur maxime autem damnamus ambiti-
onem illorum qui medijs favoribus secularium aliquid in religione obtinere praesumunt, contra
quos omni juris severitate procidemus usque ad declarandos eos per statuta Apostolica
excommunicatos.

4. Insuper praecipimus quidsi quod fuerit in religione delictum nunquam saecularibus mani-
festetur et si quis inventus fuerit in hoc delinquens, sine miseratione tota poena legis pu-
niatur. Innumera enim damna ob hos maledictos fratres revelantes secreta non pendenda incurrit
religio ob quae juste timore debent maledictionem quam Patriarcha Noe pronuntiavit contra
Ham revelantem et non cooperientem oculta verenda Patris maxime autem id timere debent
pessimi illi religiosi qui suae professionis obliti v ob affectiones privatas vel ob ambitionem
ad tribunalia secularia contempto Religionis judicio recurrunt vel ut suas prosequuntur
praetensas injurias vel ut suos fratres titulo colorato justitiae persequuntur quia cum
ex talibus delationibus despecta deturbataque videatur Religio rei sunt tam immensi
mali meritoque ut sacrilegi ab omnibus reputari debent tum ex sacrorum Canonum

prescripto tum etiam ex legibus Civilibq atcentibq judices à taliū causatū cognitione ne rei efficiant Sacri violati indeq tales damnabiliores efficiunt quia ex proprio statu tenenti ad ea intra religionem occultanda. Attendite ergo charissimi quod Supremi Principes factis et legibus maxime cauerunt quod delicta religiosorum extra claustra non pandescent ne violaretq eorū honor et fama sint quibus inutiles efficiunt ad aliorū salutē ad quā procurandā sunt evocati. Si ergo ob talium fratrū querelas et delationes fama religionis proselitarū honorq; facta ram patit incausa sunt aliorū non consecute salutis et quod nomē Domini blasphemetur Cavete ergo filij à talibq delictis pattandis et si qui in vobis sunt qui in hoc aliquando deliquerunt resipiscant et condignam satisfactionē exhibeant Alioquin certi estote quod etsi religio ob majora evitanda mala injurias ad metā juris non vindicat habet pro se judicem nempe Deū cujus ità nec vivi nec defuncti effugere possunt

5to Suademus etiam quod etjam Paternaliter monemus ut radiatus evellat pernitiosus abusus scribendi gratulatorias litteras aliasq non concernentes res materias graves meritū nos referendas cū ex taliū scriptione præter consumptionē temporis alijs negotijs ex nostro munere debiti periclitet à nobis promissa pauperū elemosinarū debitabiles Summe in earū condition e solvenda insuper unit præcipue autē cas inter diuinas litteras nobis mittendas quæ vel ab authore non subscribant vel in eis suppressit dicitur auctor cum iste præter transgressionē paupertatis quā secū affert communē alijs inutilibq litteris fere semper inveniunt infamatorij libelli quibq denegat opinio bonorū et provincia ipsa infamant. Advertant ergo talia scribentes quod tantū abesse ab animo nostro eis ad hibere fidē, quod si quandoq auctor repertus fuerit ex decreto nostro luat pœnas infamatoris maligni ut autē recursus ad nos e provincijs faciendi debito ordine fiant ordinamus quod nisi aliud exigent materia omnes recursus fiant medio provinciarū interventu.

9. Deinceps miserationis solitæ non obliti compatimur his qui ignorant et errant præcipue autem illis qui in viā Cain abierint ut sunt infelices apostatæ qui à corpore religionis præcisi vagi et profugi super terrā huc illucq discurrunt semper timidi et pavidi quibus omnibus antequam profundū malū desperationis veniant, incidantq in barathrū ubi luant pœnas cū desertoribus angelis januas misericordiæ apetimus ut se reducant ad religionis gremium condonantes eis omnes pœnitentione et pestasia ex præscripto legū illis infligendas dumodo intra spatium mensiū se præsentent in proprijs Provincijs quibus elapsis nulli præsens suffragabit gratia licuti nec suffragari debet illis qui in confidentiā latarū litterarū post eas intimatas delinquunt qui nimo tam contra ipsos quā contra alios quoscanq qui desertores proprij status deinceps extiterint omni juris vigore procedemus

7mo Item hortamur omnes fratres qui sunt de stricteriore observantia quorū vita gestus tū accepta in populo Christiano videt ut maximo operæ curent bonum conservare nomen bonq Christi odor existentes in omni loco ut per eos honor religionis accrescat quod tunc assequentur ad plenū quando ad unguem observaverint pro tripidium observantia condita apostolica et municipalia statuta quod Paternale momitū etiā extendimus ad recollectiones intra Provincias observantia vigentes offerentes sectatoribq tā exemplarē

vitæ omnem favorem, et gratiam, ut ad optatū finem deducant suū conatū et desi=
deriū Omnes item moniales nostræ curæ comissas etiā hortamur affectione potius
quam potestate ut memores sint quod sunt illustrior portio gregis Christi non am=
plius in veterem mundialem utilitatem de generi conversatione redeant sed tota
mentis aviditate currentes in odorem unguentorum sponsi ibi sint fixa eorū corda
ubi sunt vera gaudia Abbatissæ autem et aliæ Præfectæ Monasteriorū quocunq;
nomine nuncupent plus quam aliæ de diaboli infestatione timentes ita sint ad so=
litudinē cautæ ut semper concreditas sibi oves invigilent tanquam rationem de
earū animabq in die judicij reddituræ.

8. Denique volentes prosequi subditos nostros favoribq et gratijs, monemus ipsos ne indigni
efficiant extendentis ad prohibita manq sed intra proprios terminos sui humillimi statq
contenti omnem adhibeant manū ut opere compleant quod domino promiserunt, sic enim
digni effecti apud nos comendati existent ut eos honoribq præ alijs pro captu cujusq pro=
sequamur, Illi autē qui se ipsos indignos afficiunt vel non servantes aliquod regulæ
præceptū vel non viventes juxta regularia statuta omnino in animo nostro manent
exclusi ab honoribus. Unde si quandoq contigerit alicujus istorū promotio irridendum est
quod falsa narrativa à nobis extorquet favor.

9. Pro complemento vos monemus ut sitis cor unum et anima una mutuam in vobismet
ipsis charitatem continuam habentes ut pax Dei quæ exuperat omnē sensū habitet
in vobis ut amplius non sint schysmata et divisiones inter vos, sic enim charissimi inter
vos uniti terribiles effecti diabolo, formabilis castrorū ordinatā acū ad præliandū præ
lia Domini et ejiciendū fortē armatū qui in pace majorem partē mundi possidet
ne autem hic liber noster fiat ianis præcipimus omnibus provinciarū et cus
todiarū Nostrarū prælatis ut quam primum has nostras præsentes litteras accepe=
rint eas faciant publicari in omnibus conventibus suæ jurisdictionis eorū fratribus
capitulariter congregatis; Guardianis et alijs vero superioribus localibq ut earū transup=
tum in libro Conventus transscribat. Volumus item ~~etiam~~ sub pœna indignationis nostræ ~~ut~~
ut tam de publicatione quam de accepto transumpto. Nos vel Reverendissimos Patres
vice comissarios Generales ultra Montanæ familiæ respective certiores reddant.
Datū in Nostro Conventu S. P. N. Francisci Curiæ Matritensis Die 18 ~~Aug~~ Mensis
Junij Anni Domini 1756

Fr. Joannes Bermejo Minister Generalis.
Loco + sigilli.

De Mandato P. S. Rmæ.

Fr. Bonagratia ab Alexandria Secretarius Generalis Ordinis

Hæ autem quæ tanta ac tam efficaci Paterni Zeli ac amori significatione in his Episto=
lis vobis insinuant ne vos irrita faciatis quantū valemus in Domino hortamur atq ob=
secramus meritas pœnas ab ijs exacturi quos abjecta à se nominis sui ac religiosæ vitæ
cura Reverendissimi P. N. jussa neglexisse comperiemus. Valete et nostram vobis
impartimur benedictionem. Romæ ex nostro Aracœlitano Conventu Die 1.
Augusti 1756.

Fr. Joannes Antonius à S. Cruce Vice Comissarius Generalis.

Conjungimus Sacris et Salubribus monitis Reverendissimi Patris Ministri Generalis Superioris Nostri Clementissimi et nostra honesta etc.

1mo quidem notificando de adventu Adm Rndi Patris Comissarij et Visitatoris Nostra Provinciæ Generalis nempe Adm Rndi Patris francisci Michalowski Sacræ theologiæ lectoris jubilati Prædicatoris Generalis Provinciæ litvaniæ Patris Cui Patres locales Superiores præbeant omnem religiosā juxta paupertatem Seraphicam humanitatem Domi et foris habeantq; honestatem in lectisternijs ejus munditiam in Ecclesia Sacristia et in omni angulo

2do. Toties promulgatam per pastorales Nostras litteras erectionem viæ Crucis, in omnibus Conventibus comendatam nobis desuper aliquoties, quam omnino Superiores locales erigant sive in Ecclesia, sive extra Ecclesiam in loco comodo et apto adinterim saltem cruces erigant pro stationibus quas Patres prædicatores indulgentias tam magnas sicuti jerosolymis in suis sermonibus semper recomendabunt. Has autem stationes viæ Crucis Patres ac fratres (quia advertimus negligentem devotionem) saltim feria qualibet sexta loco coronæ peragant. Certificabunt nos in testimonijs Patrū Guardianorum pro Capitulo Provinciali mittendis Patres Discreti de hac erectione

3tio Ut nos jam mandavimus ut Patres prædicatores colligant ex Archivijs conventuum synoptice ab Anno ut supra, ad modernum tempus acta facta, et mittant ad nostras manus pro Capitulo.

His recomendatis et denuntiatis, valete in Visceribus Jesu Christi Amantissimi Patres ac fratres Nostri non imemores in orationibus suis.

Dedimus in Conventu nostro Thorunensi Die 12 octobris cū appositione manus nostræ et sigilli Majoris

Idem qui supra Mnstr Pdlis mpp

Fr. FRANCISCVS MICHALOWSKI

Ordinis Minorum Sancti Patris nostri francisci Regularis observantiæ Prædicator Generalis Sacræ Theologiæ Lector Jubilatq Deffinitor Habitualis ex= Custos Provinciæ Litvanæ Sancti Casimiri. nec non = ad Almam Majoris Poloniæ Provinciam cum plenitudine potestatis.

COMMISSARIUS

Visitator Generalis et Servus.

Dilectis nobis in Visceribus Jesu Christi.

Admodum Reverendis Dnis Admodum et Multum Vndis Patribq ceterisq Patribus ac fratribus hujus Almæ Provinciæ Maj: Poloniæ

Salutem ab eo, qui est vera Salus.

Laudet per infinita Sæcula Jesus Christus, ab omni creatura et in omni loco Dominationis Suæ, cui tanta est data, et omnis potestas Super terram, et cujus imperio nutuiq subsunt universa, ut quæ cunq in hoc universo voluerit, dicit id facta sunt, aut fieri est necesse. Ipse enim est qui facit mirabilia solus, præter vel contra naturas rerū, et nemo alius, ipse est qui de stercore nihil Deitatis erigit Paupertē et in sublimi locat cū Principibus populi sui. Idem ipse, qui hunc in vas contumeliæ, et qui aliū efformat in Vas honoris, hunc humiliat et hunc exaltat, ut non glorietur omnis caro in conspectu ejus. Inter quæ mirabilia Dei opera, etiam hoc opus Excelsi dexteræ circa nos enituisse patenter agnoscimus qui cū ex nobis infirmi et imbecilles ad omnia quæq essemus, et cujus laudi semper inerat subesse quam præesse, nesciti potius quā publicari. Placuit benigne Patri Luminū, Patri Misericordiarū, ad tantū honoris culmē nos sublimare, quod nedū valeamus, in medio magnatorū appatere, aut cū Senatoribus terræ Seraphicæ assidēre, verū et lustrare in hac alma Provincia angelorū a tutela augustissimæ suæ tutelaris invitata dignitate splendēre: Utinam ad immortalē Dei honorē et Religionis sanctæ decorē. Dum hanc officij pastoralis sublimitatem et nostrā scrutamur tenuitatē, est quod nos terreat, illud nempe Magni Gregorij, onus est non tam honos Prælati potestas. Et illud Divi Effrem: Et vere potestas ineffabilis donū altitudinis, et excellens dignitas Pastoralis: Sed etiam habet suā ipsis angelicis humeris formidandā gravitatem, sub qua sæpe curvant qui portant orbē. Verū tamē plenè in Domino confido, quod qui dedit esse, dabit et consequentia adesse, et cui videt jugū hoc amatū et onus grave, idē Dominus reddet jugū suū suave et onus leve. Quare potestatibus sublimioribus, os humeros q et me totū libens submitto velut instrumentū inanimatū, quod nō est actū nisi in causa principali moveat, hoc unice Divinā exorando Clementiā, ut largā suā Benedictionē, et animæ vitā (: quæ est gratia :) nobis concedat quæ nos semper et ubiq præveniat et subsequat, ut eadē vivaciter animati et gratiosi Patris à luce atq ante Per sanctā lucē favoribus ditati, cū Apostolo possemus gloriari omnia possum in eo qui me confortat in præstandis vestris obsequijs P. P. ac F. F. in Visceribus Christi Dilectissimi, quos hic ex corde Salutat, et notū facio quod ad me venit.

Fr Joannes Antonius à Sancta Cruce.

Ordinis Minorum Regularis observantiæ Sancti Patris nostri Francisci Lector Jubilatus et in hac Cismontana familia, tam Observantium, quam Discalceatorum et Conceptionistarum Vice Commissarius Generalis et Servus

Dilecto Nobis in Christo Reverendo Patri fratri Francisco Michalowsky Nostræ observantiæ Provinciæ Zitvaniæ Lectori Jubilato et Jam Custodi Salutem in Domino Sempiternam.

Pastoralis Nostri muneris Vigilantia, eā inter alias nobis curā ingerit Sollicitam, ut in Provinciarū Visitatoribus, Suis temporibus deputandis solerte studium adhibeamus. Propterea cū Provinciæ observantis Majoris Poloniæ Capitulum celebrandū imineat; te, de cujus vitæ integritate, Doctrina, Zelo et prudentia certi Sumus, dictæ Provinciæ Comissariū Visitatorē instituere decrevimus, prout his nostris patentibus cū Sancta obedientiæ merito institutū et destinatū declaramus; vices nostras nostramq; Omnē Authoritatē ad hujusmodi opus implendū, necessariā tibi comitentes, quatenus cū Secretario atq; Socio tibi beneviso, ejus Singulos conventus et fratres (: Monasteria et Moniales si quæ aderint, nobis super hoc Specialiter à te Consultis de rationabili motivo :) visitare errantes corrigere et punire, processus etiā formare, Carceribus mancipare Sententias ferre, Cæteraq; omnia, ad morū reformationē ac Regularis observantiæ disciplineq; restaurationē, conservationemq; Spectantia juxta regulæ ac constitutionū Nostri Ordinis formā mandare, et disponere valeas. Cunctaq; quæ pro Majori Dei obsequio Religionis augmento atq; animarum tibi concreditarū Salute, in hoc munere promovenda noveris fideliter omniq; conatu prosequaris et ad optatū finē perducas, prout nos Sum opere concupiscimus, et id circo tibi Seriò injungimus, et comendamus, præcipientes in virtute Sanctæ obedientiæ nec non privationis perpetuæ officiorū Ordinis Singulis dictæ Provinciæ fratribus et Monialibus, ut te tanquā legittimū Superiorē recipiant, tibiq; in cunctis, quæ earū animabus, et Regulæ nostræ non repugnat obedire teneantur Vale.

Datū Romæ ex Ara=Cæli, Die 12. Mensis Maij Anni 1736.

Frater Joannes à Sancta Cruce
Vice Comissarius Grtis mpp

(L.S.)

De mandato Patris Sanctæ
Reverendissimæ Antonius
de Luca Secretarius Gen.

Expertectis modo litteris Pastoralibq Reverendissimi Patris, Superioris Nostri svavissimi audistis, et intellexestis fratres mei dilectissimi, qualibus litteris scribit obsectateqs nos, et vos ut quae sunt muneris Nostri strenue invigilemus, et quae sunt obsequij vestri alacriter observetis. obsectamus itaqs Vos cum Divo Paulo, et exhortamur in Domino, ut digne ambuletis vocati one, qua vocati estis, cũ omni humilitate et mansvetudine, supportantes adinvicẽ in charitate sollicíti servare humilitatẽ spiritus, in vinculo pacis, sic vestrũ, imo totius Seraphicae Religionis Zelate honorem, et religiosã observantiã, ut sitis non degeneres Seraphici Patris filij, ut tam is qui ex adverso est vereatq, nihil habens malũ dicere de Vobis, quam nos sub tempus visitationis, ne quid deprehendamus, quod esset corrigendũ aut reprehendendũ, sed potius de vestra religiosa vita glorẽmur cũ Patmensi aquila, majorẽ horũ non habeo gratiã, quã ut audiã, filios meos in veritate ambulare. quod ut digne à Domino assequamur. Otemus adinvicẽ, et quidem sine intermissione, qua propter tam pro felici successu in omnibus vijs visitationis nostrae, quam pro salutari hujus almae Provinciae profectu, sequentia ordinamus suffragia, ut à publicatione praesentiũ in singulis Conventibus quacunqs die una missa de Sanctis Stigmatibus Sancti Patris Nostri Francisci Cantet et singulis diebus post matutinũ et Vesperas Antiphona de Spiritu Sancto de Beata sub tuũ praesidiũ et versu de Immaculata Conceptione de Sancto Patre Nostro Francisco cũ suis collectis persolvant. Ad haec obstringimus omnes locorũ superiores, ut nullo modo apostatas alterius Provinciae in suis conventibq retineat nec suos patiant alumnos sub tempus visitationis nostrae extra conventũ morari sub pena apostasiae. Itẽ ijsdẽ superioribq recomendat, ut in Ecclesijs die noctuqs ardeat lampas, ibidẽ procurent altariũ splendorẽ. In Sacristijs apparatus nitorem, In bibliothecis librorũ registrationem, In infirmarijs congruã ac necessariam infirmis subtilectilẽ, nec non sollicitã curã gerant circa eosdẽ, in omnibus denigs charitativã pro posse exhibeãt sufficientiã, ut autẽ praesentes literas nostrae ad notitiã omniũ quantotius, et quã certius pervenerint, tenent superiores locales easdẽ perlectas cotã Patribus et fratribq Capitulariter congregatis, ex nunc per fidelẽ Tubellarium, ad aliũ Conventũ juxta Ordinẽ Cursoriã annotatũ transmittere.

Caeterũ Valete in osculo Sancto Patres ac Fratres in Corde Jesu Charissimi Nostri non immemores apud Altissimũ quibus Seraphicã impartimur Benedictionem Verbis Sancti Patris Nostri, ut aeterni Patris Vos adjuvet potentia, Filij Vos dirigat sapientia, Spiritus Sanctus foveat Clementia.

Datum in Conventu Nostro Ostrotzcensi Die 5ta Maij.

Frater Franciscq qui supra
Comissarijq et Visitator Generalis

F. FRANCISCUS MICHALOWSKI

Ordinis Minorum S. Patris Nostri Francisci Reg: obs: Sac: Theo: Lector Jubilatus Prov: Gen: Diffinitor Hab: ex Custos Provinciæ Lith. S: Casimiri ad Almam vero Majoris Polo. niæ Provinciã Sanctæ Mariæ Angelorũ cũ plenitudine potestatis.

COMMISSARIUS

Visitator Generalis et Servus.

Dilectis Nobis in Christo Dñ Qdis Adm Vdis et Al. Vdis Caterisq; hujus Almæ Pro. vinciæ Majoris Poloniæ P.P. ac. F.F. in Corde Jesu amantissimis.

Utramq; Salutem ab eo, qui est vera Salus.

Laudet Sol justitiæ Christus Deus noster et super omnia omnesq; Cælos exaltet nomen ejus in. Idipsum, qui per viscera misericordiæ suæ, oriens ex alto, tra beata carnis nostræ officia ex. latus cũ Sui met plane exinanitione et nostra evectione ad usq; sortem filiationis Dei, Uti Pater mi. sericordiarũ Pater ne pieq; visitavit nos, Visitando vero genus humanũ, quantos radios suæ Divinitatis et pietatis influans, quam magnos Suaves et salubres suavis Domini protulerit gratias et fructus Sacra testatur pagina, omnia benefeciss dũ Castella et vicos gen. tes et regna transibat, magnis et parvis justis et peccatoribus benefaciendo. Unde maturescunt ad hæc usq; tempora, et ultra terra fertilitate florescunt, regna salubritate, mare et omnia quæ in eis sunt, superbit retũ varietate tempora dies et momenta, in suo cursu et mensura, nec non cuncta creata non alio Rectore ac Moderatore persevetant, nisi increati solis ordinatione et speciali effusõ concursu qui nobis cum usq; ad consummationẽ sæculi mansurũ spopondit. Tollat de medio Cæli, oculq; Cæli Parensq; universi, et universa evanescant, deficiat vigor, vivatq; de radice viventiũ, et ates. cunt germinantia, deserat corpq anima viventiũ, et cadavetescunt vivantia. Verbo complectendo. Cuncta jã prideẽ sublunaria, ut luna permutata forent et cuncta creata tecta ea veritatis præsentia annihilata tabescerent, nisi gyrũ Cæli, tetragq indesinenter visitando de thesauro Suo infinitæ benitatis facundis et secundis influxibq succurreret cunctis sine delectu, utpote qui Sem lem Suũ facit oriri super bonos et malos. quod nedũ universali Sua providentia ut Provisor universalis omnibus omnia per se præstare dignat. verũ ut particulari quadã Sui Suotumq; bonetũ cõmunicatione à dextra per Suos Vicarios ac Ministros familiã Suã regere et gubera. nare, ac fines Suos à se præfinitos suaviter fortiterq; perducere consuevit. Sũ quosdã Apostolos quosdã Prophetas dediti, posuitq; Spiritu Sti in Eccliã Sua Episcopos seu Prælates non alio credent fine et scopo cæteris prælatos quàm ut Ecclsiã Dei Sponsã Christi unice di. lectã una cũ grege sibi cõmisso exemplo boni Pastoris, et non mercenarij, qui tuspis lu. cri cupidq semetipsũ pascere et impinguare consuevit, tota solertia, tota cura et so. licitudine foveant et faveant, pascant et alant, donec ad æternas Paradisi delitias eam. dẽ perducant. Unde Prælatos et Ministros suos constituit Dominq super familiam Suã

instar Solis aut Solitropos, qui hic oritur, et alibi occidit, hic moritur et alibi oritur, cuncta tamē die noctuq; vultu jucundo lustrando, nunc illustrat Splendore nunc animat calore nunc fæcundat virtute citra tamen sui læsionē, aut permutationē; quin potius Splendidior cunctis sæpe astris apparet. Ita pariter Regnorū Soles, et Solorū Reges suis in Hæmispheriis præfulgere debent, quodsi (: juxta sensū Divi Antistitis Pictaviensis :) doctrinæ oportunitate infirma confirment, disrupta consolident, depravata convertant, gloriā à Domino tanquam dispensatores fideles consequentur. Et queniā ita placidū fuit ante Patrē luminū ut effabili sua pietate et clementia inter primæ magnitudinis luminaria, de sub modio vilitatis nostræ super candelabrū publicæ lucis; velut lucernā in Domo sua exponeret, aut de loco caliginoso vix spectabilē scintillā inter clarissima Seraphici Cæli Phænomena super hujus Almæ Provinciæ Majoris Poloniæ Hæmisphæriū, seu Principē Astrorū aut stellā matutinā nos re accenderet ac sublimaret. Hinc implorato toties divinissimo Pneumate et ope Divorū cū Sole in signū arietis ascendente etiā super soliū excelsū Seraphici Poli fecimq ascensū: ut eo reflexius gradibq calliū Phæbeiq; seu gradibq gyrū Cæli Seraphici circū eundo subordinata nobis ætitq astra specularemur, quo cæteris Prælati et elevati sumq. Intuebamur hactenq mentis et cordis palpebra ex parte jā majori Polonicū hunc Polū Majoris Poloniæ Provinciā visitando; et perspeximus quomodo astra matutina tā majora quā minora non fatuos ignes, aut fata sibi alijsq; minantia ignescunt; nec ut stellæ à regula morū et vitæ aberrantes calescunt, quin potius unū præalio certatim collucendo salutaribq microcosmū illustrant ignibq, non alio utiq; Duce et Rectore, quā veri Præcursoris Domini fulgoribus, qui quasi stella matutina prævio raroq; exemplo parare viā Domini novit docuit et illustravit. Postremò cū et nos ad occasū jā officij nostri tendamq, et tempq resolutionis ab officio majoris instet luminaris, ne uno avulso, deficiat aliud, talem ac tantū tenemur providere huic Almæ Provinciæ superiorē, sub cujus ~~felici~~ felici gubernio virens pietate vigens charitate, florensq; Regulari integritate, salva custodiatur. Proinde pro supræmo ejusdē Capite eligendo ejusq; assessoribq in pleno Augustissimorū Patrū Capitolio celebrandū in conventu nostro Posnaniensi die Una Augusti anni præsentis indicimq Capitulū quo indicto ad Sacratissimū Consiliorū et Comitiorū Areopagū, quā humanissimè data nobis à Reverendissimo Patre vice Comissario Generali authoritate invitamq in primis Adū Rdū Patrē Ministrū Provincialē primorē Capitū æstimatissimū, Adū Rdū Patrē Custodē Provinciæ. Adū R.R. P.P. Ex Ministros. Adū R.R. P.P. Sacræ Theologiæ lectores Jubilatos R.R. P.P. Diffinitores Actuales et quidem pro Die Sta ejusdē mensis horis pomeridianis affectuosissime expetimq. Cæteros vero tam R.R. Adūm Vdos et A.A. V.V. Patres Vocales, quam Adū Venerādos Sacræ Theologiæ lectores, et A.M. Venerādos P.P. Philosophiæ Lectores primarios cū suis Socijs ac Thesibq defendendis in ordine ad concursū faciendum,

una cū testimonijs authenticis à PP. Discretis Conventus datis de eorū labore profectu et diligentia, in obeundis tū publicis tū privatis Disputationibus Venerabili Diffinitorio demonstrandis pro Die ut supra à mane adesse volumus; sine tamen multiplicatione equorū et familiæ; quod cavendo duobus tantū equis omnes PP. hoc iter persolvent; juniores autem ut PP. ac fratres studentes vadant pedester. Ad hæc præcipimus stricte PP. Superioribus locorū ut juxta præscriptū statutorū Generaliū omnia Ecclesiarū Sacristiarum Bibliothecarū Infirmariarū cū debita suppellectili, charitate et comoditate instructarū forasteriarū cū solita hospitalitate erga hospites; nec non quarumcunque officinarū, ac suppellectilis tam antiquæ quā deperditæ quam de novo comparatæ inventaria et auctaria etiā Archiviorū secū deferant. Item regestratā perceptarū et expensarū Elemosinarū cū subscriptione Sendici Apostolici ac Patrū Discretorū, quā numerū Missarū persolutarū vel persolvendarū ut sonet decretū Innocentij Papæ 12 quod incipit Nuper Anno 1695. Die 10 Januarij sub pœnis ibidē latis. Similiter PP. Superiores ubi sunt pannificinæ perceptas et expensas earū habeant. Testimonia quoque suæ dexteritatis, solicitudinis circa fabricam aliquā vel reparationē conventus, et potissimū vitæ integritatis ac Religiosæ probitatis in suo munere peractæ. Speciatim de recollectionibus ab omnibus annuatim persolutis; expressius tamen in domibus recollectis. Testimonia denique de omni moda ac necessaria satisfactione PP. ac Fratrū sibi subjectis quo ad victū et amictū exhibita. Demū de aquietata in mercede familia; de debitis exsolutis, aut de novo contractis per se vel per Antecessores suos: ac etiā de transmissione habituum palliorū Chordarū ad Novitiatus cū atestatione à superioribus Novitiatuū sibi data in tali vel tali numero; de non retardatione cursoriarū obedientiarū et litterarū Provincialiū. Ex his omnibus quædā à Patribus Discretis fide jurata et quædā à tota comoditate testimonia subscripta in auditorio causarū præsentanda adferant. Tandem tabulas Patrū ac fratrū in suis conventibus pro nunc degentiū fideliter conscriptas secū portent cancellariæ tradendas. Pariter intimamus Adū Rdo Patri Chronologo Provinciæ ut Archiviā ejusdē tempore sui officij conscriptū habeat secū PP. quoque Prædicatores testimonia de sufficientia et diligentia in suis officijs obsigilata à V.V. discretorio ad nos transmittant. Sicut et PP. Confessarij Monialiū suas resignationes. Insuper hortamur omnes in Domino PP. Vocales ut tam euntes ad Capitulū quam redeuntes sint suæ vocationis honestatis ac Minoriticæ paupertatis et humilitatis memores; Modestos ac exemplares in facie sæculi se exhibeant uti decet servos Dei. Patribus vero Præsidentibus à nobis pro tempore Capituli institutis sub gravissimis pœnis ab Admodū Rndo Patre Ministro Provinciali futuro infligendis, injungimus ne quidquam sub tempus suæ præsidentiæ in suis respective conventibus innovent, neque debita contrahant, nec elemosinas oblatas in peculiarē usū distrahant, sed fideliter et exacte suo muneri in charitate, et regulari disciplina

satisfaciant. Vanas etiam et immoderatas divagationes extra Conventus tam per se quam per sibi subjectos devitent quodsi /: Deus avertat :/ tempore capituli aliquis graviscasus in aliquo conventu contingeret, ex viciniori Nobis, et Venerabili Diffinitorio denuntietur in Semotis vero Conventibus futuro Deo dante Adum Rdo Patri Ministro Provinciali reserretur. Porro ut negotium futuri Capituli satis arduum et operosum felici potiatur effectu à Supremo Numine /: sine quo nihil est validum, nihil solidum :/ ad Divinum implorandum augsilium decernimus quatenus praeter suffragia jam recommendata in nostris primis pastoralibus addatur collecta Antiphona et versus de S. Bernardino, et omnes superiores locales his praesentibus acceptis curent in uno quoque conventu qualibet feria 5ta festo solemni non impedito Votivam de Spiritu Sancto sub una collecta solemniter decantari et à quolibet Sacerdote in Missis privatis collecta de eodem Spiritu Sancto aponi. Ipsa vero Die electionis videlicet die 10 ejusdem mensis Missa solemnis in qualibet conventu decantetur itidem de Spiritu Sancto in qua omnes FF. Clerici et laici communicent, praemissa seria peccatorum Confessione coram quocunque Sacerdote approbato concedendo eis plenariam indulgentiam pro hac sola vice Nostra Authoritate. Sacerdotes autem omnes eadem Die celebrabunt Missas formata intentione ut Deus O. M. omnia quae tunc agenda sunt ad laudem et honorem sui ad Regularis disciplinae et observantiae incrementum ad animarum salutem utriusque Almae Provinciae emolumentum praevidendo aspiret et adjuvando prosequatur. Ut autem praesentium vocatoriarum Nostrarum notitia ad unumquemque vestrum deveniatur, praecipimus omnibus locorum superioribus et in eorum absentia Vicarijs ut quam primum ad eorum manus venerint statim eas in communitate Capitulariter congregata perlegi demum describi, transumptoque penes se relicto originale hoc nostrum ad inviciniorem Conventum juxta Ordinem Cursoriae transmitti per certum et fidelem tabellarium faciant. Valete PP. ac FF. in Visceribus Christi dilectissimi Nosque vestris orationibus apud Altissimum juvate Datum in Conventu Nostro Vidaviensi ad Sanctam Crucem Die 6ta Mensis Junij Anno Domini 1757.

Franciscus qui supra.
Comissarius et Visitator Generalis

Anno Dni 1746 Celebratum est Capitulum Die 29 Augusti in quo Electus est in Ministrum Provincialem Adm Rndus Pater Nicolaus Czarzasty Sacræ Theologiæ L. T. Præd. Gnlis Edidit Pastorales

Fr. Nicolaus Czarzasty

Ordinis Minorum S. P. N. Francisci R. Obs. L. T. P. G.
Almæ Provinciæ Majoris Poloniæ Sæ Mariæ Angelæ

Fr Nicolaus Czarzasty

Ordinis Minorum S. P. N. Francisci Regularis Observantiæ
Lector Jubilatus Prædicator Generalis
Almæ Provinciæ Majoris Poloniæ Sanctæ Mariæ Angelorum
Minister Provincialis
Et Servus.

Dilectis nobis in Xto Adu Rdis Radis Adm et Multum Venerandis Cæterisq Patribus ac Fratribus Dilectissimis

Salutem in eo qui est vera Salus

Tempore verno, tempus autumnale Anuntiamus vobis, pro lætis tristia transmittentes, dum de tragico vitæ humanæ fato incertoq funeris momento non sine ingenti Animi nostri vestriq mærore certos facimus, ac funesta scena vestros, concutiendo sensus, cum dolore animi nostri, adeo ut non nisi tremula manu tinctoq deplorantibus lacrymis calamo, mœstissimum vobis his literis nunciare cogamur eventum extreme dolendum mortem scilicet Magnorum virorum Eminentissimi ac Reverendissimi Dni Dni Trojani S. R. E. Cardinalis de Aquaviva Protectoris ordinis Solertissimi ac Reverendissimi Patris Fratris Joannis Bermejo totius Ordinis Seraphici olim Ministri Generalis. Quorum animas consvetis Recommendo Suffragiis ut illas misericors Deus quam cicius, beatifico donet intuitu, ac pro bono Religionis exantlatos, Coronet labores, ad quæ vos præsentes literæ Reverendissimi Generalis Superioris Nostri Superæstimatissimi obligant sub tenore sequenti.

Fr RAPHAEL a Lugagnano Lector Emeritus Catholicæ Majestatis in Regali Congressu Matritensi pro Immaculata Conceptione Theologus, ac totius Ordinis S. P. N. Francisci Minister Generalis Comissarius visitator Apostolicus, et in Dno Servus Dilectis in Xto plurimum universis fratribus ac Monialibus jurisdictioni Nostræ Subjectis.

Salutem in Domino

Indispensabile debitum muneris Nostri nos hodie contigit lugubrem vobis annuntiare Nostitiam quod statuta omnibus morte (: ab hac Ecclesia ad Triumphalem ut speramus, translatus :) hodie ereptus fuerit hora circiter secunda post mediam noctem, Eminentissimus et Reverendissimus Dnus Dnus Trajanus S. R. E. Cardinalis de Aquaviva Nostræ juxta Eminens Regulæ Franciscianæ præceptum Protector Fraternitatis usq ad

mortem, qui motu proprio Clementis XII Sub dat 12 Mensis Januarij 1733 pro
Sillo ac humili nostro Minoritico gregi Apostolica benignitate concessit Cum Clausu
tamen quod post idem munus adeperet post Ejusdem Summi Pontificis e vivis discessu
tanta vigilantia teneritudine affectu S. Francisce Religionem, tanquam prediti Pontifi
cis dorsum potissimum Ordis delicias et oculos pupillas, protegendam, gubernandam ac
fovendum Suscipit, ut anniis Septem ad instar voluerit alumnum magnanimo offerret, in visione Patri
Nostro Francisco, volitando, se extendendo, et applicando. Continuo super pulsos Sua protectioni Commu
prius Creator reddiderit animam, quam protectionem sibi commissam, apud matre Celesti cogitat
verbo dimittere. Quamvis autem prestantissima merita, et tuus ejus continuus ex puro Dei a
more et apostolici Reverentia culminis pro protectione Nostre Religionis dicti temporis
decursu edecitata, remuneratus speramus requie justi, qui morte preoccupatus in Refrigi
rio erit: ne tamen Sentus Seraphicus Seraphim in lucernis, in anima ejus aliquid de humano pul
vere inquinatum reperiat: hanc tenore vobis mandamus, et ordinamus, ut Statutis hijs vi
Divine Misericordie portas, per suffragia, et Sanctiones, quod nostra Statuta, pro Defuncto ordina
Protectore prescribunt, nempe primis tribus continuis diebus, Celesti precepto non impeditis
in omni Conventu Solenni missa decantetur auctores Cerica tumbam in in torticiis prout pudi
vivis licebit. Et Singuli Sacerdotes illis ipsis diebus pro eodem celebrent Clerici vero Defuncto
rum officium, Laici vero Centies ante Dominicam cum Salutatione Angelica, et Req
em eternam, Singulis eisdem diebus recitent et idem faciant omnes Monialis nostre
lunt Subjecte, devote frequenterq pulsetis, ut ille sine mora ad celebritatem transeat An
gelus, qui humano circundatus corpore, custodiendo protegendo, et defendendo ordinem
Sue protectioni commissum ederunt Angeli custodis officium. Qui inter vivos omnes et Sing
los in viscribus Jesu Christi, benigne completur vobis Spiritus Domini et exuberantia
benedictionis celestis exoptans. Datum Romæ ex Nostro Aracelitano Conventu Die 2
Martij 1742

Fr Raphael a Lugagnano
Minister Generalis

(L S) De mandato Rmi in Christo Patris
Fr Josephus Ma de Fano Diffi Gtis et
Secri Gtis Ordinis

Fr Raphael a Lugagnano Lector emeritus Catholicæ Majestatis in Regali Congr
Matritensi pro Immaculata Conceptione Theologus ac totius Ordinis Fratrum Minorum
P. N. Francisci Minister Gtis, Commissarius, Visitator apostolicus, et in Dno Ser
Dilectis plurimum in Christo universis Fratribus ac Monialibus jurisdictioni Nostre subjec

Salutem in Domino.

Non sine vigenti animi Nostri
Patris Fratris Joannem Bernejo Seraphici Ordinis Nostri olim Ministrum Generale
diebus preteritis e vivis sublatum fuisse. Ut autem amanitudine a vobis sine du
vicle concipiendam, aliqualiter delinere valeamus quid de pretiosa illius morte not
per suas literas retulerit Reverendissimus ultramontanus noster Familiæ Genera
Commissarius hic ad literam transcribere oportunum judicavimus Die 6 Januarij
Anno Dni 1742 C in quit dictus Reverendissimus Pater hora tertia vespertina
in festo S. Antonij Hispalensi Conventu ex hac temporali vita transit ad
immortalem, et eternam plenus dierum emeritorum. Ab immemorabili enim
Religionis, tam in minoribus quam in majoribus constitutus, in omnibus semper

Se ipsum præbuit exemplar bonorum Operum, Sicq usq in finem perseverans Omnis Sacramentis devotissime receptis, extremumq cum fratribus preces et orationes recitans suscepit, ac prædictis die et hora in Osculo Crucifixi, quem manibus tenebat plaudissime obiit. Ejus corpus molle et in omnibus membris flexibile tridiu in ecclesia exposito, maximo fidelium concursu et omnibus civitatis Religiosis, communitatibus, assistentibus fuit tandem terræ, et Sepulchro mandatum. Licet igitur ipsius animam ad immortalem vitam transvolutam pie credere fas sit: Quia tamen inscrutabilia sunt judicia Dei et orationibus fortitan indiget, ut dirumpantur vincula ejus, si quibus adhuc retinetur; harum tenore nostrum præcipimus, ut juxta Constitutionum Generalium præscriptum in unoq ordinis nostri conventu una Solemnis pro eo decantetur missa, cum Defunctorum: Vigiliaq ab unoquoq Sacerdote una pariter celebretur missa integrum Defunctorum a singulis clericis recitatis a laicis vero et monialibus centum Pater Noster dicat. Hæc autem dum vobis pro vestro ac nostro respective debito mandamus vestras omnium preces pro nostra tenuitate exoramus. Datum Romæ ex Nostro aracælitano conventu Die 8 Martij 1747

Fr. Raphael a Lugagnano
Minister Generalis.

(L. S.)

De Mandato Rmi in Xto Patris
Fr. Josephus Ma de Fano Diffinitor
Generalis et Secret. Glis Ordinis

Audistis Patres ac Fratres in Xto Dilectissimi Reverendissimi Glis Superioris Nostri Superdignissimi pastoralem literam, quæ in illa continentur, hæc sine mora agite, ac ad unguem observate et Deus pacis erit vobiscum. Ut autem notitia harum Pastoralium literarum deveniat ad monialis nostræ curæ subjectas; injungitur Patribus Confessariis, ut ipsas conforment et edoceant, ad quæ persolvenda obligant.

Valete Patres ac Fratres in vinculis Xto Dilectissimi, nostri Cosam altissimo non immemores. Datum in Conventu nostro Ostrzeszeviensi Die 12 Maij Anno 1747

Idem qui supra Minister Provincialis Mpp

41



Skanowanie i opracowanie graficzne na CD-ROM :



ul. Krzemowa 1
62-002 Suchy Las
www.digital-center.pl
biuro@digital-center.pl
tel./fax (0-61) 665 82 72
tel./fax (0-61) 665 82 82

Wszelkie prawa producenta i właściciela zastrzeżone.
Kopiowanie, wypożyczenie, oraz publiczne odtwarzanie w całości lub we fragmentach zabronione.

All rights reserved. Unauthorized copying, reproduction, lending, public performance and broadcasting of the whole or fragments prohibited.